BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

SENECA

VOL. II

NATVRAL. QVAEST. LL. VIII

EDIDIT

A. GERCKE

LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G. TEVBNERI

The
William Edward Reis
Library



Allegheny College

WITHDRAWN

818.5
Se5h
v.2

L. ANNAEI SENECAE

OPERA QUAE SUPERSUNT

VOLUMEN II

L. ANNAEI SENECAE

NATURALIUM QUAESTIONUM LIBROS VIII

EDIDIT

ALFRED GERCKE

MCMVII
LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

FRANCISCO BVECHELER

SEPTVAGENARIO

Ἑπτὰ λάθρῃ δεκάκις περιτελλομένων ἐνιαυτῶν
πολλὰ μὲν εὖ γ' ἔπαθες πολλὰ δὲ δεινότατα.
ἀλλ' ἡμῖν λιπαρὸν συνεχῶς παράδειγμα παρεῖχες
ζήλου τ' ἀθλοφόρου κἀκαμάτου σοφίης.

14793

PRAEFATIO

Studia, quae olim Senecae eiusque temporibus navavi, quamvis aliis prorsusque diversis interim officiis et quaestionibus obstrictus tamen non prorsus abieci sed pluribus codicibus operis maxime neglecti conlatis ante hos septem annos graviora quaedam protuli. nunc demum editioni Naturalium Quaestionum diu paratae et inter cetera negotia paulatim perfectae cum praefatio quae appellatur praemittenda sit, ad illa Studia et priora (Stud. I[1]) et additamenta (Stud. II[2]) eos qui plura discere cupiunt, relego. etenim de fatis operis et historia ita disseram, ut actas res quam brevissime repetam, pauca fusius explicem. neque enim quaecumque ad recensionem rationemque editionis perspiciendam sive necessaria sive utilia esse videbuntur praeterire licebit.

I. De VIII libris a Seneca conscriptis

L. Annaeus Seneca aestate fere anni p. Chr. n. 62. mortuo Burro fractam esse suam potentiam cum animadverteret, in otium sibi recedendum esse etsi invito ratus ad scripta philosophica conscribenda ardore quodam iuvenili denuo se convertit. atque primum quidem de tranquillitate animi ad Serenum scripsit, deinde — nisi fallor — eodem anno exeunte magnum illud de mundo et causis secretisque opus condere constituit et nullo fortasse spatio inter-

1) *Seneca-Studien*, *Leipzig 1895*. Haec et separatim et in Supplementorum Annalium Fleckeisenianorum tomo XXII edita sunt.

2) *Studia Annaeana. Wissenschaftliche Beilage zum Vorlesungsverzeichnis der Universität Greifswald Ostern 1900.*

misso priores quoque epistulas morales Lucilio suo mittere coepit. aliquanto post Nonas Februarias anni sequentis de terrae motu egit (VI 1, 2; cf. 1, 10). aestate fere huius anni (63. p. Chr. n.), ne biennio quidem ante mortem, totum opus videtur perfecisse (Stud. I 311 sqq.). nimirum velocitate se pensaturum moram, damna aetatis labore sarturum esse senex profitetur (III praef. 1—4).

Libros octo Lucilio Iuniori misit, qui tum procurator Siciliae erat (IV praef. 1), sic fere inscriptos:

1. de aquis (terrestribus) = l. III qui vulgo numeratur
2. de Nilo = l. IVa
3. de nubibus = l. IVb
4. de fulminibus et tonitribus = l. II
5. de ventis = l. V
6. de terrae motu = l. VI
7. de cometis = l. VII
8. de ignibus caelestibus = l. I.

Octo enim olim fuisse libros, non septem, nunc constat (Stud. I 93). hoc primus G. D. Koeler (in editione a. 1819 edita p. 257) coniecit, quoniam argumenta prorsus diversa libro IV inesse perspexit. deinde Fridericus Haase in editione a. 1851 et in Indice lectionum Vratisl. a. 1859 emissis duos libros in unum IV conflatos male circumferri e codice Leidensi (L) et Vincentio Bellovacensi monstravit atque ad dissertationem quandam de nubibus conscriptam nunc initio libri IVb deperditam scriptorem IV 3, 6 et 13, 2 ipsum respicere observavit. his argumentis alia ante hos viginti annos Hermannus Diels addidit, qui imprimis placita de Nilo, quae a Laurentio Lydo traduntur, ita excerpta esse vidit, ut priora cum Annaeanis IVa 2 traditis plane conspirent, quae a Lydo adduntur, ea in Naturalibus Quaestionibus cum nunc desint post § 30 olim fuisse pateat: ex eodem igitur sed integriore opere haec quoque sumpta esse apparet. vel plures olim quam octo fuisse libellos veri est dissimile, certe probari non potest.

De ordine librorum turbato multi quaesiverunt (Stud. I

100), postquam Koeler p. 230, 248, 251 sqq. suspicionem movit. quem secutus Haase codicum quorundam ordinem mirum (eumque sine dubio spurium) operis auctori obtrudere non dubitavit. ceteri genuinum paulatim ita eruerunt, ut unusquisque observationes non spernendas proferret, tamen Senecae consilium cum codicum ordine alius alia ratione confudit. unus fere Gundermann duas series prorsus secernendas esse vidit, sed ne hic quidem codicum manuscriptorum memoriam adeo semovit, ut solius auctoris vestigia insecutus quonam ille ordine singulos libellos conscripsisset quaereret. attamen hunc me detexisse ratus argumenta repetam.

Totius operis praefationem superesse eamque libro III praefixam tradi nunc constat, quoniam Senecam in §§ 1—4 de sua persona consilioque operis ita loqui Diels observavit, ut his fundamentis ponendis nullas partes antea substructas esse ipse profiteatur (Stud. I 123).

Deinde ipsorum libellorum series ita continuatur, ut bini semper inter se cohaerere videantur; atque semel vinculum artissimum exstare, ter paulo laxius apparere cum alii tum ego argumentis strictissimis probavimus. scilicet haec nobis quattuor librorum paria se offerunt:

III IVa | IVb · · II | V · · VI | VII · · I.

ipsos velim locos conferas: II 1, 2 *Nilum interim seponemus a turba propriae naturae ac singularis et illi suum diem dabimus*; III 26, 1 *aestate quaedam flumina augentur ut Nilus, cuius alias ratio reddetur.* IVa 1, 1 *quaeram enim tecum id, quod superiore libro distuli, quid ita Nilus aestivis mensibus abundet.* II 30, 4 *est enim, ut diximus, nubes spissitudo aëris crassi*; haec quo referret Koeler p. 251 non habuit, Allers Haasii et Dielesii observationibus usus recte ab initio libri IVb nunc deperdito repetivit (Stud. I 112).[1] V 14, 4 *sed haec diligentius persequar, cum quaeram de motibus terrae,* sc. in libro VI.

1) Adde, quod II 36 *capite niveae agnae exorari* ad IVb 6 sq. respicit.

fortasse addendus est mancus ille locus VI 14, 2 *nec ut illi paulo ante dicebant, quibus animal placet esse terram,* nempe partem tantum corporis laborare illi dixisse videntur, ideoque quamquam Haase placitum illud prorsus intercidisse putabat, equidem cum Ioanne Muellero Senecam ad V 4, 2 respicere (vix ad III 15, 5 sq.) ratus *emisso* (*spiritu*) supplevi. denique I 15, 4 *cometas nostri putant, de quibus dictum est,* sc. in l. VII (Stud. I 67. 112).[1])

Itaque binos libellos copulatos esse constat. atque librum IVa statim post III conscriptum esse Seneca dicit, id est: de fluminibus deinceps egit. neque cetera librorum paria aliis interpositis divelli posse doctrina ipsa rerumque ordine explicatis probabo. nubes enim pluvia nix grando (IVb) quodammodo cum aëre et fulminibus (II) cohaerent, venti (V) cum terrae motu ventis facto (VI), cometae (VII) cum iis, quae in caelo apparent (I). atque sollemnem totius disciplinae ordinem turbare noluisse neque turbatum se sequi ipse Seneca testatur: II 1, 1 *omnis de universo quaestio in caelestia sublimia terrena dividitur. prima pars naturam siderum scrutatur et magnitudinem et formam ignium . . .* (§ 2) *secunda pars tractat inter caelum terrasque versantia . . . tertia illa pars de aquis terris arbustis satis quaerit.* his igitur partibus si libellos assignamus, prima et tertia binos, media bis binos continet:

III IVa	IVb II, V VI	VII I
terrena	sublimia	caelestia.

Maluisse vero Senecam singularum partium ordinem invertere quam repetere Diels optime perspexit, Gundermann et Allers frustra negaverunt (Stud. I 111. 124). neque in ea re offendimus, quod talis scriptor dispositionem doctrinae medio inseruit operi, sine dubio non auctorum studio ductus sed artificiis dialogorum usus; ne in mente quidem videtur hanc generalem rerum divisionem habu-

1) Cf. etiam altercationem I 1, 2 cum VII 27, 1.

isse, dum initium operis parat (cf. infra de III 23). neque aliter res se haberet, si a caelestibus eum initium cepisse et in terrena finivisse coniceremus. immo aliquot libris absolutis consilium operis Senecam patefecisse nunc inter omnes fere constat. neque enim audiendi sunt, qui prima capita libri II de aëre conscripta ab ipso libro temere secreta toti operi praefigere conati sunt: ipsum enim Senecam correxerunt (cf. II 11, 3 et Stud. I 115. 118). hic igitur consulto ordine inverso partes illas enumeravit, postquam terrena absolvit.

Haec enim ante sublimia, caelestia post haec conscripta esse pluribus probatur. inter omnia autem argumenta gravissimum illud est, quod p. VII dixi, de novi operis consilio auctorem in praefatione libri III referre; neque enim in libro paenultimo de fundamentis ponendis eum agere veri est simile, neque est, cur praefationem ab ipso libro III seiunctam olim fuisse suspiciamus. accedunt alia, quibus terrenis (III IVa) primus attribuitur locus. hanc enim partem ad finem perduxerat libellosque Lucilio suo miserat, cum VI 8, 3 *nescis autem inter opiniones, quibus enarratur Nili aestiva inundatio, et hanc esse eqs.* moneret; placitis enim de Nilo congestis aliquid novi addendum esse ratus ipsum librum IVa non retractavit sed miro modo inter causas terrae motus caput illud inseruit (Stud. I 122). atque historiola quaedam IVa 2, 13 fusius enarrata quid doceat, II 59, 5 tam breviter adumbrat, ut illius fabulae immemores ne intellegere quidem quid cogitaverit possimus. neque igitur dubium, quin l. IVa ante II et VI conscriptus sit. minus nobis persuasit quod G. Mueller posuit, ad III 16 respicere verba, quae V 14, 1 *repetam nunc quod in primo dixeram* leguntur, nisi *a primo* emendaturus es. *in primo* enim de initio eiusdem libelli dici (cf. V 4) Schultess rectissime monuit; attamen cum V 4 eadem perstringatur tantum doctrina, ipsa verba III 16, 4 exstent, Seneca utriusque loci quasi in unum confusi V 14, 1 videtur meminisse. neque igitur coniectura opus est ad ordinem libellorum et temporum definiendum.

Apertum est libros III IVa etiam ante IVb conscriptos esse, quamquam haec argumentatio nisi locis depravatis sed emendatis fulciri non poterit. uterque enim liber non de universis caelestibus sed *de aquis terrestribus* tantum agit, sicut III 1, 1 Schultess egregie emendavit (Stud. I 62). his aquae caelestes apte opponebantur, scilicet tractandae in libro IVb, cuius frustula vocem illam non continent. sed ad has spectat III 23: *haec est ergo aquarum divisio: quaedam* (*ut videtur post † illum* [vel *illam*] *ex posterioribus*) *caelestes, quas nubila excutiunt, ex terrenis aliae sunt . ., aliae . .* hoc loco Seneca, si rectius nunc quam antea (Stud. I 67) quid velit intellego, non solum de aquis caelestibus sed etiam de operis sui partibus agere et dissertationem, quam nunc in libro IVb legimus, promittere videtur; quare nescio an *ut videtur praestitum ex posterioribus* recte emendaverim. hunc locum licet alii aliter expediant, ordinis contrarii testimonium esse nemo contendit aut contendet. nam libro III totius operis praefationem praemitti et librum IVa qui eum subsequebatur ante sublimia conscriptum esse certum est.

Eodem modo caelestia (VII I) sublimibus recentiora esse facile probatur. nam II 1, 4 *dicam quod magis mirum videbitur: inter caelestia de terra dicendum erit* adversario ficto Seneca obicit: neque igitur de caelestibus egerat, cum haec prospiciebat (Stud. I 119). accedit, quod definitionem Iovis *ipse enim est hoc, quod vides, totum, partibus suis inditus et se sustinens et sua* II 45, 3 prolatam sic postea ampliavit et correxit: I praef. 13 *quid est deus? quod vides totum et quod non vides totum — sic demum magnitudo illi sua redditur eqs.* (Stud. I 120). adde, quod II 26, 9 correctum I 2, 3 sq. iteratur. itaque Seneca sublimia librum II praeter alios amplexa ante res caelestes absolvit (Stud. I 124 sqq.). id unum Hermannum Diels merito offendit, quod in libro I recentissime scripto ad aëra relapsus dispositionem generalem neglexit (Stud. I 125). ceterum a terrenis eum ad sublimia atque ad caelestia ascendisse nunc constat.

Restant ipsa sublimia in medio posita, quorum binos libros artiore quodam vinculo conexos atque librum IVb ante II, V ante VI scriptos esse vidimus. nunc ordinem Senecae IVb II, V VI fuisse, non V VI, IVb II probandum erit. atque aquas caelestes libri IVb aquis terrestribus in III IVa tractatis oppositas esse p. X patuit. ventos cum his cohaerere nemo censuit neque ipse Seneca praefatione quadam usus vel digressione professus est: liber V de ventis conscriptus praefatione prorsus caret et carere potuit, quia aëri et fulminibus apte venti asseruntur. itaque libro II praemisso (cf. 1, 3) a verbis *ventus est fluens aër* optime incipit V 1, 1. toti vero sublimium parti praefatio deesse non potuit, neque eam initio libri IVb nunc manci defuisse veri est simillimum (Stud. I 112, cf. 114). deinde verba *sed haec alias* II 7, 2 ad doctrinam Democriti V 2 sq. reprobandam spectare videntur, nisi ea ad Stratonis placita postea VI 13, 2 adumbrata referre mavis (Stud. I 116—118): neuter enim locus ante II 7 conscriptus est. huius ordinis gravissimum indicium adhuc neglectum VI 19, 2 exstat, ubi voce humana in dolio resonante pertractata additur (*aër aëra*) *agitat non aliter quam illa, de quibus paulo ante rettuli, inania indito clamore sonuerunt*: de his Seneca neque in libro VI neque in V sed II 29 (cf. 27, 4. 28, 1. 6, 5) egerat, cum Metrodori Chii similiumque auctorum de tonitruis placita reddebat.

Itaque uno tenore libros II V VI videtur conscripsisse, postquam dissertationem de aquis caelestibus (IVb) magis auctores suos quam apertum consilium secutus absolvit, (nam de fulminibus post grandinem acturum se esse nego eum promisisse, cf. infra). hac de causa dispositionem totius materiae II 1, 1 sq. adumbravit, cuius mediae parti *nubila imbres nives ⟨ventos terrae motus fulgura⟩ tonitrua quaecumque aër facit patiturve* adscripsit. nimirum sic fere verborum contextum supplendum esse, etsi olim dubius haerebam (Stud. I 116), nunc Haasio concedo. hanc enim enumerationem, non ipsos libros, spectans amicus

Senecae II 1, 3 ex eo quaerit: *quomodo de terrarum motu quaestionem eo posuisti loco, quo de tonitribus fulguribusque dicturus es?* qui, si librum VI cognitum habuisset eumque in locum libri II tunc conscribendi successisse censuisset, sine dubio *quo dicturus eras* quaerere debebat. neque igitur ulla manet difficultas, sed pristinus librorum ordo satis constat, qui immutatus vel perturbatus in archetypum codicum manu scriptorum venit. atque praefationes quae traduntur semper cum ipsis libris coniunctas fuisse neque ab iis revelli posse pro certo habeo (Stud. I 110. 113 sq. 115. 120).

Habemus igitur opus octo libros amplexum, quorum sex integri duo trunci ad nos pervenerunt; novimus ordinem et partium et singulorum librorum. restant subscriptiones.

II. De subscriptionibus librorum et editione

Toti operi titulus videtur fuisse *Naturalium Quaestionum libri octo,* talis enim e codicibus eruitur; neque enim interest, quod in multis *de Nat. Quaestionibus* legitur. neque est, cur haec collocatio verborum nobis displiceat, quam antiquitus sollemnem fuisse E. Norden mihi probavit: inverso enim ordine substantivum et adiectivum singulari tantum numero adhibito collocabantur velut *Historia Naturalis, Institutio Oratoria.* sane tituli generalis testimonium nullum exstat, neque ipse auctor in praefatione libri III illum prodit, quoniam de *causis* tantum mundi loquitur (§ 1). paulo propius ad solitam inscriptionem accedere videntur quae II 1, 1 leguntur *omnis de universo quaestio .. dividitur*, et II 1, 3 *quomodo de terrarum motu quaestionem eo posuisti loco.* proxime accedit ep. 88, 24 *cum ventum est ad naturales quaestiones, geometriae testimonio statur,* neque vero de suo opere hoc loco disserit neque in ep. 89, 17. tamen *Naturalium Quaestionum* (φυσικῶν ζητημάτων) libros Senecam conscripsisse et sic inscripsisse, generali autem titulo speciales singulorum libellorum addidisse veri est simillimum.

Ne singuli quidem libri subscriptionibus carebant, quarum forma genuina aliquo modo recuperatur. quamquam enim in codicibus manu scriptis varias legimus et plerasque recentes neque in archetypo eas traditas esse facile observamus, tamen paucissimae inter libros IVb/V et V/VI insertae et in duobus melioris notae codicibus **H** et **L** marg. servatae sine dubio vetustiores sunt (Stud. I 40), scilicet hae: *(Lucii) Annei Senece liber IIIus explicit de nubibus. incipit IIIIus de ventis.* et . . *de ventis liber IIIIus explicit. incipit Vus de terrae motu.* harum subscriptionum neque numeri neque reliqua ex ipsis codicibus **HL** derivari potuerunt, quoniam hi cum tota sua classe a libro IVb incipiunt eiusque libelli initium de nubibus conscriptum in codicibus prorsus deest. hac de causa Hermannus Diels originem harum subscriptionum altius repetendam esse egregie divinavit. neque dubium est, quin tres illi libellorum tituli ad ipsum Senecam recedant; nimirum ad ceteros libellos adscriptus nullus exstat titulus, itaque ne in archetypo quidem servabatur.[1]) attamen ne librum II quidem titulo, qui *de fulminibus et tonitribus* similisve fuit, caruisse inde sequitur, quod initio tota naturali materia breviter disposita et inter cetera sublimia motu quoque terrarum — sic enim recte verba II 1, 2 ab Haasio suppleta sunt — in vicinia fulminum commemorato interlocutio haec fit: *quomodo de terrarum motu quaestionem eo posuisti loco, quo de tonitribus fulgoribusque dicturus es?* (II 1, 3). tam prudenter neminem iam interrogare potuisse nisi de rebus in hoc libro tractandis edoctum Schultess rectissime monuit; neque vero quae ille nimis acute coniecit (Senecam enim opus retractasse contendit) probari possunt, neque quae ego notam quandam antea in libro IVb prolatam cum toto huius

1) Plures in codice **Z** interpolato leguntur sed coniecturis debentur. ne illa quidem libri IVb subscriptio integra traditur: *Explicit liber III de nivibus. Incipit liber IIII de ventis* cf. infra p. XXIII. alio modo interpolata eadem subscriptione in codice **E** titulus *de grandine et nubibus* legitur.

libri initio interiisse ratus olim contendi (Stud. I 114) iam arrident. immo Pium Kern seminarii nostri nuper sodalem secutus e libelli titulo Lucilium et quicumque libellum perlegere coepit argumentum libri II divinasse nunc crediderim. sufficit enim haec explicatio simplicissima et ceteris praestat.

Paucos igitur libellorum titulos antiquitus traditos unumque non servatum sed favente Minerva recuperatum ad ipsum auctorem aliquo modo recedere constat. neque ceteris libellis defuisse titulos consentaneum est, qui coniectura tantum colliguntur.

Magis dubii sunt numeri ipsis subscriptionibus additi. nimirum ceteros tamquam recentissimos omnes missos faciunt, isti tantum in codicibus **HL** libellis IV b et V adscripti in litem veniunt. atque hos quidem una cum titulis e Senecae editione fluxisse Diels coniecit, ego negavi. mirum sane est, quod liber IV b tertio loco et a Seneca conscriptus est et in nonnullis melioris notae codicibus numeratur, non ponitur. at casu hoc factum est: neque enim in archetypo tertium hic liber obtinebat locum sed quintum. ordo enim librorum in illo hic fuit:

I II III IV a IV b V VI VII,

atque huius ordinis numeros 1—8 libelli prae se vel subscriptos ferebant (cf. Stud. I 84 et infra). codicum vero **HL** aliorumque numeros aliunde inlatos esse cum Schultessio comprobatum duco. praeterea si ipsi a Seneca adscripti singulis voluminibus adhaerebant, non explicatur, cur his neglectis antiquitus toti libri loco moti sint. neque igitur numeri genuini ordinis a Seneca ipso dati voluminibus editis additi videntur fuisse.

Iam quaeritur, num ipse Seneca totum opus ediderit atque, si edidit, quonam ordine usus volumina disposuerit.

Codicum manu scriptorum vel potius archetypi ordinem pervetustum esse, non medio aevo ortum, inde apparet, quod Naturales Quaestiones ne correctoris quidem manum intra aetatem Flaviorum et Carolingicam perpessae sunt.

neque seriem librorum in membranis sese excipientium cur scribae mutaverint vel totis libris loco remotis turbaverint, causa inveniri potest. itaque Th. Birt singula volumina papyracea, cum in membranas transcriberentur, pristinum ordinem non retinuisse ratus inde duas codicum familias originem traxisse contendit. hoc falso putari probavi (Stud. I 83), neque voluminum illorum partem genuinum ordinem servasse partem amisisse concesserim. observamus enim ex pristino illo, qui fuit

III IVa, IVb II V VI, VII I, immutatum
hunc I II III IVa IVb V VI VII

factum esse. sex igitur volumina suum ordinem tenent, duo ceteris praefixa leguntur. itaque quisquis ordinem invertit, pristinum illum noverat. neque hunc nisi ex numeris in subscriptionibus additis scribae novisse poterant: atqui si volumen III vulg. primum omnium, vol. V vulg. quintum esse in subscriptionibus legebant, his ceterisque subscriptionibus male intellectis volumina I et II ceteris praefigere non poterant. neque igitur hos numeros genuinos (III = 1) scribae legebant, neque papyraceorum voluminum male cohaerentium vestigia exstant.

Ipse auctor eiusque amici numeris adscriptis non indigebant, quoniam quo ordine singuli libelli conscripti et transmissi essent, bene noverant. accedit, quod consulto quosdam libros e conexu vetustiore eximere, reliquam seriem intactam relinquere non scribae est sed scriptoris, non fortunae sed consilii, non ignorantiae sed rationis. itaque scribarum recentium manui ordo archetypi non debetur.

At ne Senecam quidem ipsum libellos Lucilio missos statim bibliopolae dedisse putaverim (Stud. I 130 sqq.). priores enim dum scribit de cito eis in lucem edendis non cogitasse mihi videtur, quoniam lacessitus ab imperatore iam infesto malum stomachum neque celabat neque celare conabatur: in tribus demum ultimo loco scriptis VI VII I summissum se Neroni Caesari ostentabat (Stud. I 313 sqq.).

adhibitis saepe facile et feliciter corrigi posse patet: Quaestiones ex Aetna vix correctionem recipiunt.

C. Plinius Secundus ad Historiam Naturalem compilandam, quam a. 77 Tito imperatori misit perfectam, semper fere alios adhibuit auctores nec Nat. Quaestionum Annaeanarum expressis verbis meminit, tamen in libro II componendo iis usus (cf. N. Q. III 26, 7) dissertationem de nubibus imbribus nive initio libri IV b a Seneca datam, quae postea periit, novisse videtur (Stud. I 104 sqq.).

Cornelium Tacitum Senecae imitatorem fuisse et inter cetera etiam Nat. Quaestionum sententiolas suas fecisse Zimmermann probavit. eademque aetate D. Iunium Iuvenalem Annaeana legisse O. Ribbeck, ne hoc quidem opus praetermisisse ego observavimus (Stud. I 103).

C. Suetonium Tranquillum id adhibuisse non constat. leguntur in vita Horatii (post verba *ad res venerias intemperantior traditur*) quae interpolatori deberi credebantur haec: *nam specula ⟨to⟩to cubiculo scortans dicitur habuisse disposita, ut quocumque respexisset ibi ei imago coitus referretur.* hanc fabulam obscenam de Hostio Quadra N. Quaest. I 16 narrari et inde in vitam Horatianam translatam esse G. E. Lessing observavit. contra in Pratorum libro IX ipsum Suetonium de naturis rerum (fr. 124—160 R.) prorsus aliter atque Senecam disseruisse patet; num placita quaedam ab eo sumpta addiderit, non liquet, quoniam non verba Suetonii ipsa sed Isidori tantum aliorumque excerpta ad nos venerunt. ex his imprimis fr. 154—156 et 160 cum libro IV a, 159 cum l. VI. Annaeanis conspirant, atque in fragmento de etesiis incrementi Niliaci causa conscripto (156) verba *quibus congestis Nilus in Aegyptum erumpit* adeo cum N. Q. IV a 2, 22 *et quacumque mox potuit inconcestus † erumpit* concinunt, ut inde Senecae textus emendari possit: hic enim quin *vi congestus* scripserit, nunc non dubito. atque ad § 26 tamquam testimonium fragmentum 160 *physici dicunt, quo tempore hiemps hic, aestatem sub terris et vice versa: [ut Lucretius ostendit] putealem aquam aestate frigidissimam,*

hieme vero tepidiorem adscribere potui. tamen fortuito haec congruere si quis contendit, equidem eum refellere nequeo; cetera enim alias doctrinas sapiunt multaque harum quaestionum placita circumferebantur.

Iam duorum saeculorum spatium nullum Naturalium Quaestionum testimonium praebere videtur. sequitur ad calcem IV saeculi Ammianus Marcellinus, Symmachorum et Nicomachorum aequalis, quem Senecae de fulmine doctrinam in Rerum Gestarum libro XXIII exprimere voluisse Valesius optime suspicatus est. hanc suspicionem pluribus argumentis fulsi (Stud. I 99 sqq.). neque est, cur Ammianum ipsum Senecae opus inspexisse negemus: quod enim Theodorus Mommsen coniecit, inter hos duos auctores chorographiam q. d. Plinianam intercessisse, refutavi. verba Senecae ab Ammiano nusquam fideliter expressa sunt neque igitur corrupta inde medelam accipiunt.

Hanc non exspectamus sed aliquo modo accipimus a Iohanne Laurentio Lydo, qui cum libros de mensibus medio fere saeculo VI graece conscriberet, placita Senecae de Nilo (IV a 2) pleraque libro IV inseruit (Stud. I 94 sqq.). at hunc textum Nat. Quaestionum corruptum legisse inde probavi, quod verba bene tradita satis fideliter in sermonem Graecum transtulit, ubi nos menda deprehendimus, ipse liberrimam conversionem praebet. atque gravissimum est hominem Lydum ne id quidem repperisse, quod IV a 2, 20 restituisse mihi videor *nec Caystrus subiacen⟨s⟩ Tmolo*, ubi *subiacent molo* tradebatur. sequitur igitur, ut codices Nat. Quaestionum manu scriptos, qui ad Laurentium nosque pervenerunt, Symmachi ceterorumque curam non accepisse sed mendosos circumferri et describi solitos esse censendum sit. nimirum nonnullis locis libro Laurentii adscito et menda tolluntur et coniecturae sive firmantur sive refelluntur. tamen nescio an maiorem fructum Lydus a Seneca capiat, cuius verbis comparatis excerptorum Graecorum emendationes protuli (Stud. I 94), Wünsch postea simillimas edidit. summi vero momenti est quod Hermannus

Diels primus vidit, Byzantinum integrum librum IV a de Nilo scriptum legisse. qua de causa huius excerpta ad calcem libri addidi.

His antiquitatis testibus recentiores accedunt velut Vincentius Bellovacensis et Albertus Magnus, qui medio fere saec. XIII Nat. Quaestiones excerpserunt (Stud. I 89). haec testimonia et ampla et sincera magni aestimabant, qui melioribus codicibus carebant, Haase Larisch G. Müller alii: nunc postquam codices integri si non ipsi ab illis exhausti tamen eiusdem notae (Stud. I 49 sq. 70 sq.) non pauci nobis innotuerunt, missa facimus. unam commemoraverim notitiam medii aevi ineuntis, quam curae Ottonis Rossbach debeo, Annalium Coloniensium max. ad I 2, 1 exscriptam.

IV. De archetypo familiis stirpibus codicum

Unus tantum Naturalium Quaestionum liber manu scriptus seorsim a ceteris Senecae libris traditus isque iam truncatus compagibus solutis et discissis aetatem tulit (Stud. I 86 sqq. II 5). eo enim tempore, quo primum descriptus est, finis libri IV a et initium libri IV b nescio an quaternionem amplexa interciderant, postea plura defecerunt foliis illis amissis vicina. litterae huius exemplaris satis vetusti et detriti a scribis aetatis Carolingicae aegre dispiciebantur, aegrius a recentioribus. neque igitur saepius quam bis describebatur, mox istud in dies magis truncatum et foedatum periit.

Unum huius operis exemplar medio fere saec. IX vel exeunte Constantiae fuisse e catalogo pervetusto (p. 15 Bekk.) divinavi, quem in monasterio St. Galli perscriptum esse et H. Blass (Fleckeis. ann. suppl. vol. VIII p. 166) et ego negavimus. ibi enim legitur *Senece naturalium questionum I* (id est *volumen unum*): ab eo igitur tota fortasse memoria nostra pendet. sine dubio potuit hoc corpus heredibus non relictis perire, potest ad alium codicem alibi servatum sed nobis ignotum memoria nostra recedere. neque ubi codex archetypus exaratus sit, utrum ex Italia ad

Rhenum superiorem vel in Francogalliam an aliunde velut a Scottis deportatus sit, quorum studia et librorum copias H. Zimmer nuper egregie resuscitavit[1]), hodie diiudicari poterit, nisi cui e mendis scribarum litterarum genus in archetypo exaratarum elicere contigerit. hoc vero constare mihi videtur, in monasterio quodam ad Rhenum superiorem vel in Francogallia sito volumen illud unicum exeunte saeculo IX magis neglectum quam lectum fuisse (Stud. I 88).

Libelli in hoc codice exarati ordine vulgari sese excipiebant:

I II III IV a . . IV b V VI VII,

atque singulis me iudice numeri 1—8 adscripti erant (Stud. I 84 et infra p. XXIII sq.). in medio codice octo fere folia interciderant. itaque partes codicis bipertiti libros I—IV a et IV b—VII amplexae inter se commutari poterant et commutatae sunt. neque enim audiendus est Gundermann, qui pristinum ordinem IV b—VII, I—IV a fuisse et prima ultimaque codicis folia interiisse, id quod saepe in aliis observatur, contendit: nimirum si talis fuisset archetypus, causa deerat, cur scissura inter libros VII et I integros facta utraque pars pristinum mutaret locum.

Atqui hunc ordinem perversum is reperiebat et recipiebat, qui prior archetypum satis fideliter depinxit. Neque numeris libellorum deterrebatur, quominus a verbo *Grandinem* IV b 3, 1 initium operis exarandi faceret, quin etiam ne numeros quidem huius partis (IV b—VII) omisit; alterius partis (I—IV a) libellos praetermissis numeris subiunxit. hunc codicem, quem **Φ** nominavi, saeculo X in Francogallia scriptum vel potius statim illuc transportatum esse putaverim. ibi enim quoniam ter vel quater (cf. **ϑλϱ** et **Z**) describebatur, parens codicum melioris notae factus ultra saeculum XII exstitisse ipse non videtur (Stud. I 35 sqq. 88. II 6 sqq.).

1) Cf. Pelagius in Irland, Berol. 1901, p. 7 sqq. 219 sqq.

Δ Iterum idem archetypus a monacho recentiore, saeculo fortasse XI vel X exeunte, descriptus est (Stud. I 8 sqq. II 35 sqq.). Hoc apographon ***Δ*** neglegentis scripturae et lacunosum neque ab interpolationibus multis gravibusque liberum in Germania superiore opinor servabatur. inde enim fluxit codicum mutilorum memoria, quorum pars in monasteriis Germanicis fuit vel nunc est (***δ***), pars in Italia (***ε***), unde libri vulgares aliunde suppleti pendere videntur. ipsius codicis ***Δ*** ultra saeculum XIII vestigia non reperiuntur.

Archetypus ipse mox totus interiturus illis temporibus, cum iterum describebatur, iam maiorem labem perpessus multis locis oculos legentium miserrime cruciabat et folia non solum antea deperdita sed etiam praecedentia amiserat: deerant igitur totus liber IV a, ultima libri III capita inde a verbis *efferantur, quaedam ad media* (III 25, 6), denique exordium libri IV b. apographi ***Δ*** scriba integros reperiebat libros I—III usque ad verba *supra aquam tota* (III 25, 6) et partem alteram (IV b 3—VII ex.). atque hos libellos in pristinum ordinem redactos reddidit et lacuna non animadversa libros mancos III et IV b in unum conflatos exhibuit. itaque sex libellos numeravit singulisque numeros adscripsit (cf. Stud. I 30 sq.) hos:

(I II III + IV b V VI VII)
1 2 3 4 5 6

Φ Eosdem numeros prioribus duobus (vel tribus) omissis postea in subscriptiones codicum alterius classis translatos esse Schultess et ego observavimus (Stud. I 84 sq.). nonnulli enim horum, qui initium a libro IV b faciunt, sic libellos enumerant:

IV b	V	VI	VII	I	II	III	IV a
3	4	5	6	7	8	9	10

atque has quidem subscriptiones tam memorabiles identidemque tractatas nunc repetere (e Stud. I 40; II 11; 14) praestat; testibus accedit codex **Z**.

Titulum om. GH. *Incipit Seneca de naturalibus questionibus* L. *De naturalibus causis* Esc. man. pr.

IV b/V. (*Lucii* H) *annei senece liber III* (*tercius* H) *explicit de nubibus. Incipit IIII*(*us*) *de ventis* HL mg. *Explicit liber III de nivibus. Incipit liber IIII de ventis* Z

V/VI. *Explicit IIII. Incipit V liber* L[1]. *Explicit liber IIII de ventis. Incipit liber V de terre motu* Z (*Lucii* H) *annei senecae naturalium questionum ad lucilium iuniorem de ventis liber IIII* (*incipit* L add. sed del.) *explicit. Incipit V us de terrae motu* (*de tremor.* L) HL[2] marg.

Explicit septimus. Incipit octavus H

VI/VII. *Explicit V liber, incipit VI* L. *Explicit liber V de terre motu. Incipit liber sextus de cometis* Z. *Incipit sextus liber* G

Explicit liber V de cometis. Incipit liber VI de discurrentibus Z

VII/I. *Explicit VI. Incipit VII liber* L. *Explicit Liber Sextus. Incipit Septimus* H. *Septimus incipit* G

I/II. *Explicit* (*liber* H) *VII. Incipit VIII* HL mg. *Incipit octavus liber* G

Explicit VIII. Incipit VII G

II/III. *Explicit liber VIII. incipit IX* H

III/IV a. *Explicit liber IX* (*nonus* L) *incipit liber X* (*X liber* L, *decimus* Esc.) GHL Esc.

IV a. nihil subscribitur.

Nimirum e codice Escurialensi N III 13 nihil nisi titulos librorum primi et ultimi enotatos habemus. plura de subscriptionibus ab Alberto Magno lectis et in excerptorum codicibus (M cet.) adpictis addere possum, sed monere sufficit in his quoque decem libros numerari. a ceteris meros errores codicum Z et G segregavi atque

mirum illud numerationis vetustioris vestigium in **H** codice optimo servatum, quo δεκάδα ab huius fonte olim afuissse et a correctore demum in plerasque subscriptiones illatam esse aperte proditur: antea enim octo tantum libri sed aliter collocati (I—IV a, IV b—VII) numerabantur, quod in archetypo olim factum esse dixi (Stud. I 84 et supra p. XXI).

Sic ad archetypum codicum reverso mihi duo illius apographa et stirpes ab his pendentes hoce stemmate et imagine ante oculos ponere placet:



Ubi verba in codicibus tradita discrepant, saepissime integriorum lectio praestat, multo rarius memoria librorum **Δ** corrigitur.

Φ Menda graviora (Stud. II 37) in **Φ** inveniuntur haec:

II 12, 1 . . *conatio sine ictu, ista iaculatio cum ictu* **Δ**	*conatio sine ictu* cet. om. **Φ**
II 33 *quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus* **Δ**	*quemadmodum interpretemur, quemadmodum exploremus* **Φ**

alia menda alibi (Stud. I 29 sq. 35. 77) congessi, neque desunt, quae addere possim.

Δ Multo plura in codicibus familiae Δ lacunosis deprehenduntur, veluti undecim lacunae ampliores in libris prioribus (Stud. I 8 sq.): scilicet I 1, 6. 2, 9. 5, 2. II 9, 3. 12, 2. 14, 1. 40, 5. 41, 1. 55, 3. 59, 3. III 11, 1, qua socordia fuit, scriba totas omisit lineas. alibi verba transposuit non pauca, libere sententiolas reddidit, corrupta coniecturis emendare studuit, inepta quae videbantur aut sustulit aut correxit. cuius licentiae haec exempla adferre sufficiet:

I praef. 17 *hoc certe sciam, omnia angusta esse, mensus deum.* **Φ**	*hoc certe sciam, omnia angusta esse. sed haec deinde.* Δ
III 15, 1 *ad similitudinem illam humanorum corporum natura formavit* **Φ**, ubi ex *illa* corruptum *illam* in archetypo erat	*illam ad similitudinem humanorum corporum formavit deus* Δ [de libris vulgaribus cf. Stud. I 28].
II 48, 1 *nam et quod perpetuum vocant fulmen finitum est. aeque enim [est] ad diem respondent, nec ideo minus finitum est, quia multa significat. et quod prorogativum videtur, finitum est.* **Φ**	*nam — est. aeque enim talia ad diem respondent, nec ideo finita non sunt, quia multum tempus significant. et q. — est.* Δ

hoc loco quod mendose *respondent* pro *respondens* tradebatur manifestarum in Δ interpolationum ansa fuit, ceterum in deo et natura a Seneca commemoratis scriba religiosus offendit.

His quam brevissime adumbratis ad singulas utriusque familiae stirpes discernendas transeo et primum melioris illius **Φ** nominatae tres vel quattuor delineaverim (Stud. I 71. II 7—27):



Haec codicum ratio uno obtutu e loco supra p. XXV allato II 48, 1 dispicitur:

aeque enim est ad diem respondent, nec ideo minus finitum est, quia multa significat. **Φ**	*aeque — minus f. est* om. **ϑ** *est* om. **Z** (ante *ad*) *quia m. significat* om. **λ**

itaque integer hic locus in **ϱ** et **Z**, dubiae originis codice, traditur; accedit **L**, cuius in margine superiore verba *quia multa significant. et quod prorogativum videtur, finitum est* supplentur (L^2), et **J**, ubi parum recte *quia m. significat* ante *eque enim* a manu recentiore (J^2) adduntur. stirpes **ϑ** et **λ** suis mendis et agnoscuntur et constituuntur. neque igitur hinc sed ex ipso **Φ** stirps **ϱ** derivata est.

Haec stirps (Stud. II 20 sqq.) ante saeculum XII medium orta e codicibus notis exhaustisque haud ita facile circumscribitur. codex enim Opsopoei Memmianus, qui optimus et vetustissimus fuit, interiisse videtur; U vilissimus et Escurialensis O III 2 accuratius examinati non sunt; ST aliunde interpolati sunt. praebet igitur unus fere codex P neglegenter scriptus fundamentum totius stirpis. atque in ipso codice ϱ menda permulta videntur fuisse, gravia nulla. uno loco VII 11, 3 sententiolam a scriba omissam in margine codicis ϱ adiectam fuisse et inde falso collocatam in textum librorum PT venisse apparet (sed recte in U, nisi hic aliunde correctus est). ceterum singula verba saepe omissa sunt, plura ter vel quater in P, saepius in T, sed haec locis diversis (Stud. II 24 sq.).

A ceteris codicibus longius distat Z (olim R nominatus: Stud. II 21), qui utrum eiusdem stirpis ϱ an sui generis sit, ne nunc quidem, postquam paene totum contuli, elucet. sane multas praebet lectiones aut bonas aut, id quod minus suspectum est, bonis similes, velut:

V 16, 2 *creberque* ϑZL^2] *crebrisque* $\sigma\lambda\varrho$
16, 4 *intervenit* σZL^2] *invenit* Φ *intus venit* S^{2}T
VII 17, 1 *myndius* FH(ϑ)Z] *mindius* J^2 *mitidius* ET *mundius* λ *mydius* P *medicus* σ
IVa praef. 45 *Messallina* Fortun. em.] *messalia* OZ *messala* ceteri codd.
VII 15, 2 *quot* Fortun. em.] *quod* Z *quid* Φ(?) et σ

potuit igitur has talesque lectiones scriba codicis Z ex ipso Φ libro accuratius lecto sumere. alias fortasse e codice neglegentius lecto hausit, cf.

III 30, 1 *ad quae*] *atque* ηZ
IVa 1, 2 *exortum*] *ortum* ς (vel η) Z *ortus* gE
V 12, 2 *scindit*] *cindit* P^{1}ZL^2 *scingit* λ
12, 3 *iustorum* B^{2}Eϱ] *istorum* σHλZ
VII 1, 3 *statum* ηEλU] *statim* σHϱZ.

tertium genus plane interpolationum est, velut

VII 1, 2 *trepidat*] *strepidat* P^1 *strepitat* **FHZ**
V 16, 2 *illa* **H**λ] *illa rixa* **P** *in illa rixa* δ**gTZ** *in illa pugna* **E**
IVa 2, 2 *aut sterilis annus aut fertilis* (*sterilis* λ) *est*] *aut fertilis annus aut sterilis est* **Z**
2, 5 *cautium*] *et acuta* **Z**, quod L^2 pro *et illis* recepit.

eiusdemque generis sunt correctiones orthographicae, quoniam in **Z** semper fere *neglegere* pro *negligere, Aristoteles* pro *Aristotiles* scribitur, et III 27, 14 versus Ov. Met. I 286—289/90 ex exemplari suppleti, quod *templis* pro *sacris* praebebat (*potuitque — malo* om. **Z**), atque III 27, 13 om. *fulvos vehit unda leones* (cf. Stud. I 54). talis igitur liber a suspicione nusquam fere liber est, neque inde quarta codicis Φ stirps probari potest. cum **PT** non raro consentit, neque vero in totis lineis omissis, immo in **Z** haec desunt verba:

III 27, 9 *stringit — montium* post *montium*
IVa praef. 4 *fortasse — petitur* post *petitur*
2, 29 inde a *maria* vel *alternatis* usque ad finem (§ 30)
IVb 13, 4 *large redegit ad* om. Z^1 suppl. in mg. Z^2
VI 32, 5 *morbi petent sive hostium sive civium* (sic Z^2!) *gladii sive* om. Z^1 post *sive,* suppl. Z^2 in mg. [sequitur *insularum,* om. **P** Memm.]
VII 8, 3 *non ut — cursus* post *rotari?*

haec verba in **PT** exstant, qui alius alia praetermiserunt (cf. Stud. II 24 sq.). neque igitur cuiusnam stirpis **Z** sit, adhuc patet, neque hoc uno codice satis miro quarta stirps constituitur: res dubia relinquitur.

λ Dilucida est stirps λ et satis a me olim e codicibus J^1KL^1O et excerptis **M** restituta (Stud. I 41—47, II 13—19). hi enim codices omittunt

II 23, 2 *his maximis — est ignem* post *in ignem*
II 48, 1 *quia m. significat*: cf. supra p. XXVI
VI 30, 3 *celebrant — ex infimo* ante *veniunt.*

praeterea una quaeque pagina menda minora huius stirpis praebet. neque mirum est, quod in J^2L^2 lacunae expletae, menda saepe correcta sunt. idem in aliis codicibus factum esse veluti iis, unde **P** et **T** descripti sunt, suspicio est, neque vero horum fata nobis ante oculos versantur, quoniam libri, qui correcturas inter lineas vel in margine habebant, ipsi perierunt. L^2 autem e **Z** eiusve gemello pendere nunc probavimus, de J^2 postea videbimus, cum de codicis **E** fide disputaverimus.

Exemplaris λ parum fidelis memoriam L^1 optime servavit, paulo minus J^1 eiusque gemellus **K** etsi vetustior tamen parum diligenter scriptus, maxime neglexit **O** minima cura exaratus; diligentius perscripta sunt excerpta (**M**) neque vero a suspicione interpolationis libera. haec repetere singula nunc non necesse erit.

Stirpi ϑ, imprimis codici **H**, summa fides habenda est. tamen ne huius quidem exemplaris contextus integer fuit, unde libri **EFGH** aliique atque inde a III 25, 6 libri vulgares, quos η nominavi, manarunt. in minoribus enim omnes simul peccaverunt et hos locos omiserunt (Stud. I 55. 72; II 9):

I 3, 5 *deinde multas — imaginem solis* post *imaginem solis*

II 48, 1 *aeque — finitum est*: cf. supra p. XXVI

V 1, 3 *fluctus est — fuerit* ante *fluctus est,* ubi **EFGH** etiam *in unam partem* om.

V 18, 4 *an non nasci* post *nasci* [ubi integer est δ, non η!]

VII 5, 3 *talem — fuisse* post *fulsisse.*

Atqui hi in duas partes discedunt. nam libris **FGH** eadem vitia insunt, eadem verba desunt:

VI 30, 2 *cum pars — deesse,* ubi in **H** hiatus exstat

VII 10, 2/3 *nobis suspicionem — praebere* ante *nobis opinionem*

IVa non integrum scribae reperiebant, desinunt enim **F** in verbis *nivem diluunt* 2, 19, **H** in *quippe*

vernis § 19, **G** in *cum quis* praef. § 13; praeterea Etonensis et Escurialensis totum IVa librum omittunt, sed hic in Escurialensi ab altera manu usque ad *tulit arentibus* 2, 9 additus est.

quartus locus II 6, 5, de quo olim dubitavi (Stud. I 58; II 9), totus in **GH** exstat.

codex **F** ascita Δ familia interpolatus, unus **H** prorsus sincerus est.

Ab altera parte stant **E** et η, qui uno loco, III 26, 4 sq., eadem verba *non tamen — certo tempore* omiserunt (de IVa 2, 27 cf. Stud. I 72), saepissime in levioribus corruptelis conspirant (cf. Stud. I 73).

Mirum est, quod ordinem librorum triplicem praebent huius stirpis codices. **H** enim, qui a *Grandinem* IVb 3, 1 incipit, Vincentii Bellovacensis codex ceterum similiter atque **E** interpolatus, tres a *Grandines* (sic!) orsi **G** Eton. Escur. ordinem familiae Φ sane perversum fideliter servaverunt (atque ultimum librum hi aut mutilum praebent aut prorsus omittunt):

IVb V VI VII, I II III (IVa).

η contra codices vulgares η prioribus libris I—III 25, 6 e Δ sumptis hos adnectunt:

· · · III (25, 6—fin.) IVa IVb V VI VII.

EF denique **EF** hunc singularem et de consilio excogitatum ordinem proferunt:

I—III, IVb—VII, IVa.

itaque quisquis hunc librorum ordinem commentus est, librum ultimum IVa suo loco reliquit, ceteros septem secundum η ordinavit (Stud. I 57 sqq. 69). neque desunt cuiusdam inter **F** et **E** commercii vestigia, scilicet lineolae in **F** ad eos praefationis IVa locos adpictae sunt, quos **E** omisit (cf. Stud. I 59).

EM Excerpta quoque, quae stirpis λ sunt, aliquo modo cum **E** cohaerere suspicor. praefationis enim IVa nihil

in **M** traditur, quod in **E** deest, immo excerptorum excerpta in **M** exstare videntur:

[§ 1—13 *intervallum sit* om. **M**]	[post alia § 7 *nec invidebo — intervallum sit* § 13 om. **E**]
§ 14 *cum bene laudari cupieris — existimarem fidem* § 16 praebet **M** paucis om. vel mutatis[1])	§ 14 *cum cupieris bene laudari — estimarem fidem* § 16 praebet **E**
	[§ 16 *non debebat — furori misi* § 17 om. **E**]
	§ 17 *videbam apud Gaium — dissilui*
[§ 16 *non debebat mihi — mori posse* § 17 om.]	[§ 17 *ne viderer — mori posse* om. **E**]
§ 18 *adice nunc victus — derisus es* § 18 praebet **M**	§ 18 *adice nunc invictum — lucro. adice nunc quoque victus — a me incipe* § 19 praebet **E**
[§ 19 *possum et ipse* eqs. om. **M**]	[§ 19 *Vergilianum — contextum* om. **E**]

neque vero locus libellorum neque numeri 3—10 in eo codice mutati erant, unde **M** ceterique excerptorum libri pendent.

Alterius familiae Δ meliores qui exstant codices libellos I—III 25, 6 et IVb—VII exhibent. quorum toti collati sunt **AB**, ex parte **C**, satis notus est Pragensis libri **B** gemellus, alii minus noti accedunt: ex his stirps δ constituitur (Stud. II 38). ab ea alieni esse qui eosdem libellos continent Itali recentes videntur, propter vilitatem a me neglecti (Stud. I 15 sq. II 41). nuper horum tamquam antesignanum detexi Palatinum olim Heidelbergensem nunc Vaticanum 1579 saec. XII/XIII, qui auctoritate et aetate vetustissimos stirpis δ codices **BC** Prag. nescio

1) § 15 *non mihi fidem tirannus eripuit non* [*in aliorum — diu* om.] *publici hostes* [*antequam sui* om.] *prop.* deletis nominibus propriis in **M** traditur.

an aequiperet. inde subscriptiones, initia exitusque libellorum exscripsi, ad plura enim enotanda Roma iam profecturus non vacabam; haec vero sui generis esse Pal. 1 satis probant:

I 17, 10 *nulli non vitio necessarium factum est* **A** (= ***Φ***). paene totum caput om. **BC** Prag.	*nulli num(er)ario necessario factum est* Pal. 1
II 59, 13 *nisi qui effugit* **BC**, *nisi quod effugit* **A** (= ***Φ***)	*nisi qui effugit* Pal. 1 sed *(ve)l q(uod) n(on?)* supra scr.
III praef. 1 *Non me praeterit* **ABC**	*Non praeterit me* Pal. 1 (= ***Φ***)
III 25, 6—IVa 2, 30 om. **ABC**	om. Pal. 1
IVb 1, 1 *Grandinem hoc modo fieri si tibi affirmavero, quo apud nos glacies fit* (*sit* **A**), *gelata nube tota* (*tota nube* **A**) **ABC** (= ***Φ***)	*Grandinem hoc modo fieri, quo apud nos fit glacies, gelata nube tota, si tibi aff.* Pal. 1
V 1, 1 *Ventus est aer fluens* **ABC** (*fluens aer* ***Φ***)	*Ventus est aer fluens* Pal. 1
V 18, 16 *ea, in quibus vita consumitur* **ABC** ([*ea* om.] *in quae* [vel *qua*] *v. c.* ***Φ***)	*ea, in quibus vita consumitur* Pal. 1
VI 32, 12 *illi* (*illis* **B**) *et obviam exire* **ABC** (= ***Φ***)	*illa et obviam exire* Pal. 1
VII 1, 1 *Nemo usque adeo* **ABC** (*Nemo usque eo* ***Φ***)	*Nemo usque adeo* Pal. 1

Apparet uno loco (libri III) Palatinum 1 meliorem esse quam ***δ***, duobus vel tribus (IVb, II) quam **A**, uno (I) integriorem quam **BC**, tribus (IVb, I, VI) quam ***δ***, ceterum cum ***δ*** congruere. itaque eum propriae stirpi ***ε*** attribuerim.

Cum hoc codice congruunt atque ex eadem stirpe pendent Chisiani 1, 2 et Vaticani lat. 1, 2, 3. hi enim omnes III praef. 1 *praeterit me* collocant (sed Chis. 1 Vat. 1, 3

preteriit praebent), atque IVb 1, 1 *si tibi affirmavero* Chis. 2 Vat. 2 cum Pal. post *nube tota* collocant, Chis. 1 post *sit glacies gelata* (e Vat. 1, 3 nihil hoc loco enotavi). denique I 17, 10 Chis. 2 et Vat. 2 eandem exhibent lectionem *non vitio* atque **AΦ**, contra Vat. 1 et 3 *nu(m)ario* praebent, utraque coniuncta Chis. 1 *non vitio numeratio* habet.

Ex eadem ε stirpe, nisi fallor, codices vulgares pendent, scilicet in prioribus libris I—III 25, 6 e Δ haustis (cf. supra p. XXIV sq.): magis enim eos cum Pal. 1 eiusque asseclis recentioribus congruere quam cum δ facile probatur. nam III praef. 1 omnes *preteriit me* et I 17, 10 *non vitio nummario* (vel *num(er)a(t)io*) habent. alia exempla Stud. I 27 sq. congessi. itaque hi codices in libris I—III 25, 6 recensendis, ubi inter se consentiunt, mihi ε audiunt. in libris IVb—VII huius stirpis quod testis mihi praesto fuit nullus, dolebam, cum multa stirpis δ vitia recipere cogebar: ipse archetypi textus vix usquam Palatino conlato corrigetur.

Sane libros III 25, 6—VII in codicibus **c g m n p** Pal. 3 ceteris vulgaribus non deesse, sed eorum textum stirpis ϑ esse supra vidimus. is enim, qui mancum esse l. III et deesse l. IVa in suo exemplari e familia Δ derivato observavit, ad hunc hiatum explendum codice η nostri **E** simillimo potitus inde ceteros libros omnes descripsit neque ad prius exemplar nisi correcturas quasdam adiecturus revertit. idem fortasse ex illo novo codice priores quoque libellos exemplaris ε ceterum iam spreti correxit, unde interpolationes in Chis. 2 Vat. 2 (Stud. I 15) fluere potuerunt. magis mirum est, quod libellorum ordinem I—VII adiuvante fortuna genuinum vulgo recuperatum sed numeros 1—6 e Δ saepe servatos reperimus; tamen codices vulgares exstant, qui septem ut Aldina vel octo libros enumerant (Stud. I 31 sqq.).

V. Index singulorum codicum

1. Libri classis Φ qui libellos IVb—VII, I—IVa continent.

Stirpis ϑ [antea μ appellatae]:

H Parisinus lat. 8624 membr. saec. XII/XIII, olim Q nunc **H** appellatus, summae fidei, totus bis a Rossbachio iterumque a me (sed capp. IVa 1—2 praetermisi) excussus. Stud. I 38.

G Montepessulanus H 116 membr. saec. XIII, cuius fol. 100^{r} Chatelain in tab. 169 depingendum curavit. nonnulla folia examinavi. Stud. I 10.

Escurialensis N III 16 membr. saec. XIII (Stud. I 38) et Etonensis 89 membr. eiusdem aetatis (Stud. II 11) artioribus vinculis cum **G** conectuntur.

Vincentii Bellovacensis exemplar ante medium saec. XIII exaratum eiusdem stirpis videtur fuisse sed interpolatum (Stud. I 39, cf. 70 sq.). a Vincentio pendet Gualterus Burlaeus (Stud. I 39).

De aliis huius stirpis libris cf. p. XXXVI.

Stirpis λ:

L Leidensis Vossianus lat. fol. 69 membr. saec. XII exeuntis; folium Nat. Quaest. primum Chatelain in tab. 169 expressum edidit. totum contulerunt Larisch et G. Müller. altera manus, quae multa erasit et correxit, cum **Z** congruit. Stud. I 36, II 13.

K Cameracensis 555 membr. saec. XII a me conlatus, bonae notae est. Stud. I 37. huius gemellus est (cf. S ud. II 17 sq.)

J Oxoniensis collegii Sti. Johann. nr. 36 membr. saec. XIII, quem corrector pertractavit (J^{2}). Rossbach totum excussit. Stud. II 13.

C Leidensis lat. oct. 199 saec. XIV in. neglegenter exaratus, magis L^1 quam J^1K affinis. totum contuli. Stud. I 37, II 13.

Excerptorum collectionem saec. fere XII confectam quinque codices praebent, in quattuor excerpta Nat. Quaestionum e λ sumpta exstant. horum Parisinum 17 903 membr. saec. XIII ego et Rossbach contulimus. Stud. II 14 et supra p. XXX sq.

Stirpis ϱ:

P Parisinus lat. 6628 membr. saec. XIII (fort. exeuntis). totum contulit Rossbach, iterumque ego (sed IV 1—2 praetermisi). Stud. I 37, II 20.

Escurialensis O III 2 membr. saec. XIII/XIV, fortasse item atque P e codice Beccensi descriptus erat. Stud. I 37.

Codex Memmianus Opsopoei, qui periit, eiusdem stirpis fuit. Stud. I 40, II 26.

U Monacensis 11 049 saec. XIV vilis est, paucas paginas excussi. Stud. I 38, II 27.

S Interpolati sunt duo codices: Montepessulanus H 445 membr saec. XIII ineunte perscriptus, in quo nunc Nat. T Quaest. IV b—VI 9 tantum servantur, et Parisinus 6386 membr. saec. XIII ut videtur ineuntis. utrumque codicem et ego et Rossbach contulimus. Stud. II 21 sqq.

Eiusdem stirpis nescio an Alberti Magni codex fuerit sane interpolatus. Stud. I 39. 49; II 29. 31.

Stirpis ignotae:

Z Genevensis lat. 77 membr. saec. XII ex., cuius folium 8^v Chatelain in tabula 170 delineavit. hunc olim R appellatum paene totum a. 1902 contuli (sed omisi VI 17, 3—32, 12). Stud. II 22, cf. supra p. XXVII et infra p. XLII.

Monacensis ep. 175 lat. membr. saec. XV. Stud. I 39.

Parisinus regius 6395 membr. saec. XIV. Stud. I 39.

2. Codices, in quibus ordo libellorum novatus est

Stirpis ϑ:

Ordo librorum est I—III, IVb—VII, IVa.

E Erfurtensis, nunc Berolinensis lat. oct. 9, membr. saec. XIII, quem contulerunt Herel, Fickert, alii. Stud. I 56. hunc librum qui ante me omnium optimus esse ferebatur, sine cura exaratum esse et interpolationibus temerariis scatere evici (Stud. I 57—70, cf. II 27 sqq. et infra p. XL sq.).

E^{w} Wirceburgensis 59 chart. anno 1469 ex **E** descriptus est; pauca folia, quae continebant I 11, 3—15, 8, nunc in **E** deperdita, ex uno Wirceburgensi **E**^{w} (olim W appellato) novimus. partem Larisch contulit, cetera G. Müller. Stud. I 56.

Fragmentum Coloniense Gruteri, quod periit, cum **E** concinebat. Stud. I 57.

F Oxoniensis Mertonensis 250 membr. saec. XIV olim N, nunc **F** nominatus, interpolationum expers est, nisi quod priorum librorum textum corrector secundum Δ emendavit. complures libros contuli. Stud. I 56, II 10.

Libri vulgares e stirpibus ε et η conflati:

Ordo libellorum vulgaris est I—VII, posterioris partis η (III 25, 6—VII) textus, quem η (vel ς) nominavi, e ϑ pendet et maxime cum **E** congruit; prior pars (I—III 25, 6) ex alterius familiae stirpe ε fluxit.

g Guelferbytanus Gudianus 10 membr. saec. XIII fort. exeuntis; totum secundum Δ correxit manus altera (**g**^{2}). hunc Fickert contulit. Stud. I 17 sq. (in fol. 287^{r} lege . . *Clusine dioc(esis)* . .).

m Oxoniensis Mertonensis 300 membr. saec. XIV. aliquot libros contuli. Stud. I 18.

n Leidensis 458 membr. saec. XV. particulas excussi. Stud. I 18.

Vaticani lat. 2215 saec. XV et 2214 paulo vetustior, uterque membr. Stud. I 19.

Neapolitanus 358 membr. saec. XIV. Stud. I 19.

Parisini regii 6380, 6390, 8717 membr. saec. XIV. Stud. I 19 sq., II 42. in his sex libelli numerantur, in illis qui secuntur septem.

Caesenas 20, 5 membr. (?) saec. XIII (?). Stud. I 20.

Venetus Marcianus 141 membr. saec. XIV. Stud. I 21.

Florentinus Laurentianus 76, 35 membr. a. 1426 scr. Stud. I 21.

Parisinus regius 6385 membr. saec. XIV. Stud. I 20.

Monacensis 23 473 membr. saec. XIV. Stud. I 20.

Vindobonensis Palatinus 3134 chart. saec. XV. Stud. II 41 sq.

His addi potest editio princeps Nat. Quaestionum, quae Venetiis a. 1490 prodiit (SENECA MORALIS etc. per Bernardinum de Cremona et Simonem de Luero), vel altera a. 1492, quam Fickert contulit (Ald.). Stud. I 21.

In codice Vaticano lat. 2212 membr. rec. octo libelli numerantur. Stud. I 21.

Romanus Barberinus VIII 127 membr. saec. XV libellos non numeratos praebet. Stud. I 21.

p Coloniensis Gruteri et Palatinus quartus nisi e collatione huius viri non noti sunt. Stud. I 21.

Palatinum eiusdem tertium a. 1901 Romae detexi: est Vaticanus Pal. 1540 membr. in quarto saec. fere XV exaratus, ex 167 foliis scriptis constat. in folio ceteris praefixo legitur *Carte 168 Jannotij manettj* et tabula scriptorum. insunt fol. 1 de ira, f. 22 brev. v., f. 34 provb., f. 38 mor., f. 40 clem., f. 47 remed., f. 50—92^{v} benef., f. 93^{r}—140^{r} Quest. Nat., f. 140^{r} provid., f. 150 beata v., f. 159 tranq. v. Gruteri collationem Fickert edidit. textus interpolatus et suppletus est. Stud. I 22.

3. Libri classis *Δ*, qui libellos I—III 25, 6 et IVb—VII tamquam sex continent

Stirpis *δ*:

B Bambergensis M IV 16 membr. saec. XII contulerunt Jan, Fickert, G. Müller. unam paginam Chatelain in tab. 168 delineandam curavit. Stud. I 10, II 38.

Pragensis capitularis L 94 membr. eiusdem aetatis et Bambergensis gemellus, vix hinc descriptus. Stud. I 10.

C Austriacus Sanctae Crucis monasterii membr. saeculo XII vix recentior. aliquot libros contuli. Stud. II 38 sqq.

A Leidensis Vossianus lat. oct. 55 membr. saec. XIII, olim Nicotianus Opsopoei. codex correctus est neque ex una *δ* stirpe derivatus; fortasse idem codex Pinciani fuit. totum contuli. Stud. I 11.

Stirpis *ε*:

Vaticanus Palatinus 1579 in foliis 64 octavae formae membr. saec. XIII (vel XII exeunte) exaratus. hunc a. 1901 detexi. insunt: fol. 1 *Fulgentius. Expositio virgiliane filosfos moralis* — f. 15. fol. 16 ab alia manu nescio quid additum est. fol. 17 in alia membr. ab alia manu eaque saec. XII/XIII *Annei Senece de naturalibus questionibus .... incipit.* ‘*Quantum inter — levi manu querimus*’; fol. 60. ibid. *Lucii annei senece liber de remediis fortuitorum ad lucilium incipit* — fol. 61ᵛ. *explicit lib(er) de remediis fortuitorum. incipit lib(er) proverbiorum* .... initia tantum et exitus libellorum inspexi, cf. supra p. XXXI sq. Pal. 1 mihi audit.

Vaticani (1, 2, 3): lat. 1769 et 2216 membr. saec. XIV; 2213 saec. XV membr. Stud. I 11.

Chisianus prior: E VIII 252 membr. saec. XIV. Stud. I 12, II 41.

Chisianus alter: H VII 245 membr. saec. XV. Stud. I 12. hic liber aeque atque Vat. 2 interpolatus est. cf. p. XXXIII.

Florentinus Laurentianus 82, 20 chart. rec. Stud. I 12.

Accedunt libri vulgares in parte priore (I—III 25, 6) ex ε descripti: cf. supra p. XXXVI.

4. Libri originis ignotae

Parisinus bibl. nationalis 17 842 saec. XV. Stud. II 42.

Vaticani, qui olim Alexandri Petavii fuerunt, 905, 1138; 58, 1142, 1338.

Cameracensis 939 membr. a. 1379 scr. Stud. I 22.

Parisinus regius 6395 membr. saec. XV, qui excerpta tantum Senecae continet. Stud. I 22.

Alii codices in catalogis vetustis commemorantur (cf. Stud. I 87—90) vel a viris doctis ante Fickertum adhibiti hic illic afferuntur.

VI. De codicum correcturis

Plerique Senecae codices non solum suae familiae gentisque signa prae se ferunt sed etiam vestigia studii philologorum et correctorum tam manifesta, ut haec affinitas exemplarium aeque emendatorum nonnusquam magis quam illa gentilium primaria sed obruta appareat. hac de causa primo obtutu librum **T** dum inspicio gemellum codicis **E** esse putavi. nimirum multis libris secum comparatis alius aliunde et bonas lectiones et menda parum perspecta hauriebat, alius alibi emendationes addebat. neque vero hae correctiones et emendationes usque ad archetypum librorum recedunt neque ultra, sed in libris recentioribus leguntur, atque maxime in **σ**, **ε**, **η** videntur fuisse. intacti ab iis **ΦϑH**, paulo minus **λ** (et **ϱ**?) manserunt, et codices $\mathbf{J^1KL^1}$ pauca ex alius stirpis codicibus ad stirpis **λ** textum adnotata, alia $\mathbf{L^1O}$ praebent. neque igitur fundamento caremus, si **Φ** et ipsum archetypum laceratum restituere conamur, neque est, cur correcturas et interpolationes huic attribuamus. immo medii aevi sc. saeculorum XI/XII et sequentium studia sedula revelantur,

quae in Francogallia maxime floruisse (Stud. I 88 sq.) et in schola Carnotensi culta esse (Stud. II 34 sq.) conieci. accuratiora de his doctiores nos docuerunt velut Eduardus Norden[1]), et doceant, ego de ipsis Senecae codicibus quid erui possit congerere satis habeo.

Sinceram codicis Δ memoriam ad nos non pervenisse constat (Stud. I 24 sqq., 76 sqq.), nam $\delta\,\varepsilon$ saepissime deprehendimus correctos et saepe iisdem locis. quorum δ e λ emendatum esse apparet, cf.

VI 5, 2 *contentum*] *contemptum* λ *contempnendum* δ
6, 1 *innare*] *in mare* λ *in mari* δ
3, 3 *magna pars*] *pars magna* $\lambda\,\delta$
3, 4 *timendi*] *timidi* $\lambda\,\delta$ (cf. Stud. I 78).

rarius δ cum $\mathrm{P}(\varrho)$ vel Z congruit, velut

I 3, 4 *istic*] *isti* $\mathrm{PT}\,\delta$
3, 5 *existimant*] *estimant* $\mathrm{PT}\,\delta$
II 27, 4 *illisarum*] *illarum* $\mathrm{B^1P}$ *illesarum* ε
ib. *hic fieri illo* $\mathrm{A^1}\Phi$] *hoc fieri* $\varepsilon\mathrm{P}$ *hoc fieri hoc* δ
V 2 a. c. *arietare*] *ar*[illegible]*etari* Z *artari* δ.

porro libri vulgares quotquot innotuerunt parum fideles sunt neque genuinam stirpis ε imaginem ostendunt (cf. Stud. I 23), atque codex A, etsi alteri stirpi a me adscriptus est, tamen saepe inter δ et ε fluctuat saepiusque mirum in modum cum $\Phi(\lambda)$ conspirat:

II 44, 1 *secunda*] om. $\mathrm{A}\,\varepsilon$
44, 2 *hoc*] *et hoc* $\mathrm{A}\,\varepsilon$
34, 4 *non* $\mathrm{A^2}\Phi$] om. Δ
I 3, 4 *eo* (ss. *mira*) $\delta\,\vartheta\,\varrho$] *adeo* $\varepsilon\mathrm{F}\,\lambda$ *adeo eo* $\mathrm{A^1}$
II 42, 2 *an* $\mathrm{A}\,\Phi$] *aut* $\mathrm{B}\,\varepsilon$.

quae cum ita sint, utrum ipse codex Δ an apographa tantum ex exemplari alterius classis vel exemplaribus correcta sint, diudicari nunc non potest.

---

1) Cf. Norden, *die antike Kunstprosa*. Leipzig 1898. II 712—724.

Codices Chisianus 2 et Vaticanus 2 ex exemplari **E**η affini correcti vel potius interpolati sunt (Stud. I 27 sq.).

Sed e Δ nonnulli melioris originis codices sive toti interpolati sunt sive folia continua, veluti **T** (Stud. II 33), $\mathbf{F}^2$, vulgarium p (Stud. I 23 sq. 76), alii. atque vulgares omnes in posterioribus quattuor libris textum gentis η hic illic e δ correctum praebent (Stud. I 76). accedunt autem ad codicem **T** libri aeque multis locis interpolati $\mathbf{E}(\mathbf{J}^2)\mathbf{L}^2\mathbf{SZ}$, quorum communes correcturas ex eodem aliquando fonte fluxisse apparet:

I 2, 4 *spissum* Φ] *spissum est* Δ, $\mathbf{L}^2\mathbf{TZ}$
2, 9 *constantia* Φ] *inconstantia* Δ, $\mathbf{EL}^2\mathbf{Z}$
3, 4 *habeat* Φ] *haberet* δ, $\mathbf{L}^2\mathbf{T}^2\mathbf{Z}$
III 21, 2 *notas* Φ] *causas* **T** *naturam* Δ, **Z**.

atque eiusdem generis est talis lectio qualis *magis vastique magis* $\mathbf{E}^2$ IV b 4, 2 ubi verba *magis vastique* Φ *vastique magis* Δ collocant.

Saepissime familiae Φ codices inter se conferebantur, atque hinc cur singuli diversarum stirpium simillimi textus lectiones habeant optime explicatur. sic enim **EST** nec non $\mathbf{J}^2$ conspirant, atque inter se $\mathbf{L}^2\mathbf{Z}$ (cf. Stud. II 29):

III 30, 6 *pluribus locis* $\eta\lambda\varrho$**Z**] om. **EFH** $\mathbf{J}^2$
IV a praef. 17 *potentium*] om. (**E**)**FH** $\mathbf{J}^2$
II 32, 7 *quod* ante *paucis*] om. **FGH**$\mathbf{J}^2$, habet **E**
III 24, 3 *sine igne*] om. $\mathbf{J}^1$**KE**, suppl. $\mathbf{J}^2$
VI 7, 5 *esse in abdito*] *esse in abscondito* **JKLO** *in abscondito* **E**
III 28, 4 (*a*)*equo*] *equor* **PT**, *vel equor* add. $\mathbf{J}(\mathbf{J}^2?$ $\mathbf{J}^1$ Rossb.)
III 27, 7 *auctus*] *actus* $\mathbf{P}(\mathbf{T}^1?)$ $\mathbf{J}^2$
27, 8 *rapida*] *rapta* η**E**$\mathbf{J}^2$**T**
25, 9 *materia*] om. $\mathbf{EJ}^2$**T** [*levitas* Vincentius].

itaque viae patent harum correctionum e diversis codicibus petitarum. neque seiungi potest **Z** et qui saepe easdem lectiones recepit $\mathbf{L}^2$:

V 7, 1 *aliquo* $\delta\lambda\varrho$] *ex aliquo* ϑL^2Z
18, 7 *in eius* λP, om. ς] *in eis* δ *eius* T *huius* ϑJ^2L^2Z.

Neque igitur mirum, quod multis exemplaribus inter se collatis eadem menda etsi recentiora tamen saepe recurrunt, veluti

II 20, 2 *efficax esse* em.] *effixa esse* Φ *fieri et esse* Δ *esse* Z *fieri* ET (sed post *aliquando* E coll.) *effici* Vincentius.

neque vero hae contextus immutationes errori debentur omnes sed satis multae interpolationes sunt et audaces et sagaces, quarum insignes nonnullas antea congessi (Stud. I 68 sqq., II 29 sq.). exempli loco afferatur *adustus* IVb 13, 5 in L^2Z additum. atque memoria est dignum, quod nonnusquam scribae diligentes ad locos temptatos interpretamenta quaedam adiecerunt, veluti

III 23 *ex posterioribus*] *ex his posterioribus* (sc. *libris*?) Z: cf. *ex superioribus* ET (sc. in E ordo librorum temere mutatus est)

III 28, 3 *veteris* ante *littoris*] *interioris* PT *ventis* η *antiqui* Z.

atque eodem modo II 27, 3 ubi in archetypo *acre* videtur fuisse, in Δ *aere* describebatur, in omnibus quotquot innotuerunt familiae Φ codicibus traditur *acre acerbum.* neque aliter explicantur IVb 4, 2 *temporis* $\delta\vartheta$ *aeris* ϱZ *temporis vel aeris* λ et glossemata similia (cf. I 1, 14), quae raro leguntur in libris vetustioribus. studii et diligentiae philologorum saeculorum fere X/XI — XII/XIII testimonia haec sunt pulchra neque satis hodie aestimata.

VII. De textu emendando et edendo

Non correctorum medii aevi studia sed antiquitatis socordiam secuti sunt recentiorum temporum philologi. neglecti enim a plerisque Naturalium Quaestionum libelli cum ceteris Senecae scriptis multo magis adamatis prelo

tradebantur, non emendati edebantur. unum excipio editorem Matthaeum Fortunatum virum Ungaricum, qui separatos L. Ann. Sen. nat. Quaest. libros VII apud Aldum Venetiis 1522 e pluribus codicibus a se collatis edidit et deinde idem opus alteri Erasmi editioni castigatum subiunxit (Frobenianae a. 1529). ceteri singulos tantum locos tetigerunt. atque ut totam coniecturarum et lectionum farraginem ante annum 1842 prolatarum uno conspectu comprehendamus, sollertiae et diligentiae C. R. Fickerti debemus: ipse ne recensionis quidem fundamentum posuit. huic ponendo Fridericus Haase dedita opera a. 1851 textum in lucem emisit non apparatu critico instructum sed cum ratione et sagacitate recensitum et emendatum, artis et ingenii monumentum indelebile, quamquam ne huic quidem codices satis multi neque optimi suppetebant.

His recentissimis temporibus complures viri docti et sagaces in sermonem Senecae codicumque errores inquisiverunt, Larischi et Rossbachi copiis usus novae editionis spicilegium (IVa 1 et 2) Hermannus Diels edidit, alii singula menda sustulerunt. horum dissertationibus quas C. Hosius et E. Hermes in volumine I sollerter congesserunt, nunc paucas praecipue ad Nat. Quaest. spectantes addiderim neque disquisitiones de ordine libellorum factas omiserim:

W. Allers *noch einmal die Buchfolge in Sen. nat. Quaest.* in *Fleckeis. Jahrb.* 145, 621 (1892)
E. Chatelain *Paléographie des classiques latins* II livr. 13. Paris 1897
L. Crouslé *de L. Ann. Sen. nat. Quaest. thesis Paris.* Versailles et Paris 1863
H. Diels *Seneca und Lucan*, Berlin 1886, in *Abhdlg. der Berl. Akademie* 1885
C. M. Francken *Lucanus de Nilo* in *Mnem.* 21, 315 (1893)
W. Gemoll in *censura* Studiorum meorum priorum in *Wochenschrift f. klass. Phil.* 13, 428 (1896)
A. Gercke: cf. supra p. V

M. Cl. Gertz *emendationes Annaeanae* in *Mélanges Graux* p. 353 (Paris 1884)
J. Fr. Gronovii *notae in L. Ann. Sen. nat. Quaest.* . . ed. Fickert. Vratisl. 1846. 48
G. Gundermann *die Buchfolge in Sen. nat. Quaest.* in *Fleckeis. Jahrb.* 141, 351 (1890)
F. Haase *animadv. ad Sen. libros . . de nat. Quaest.* in Indice lectionum Vratisl. 1859/60
C. Hosius *Lucanus und Seneca* in *Fleckeis. Jahrb.* 145, 337 (1892)
F. Jonas *de ordine librorum L. Ann. Sen.* diss. Berol. 1870 p. 55
G. D. Köler *L. Ann. Sen. nat. Quaest. libros septem recogn. em. atque comm. perpetuo illustr.* Gottingae 1819
B. Larisch *de Sen. nat. Quaest. codice Leid. Voss. (69) et locis illorum libr. a Vincentio Bell. excerptis,* diss. Vratisl. 1865
— *Beiträge* . . Programme Sagan 1870, Patschkau 1874. 1879 (var. lect. ad I—II 26)
P. Lejay in *recensione* Studiorum meorum priorum in *Revue critique* 44, 195 (Paris 1897)
H. C. Michaelis *notae ad L. Ann. Sen. nat. Quaest.* in *Philol.* VIII 445, IX 324 (1853/54)
Georgius Müller *de L. Ann. Sen. Quaestionibus nat.* diss. Bonnae 1886
Johann Müller *über die Originalität d. nat. Quaest. Senecas* in *Festgruß aus Innsbruck* 1893
— *krit. Studien z. d. nat. Quaest. Senecas* in *Sitz.-Ber. d. Akad. in Wien* CXXX (1894) III
A. Nehring *über die geologischen Anschauungen des Philosophen Seneca.* Wolfenbüttel 1873. 1876
— *über die Originalität von Senecas nat. Quaest.* in *Fleckeis. Jahrb.* 147, 718 (1893)
O. Rossbach in *recensione* Studiorum meorum priorum in *Berl. phil. Wchschr.* 1897, 105
F. Schultess *de Sen. Quaest. nat. et epist.* diss. Bonnae 1872.
— *Annaeana studia, Grat. Schr. des Hamburger Johanneums* 1888.

Prae ceteris de interpretandis Quaestionibus Köler, Diels, Johann Müller meriti sunt. verba corrupta summo ingenii acumine emendaverunt Madvig, Gertz, Schultess, alii, quamquam non raro his debili fundamento usis aedificium iam corruit.

Ego archetypum quantum possem restituere meum esse duxi et hac de causa omnes coniecturas bonis codicibus invitis a me receptas litteris obliquis vel cancellis signavi. in rebus orthographicis codicum scribarumque medii aevi consuetudines sequi non potui, velut *Aristotili* suum reddidi nomen et a Leone iussus *umor* scripsi, non *humor*; minima (velut *inlata*, *illata*) eaque in iisdem codicibus saepe rationem fugientia ne adnotavi quidem. verba Graeca Graecis litteris exhibui (cf. ventorum nomina V 16 et 17).

Verba aliorum auctorum a Seneca adlata ex eorum libris nusquam fere correxi, quia ipse Seneca versus e memoria excitasse videtur (cf. Stud. I 92). quin est, ubi Seneca meliorem textum praebeat veluti V 16, 1 *triones*: Metamorphoseon enim libri I 64 *trionem* habent, Diomedes vero *triones* tradit idemque Planudes legit, qui ἄρκτους vertit (H. Müller, de Met. Ovidii cod. Planudeo, Gryph. 1906 p. 10).

Una re maxime angor, quae certiore passu aliquando progredi nos iubebit, observationem dico clausularum. his strenue observatis regulisque artis statutis multa Skutsch temptavit (non omnes coniecturas earum causa ab eo prolatas attuli), neque vero mihi prorsus persuasit. sine dubio Seneca illa artificia non sprevit, tamen ratio finesque consuetudinis Annaeanae adhuc obscura sunt; neque igitur in textu nunc primum e codicibus edendo rationi forte optimae sed adhuc incertae ut inservirem ab animo impetravi, nisi offensio gravis aut aliae causae accedebant.

Brevitatis et perspicuitatis cum semper studiosus essem, inutiles singulorum codicum corruptelas ne commemoravi quidem, molestas copias codicum vulgarium η a Fickerto congestas plerumque praetermisi, ipsius codicis **E** carbonibus ante me pro auro venditis non aliter quam philologorum huius aetatis thesauris usus sum. nimirum eodem

modo in coniecturis afferendis parcus fui, nisi vel ad sententiam vel ad textum restituendum faciebant; argumenta causasque proferre non potui. spero igitur Koeleri commentarium aliquando correctum ab aliis et retractatum iri.

Nunc, dum plagulas meas legunt Fridericus Leo, qui iam a. 1895 comiter me adiuvit, Franciscus Skutsch, Guilelmus Kroll, Otto Rossbach totum fere pertractaverunt textum: horum scientiae et acumini Senecam multum debere unaquaeque pagina docet, plura ipse saepissime edoctus grato animo et scio et profiteor. tamen non ad finem nos pervenisse sed aditum tantum ad Naturales Quaestiones patefactum esse non ignoro, adeo enim corruptae traduntur et vix multorum coniuncta et intenta opera restituuntur. coniecturandi sane et hariolandi campus est largus, artis leges severae sunt et circumscriptae. atque saepe e medelis corruptelarum decem pluribusve excogitatis vix unam me commemorasse benevoli sciunto lectores.

Gratias multis aliis viris imprimis bibliothecariis cum nostratibus tum externis atque collegis et antea in Studiis meis dixi et nunc deberi gratus sentio, inter quos Otto Rossbach, homo indubitatae fidei, primum locum obtinet, qui quaecumque collata et collecta habebat mihi diu utenda permisit. gratiam non parvam etiam seminarii nostri sodalibus habeo, quod eruditioni simul mihique dediti magnam schedularum partem cum plagulis diligenter contulerunt W. Barthel, qui Philam et Meroen insulas a Seneca confundi vidit, Er. Pusch, Guil. Falbe, alii hic illic, ut par erat, nominati, et quia indices confecerunt, Th. Blunk, B. Lier, C. Catholy. illorum cura adiutum me collationes Georgii Müller, amici praematura morte his studiis erepti, Rossbachi nec non meas septem fasciculos complexas, quoad fieri poterat, exhausisse confido. denique Alfredi Giesecke bibliopolae liberalitati et indulgentiae gratiam debeo non ultimam, quod codicem Genevensem conferre et totam editionem diu incohatam saepe interruptam tranquille emittere potui.

Scribebam Gryphiae mense Aprili a. 1907.

NATURALIUM QUAESTIONUM

LIBRI VIII

CONSPECTVS SIGLORVM

Codices integri (**Φ**):

E Berolinensis saec. XIII **F*** Mertonensis s. XIV **G*** Montepessulanus s. XIII **H** Parisinus s. XII/XIII [η codices vulgares; singuli ς]	stirpis ϑ
J Sancti Iohannis Oxon. s. XIII **K** Cameracensis s. XII **L** Leidensis s. XII ex. **M**** Exc. Parisina, s. XIII **O** Leidensis s. XIV in.	stirpis λ
P Parisinus s. XIII ex. **S**** Montepessulanus s. XIII **T** Parisinus s. XIII	stirpis ϱ
Z Genevensis s. XII ex.	

Codices lacunosi (**Δ**), qui III 25, 6 — IV a omittunt:

A Leidensis saec. XIII **B** Bambergensis s. XII **C*** Sanctae Crucis s. XII *Prag.** Pragensis s. XII	stirpis δ
*Pal. 1** Vaticanus s. XII/XIII [codices vulgares; singuli ς]	stirpis ε

Codices vulgares:

c* Coloniensis Gruteri rec. **g** Guelferbytanus s. XIII ex. **m*** Oxon. Mertonensis s. XIV **n*** Leidensis s. XV **p*** Palatinus 4 Gruteri rec. *Pal. 3** Vaticanus s. XV	in libris I — III 25, 6 stirpis ε in III 25, 6 — VII stirpis η (ϑ)

Asteriscum * apposui codicibus non prorsus collatis (**F c m n p** *Pal. 3*) aut tantum inspectis (**G** *Prag. Pal. 1*).

Binos asteriscos ** addidi codicibus (**M S**), in quibus pleraque desunt.

Siglis **Δ**, λ lectiones familiae vel stirpis afferuntur etiam invitis paucis libris. (**Δ**) vel λ? cautionem prodit. (**H**) est lectio e silentio data, **H**? incerta.

NATURALIUM QUAESTIONUM
LIBER I QUI FERTUR.

Liber octavus.

De ignibus caelestibus.

〈Praefatio.〉 Quantum inter philosophiam interest, 1
Lucili virorum optime, et ceteras artes, tantum interesse existimo in ipsa philosophia inter illam partem, quae ad homines, et hanc, quae ad deos pertinet; altior est haec et animosior, multum permisit sibi: non fuit oculis contenta, maius esse quiddam suspicata est ac pulcrius, quod extra conspectum natura posuisset. denique inter duas interest, quantum inter deum et 2
hominem: altera docet, quid in terris agendum sit, altera, quid agatur in caelo; altera errores nostros discutit et lumen admovet, quo discernantur ambigua vitae; altera multum supra hanc, in qua volutamur, caliginem excedit et e tenebris ereptos perducit illo unde lucet. equidem tunc rerum naturae gratias ago, 3
cum illam non ab hac parte video qua publica est,

liber primus *vulgo*] l. quintus **K** *Mon. Esc.* **T** l. septimus **GHL**, l. octavus *Ge.* De ignibus caelestibus *cum* **g** *add. Ge. conl. I 1, 1 et Stud. I 121* ‖ **1** Praefatio *add. Fortun.* ‖ **4** hanc] illam δ**T** | deos pert.] deum spectat ε ‖ **7** ac] et Δ**T** | pulcrius *codd. plerique* ‖ **8** denique] tantum *add.* (**J**)**Z** *post* inter duas *add.* (**E**)$\mathbf{L}^2$ ‖ **12** altera **A**$\varepsilon\Phi$] *om.* δ**g** | multum s. hanc] *om.* Δ, multo s. h. *vulgo* | hanc supra *coll.* **P** *Memm.* (ϱ?) ‖ **13** calig.] *ante* in *coll.* ε | excedit] escendit *Zimmermann, sed cf. Culex 143 (Leo)* ‖ **14** nat. rerum *coll.* δ ‖ **15** qua] quae Δ**F**($\mathbf{H}^1$?$\mathbf{L}^1$?)**O**

sed cum secretiora eius intravi, cum disco, quae universi materia sit, quis auctor aut custos, quid sit deus, totus in se tendat an et ad nos aliquando respiciat, faciat cottidie aliquid an semel fecerit, pars mundi sit an mundus, liceat illi hodieque decernere et ex lege fatorum aliquid derogare, an maiestatis deminutio sit et confessio erroris mutanda fecisse (⟨sed⟩ necesse est eadem placere ei, cui nisi optima placere non possunt; nec ob hoc minus est liber † potens, ipse est enim
4 necessitas sua). nisi ad haec admitterer, non ⟨tanti⟩ fuerat nasci. quid enim erat, cur in numero viventium me positum esse gauderem? an ut cibos et potiones percolarem? ut hoc corpus causarium ac fluidum perieturumque, nisi subinde impletur, farcirem et viverem aegri minister? ut mortem timerem, cui uni nascimur? detrahe hoc inaestimabile bonum: non est vita tanti,
5 ut sudem, ut aestuem. o quam contempta res est homo, nisi supra humana surrexerit! quamdiu cum affectibus colluctamur, quid magnifici facimus? etiamsi superiores sumus, portenta vincimus: quid est, cur suspiciamus nosmet ipsos, quia dissimiles deterrimis sumus? non video, quare sibi placeat, qui robustior est,
6 in valetudinario: multum interest inter vires et bonam valetudinem. effugisti vitia animi: non est tibi frons ficta nec in alienam voluntatem sermo compositus nec cor involutum nec avaritia, quae, quicquid omnibus

2 auctor] sit *add.* ε ‖ **3** tendat] intendat Δ, intendatur *Madvig* | et *om.* ε ‖ **4** cotidie *traditur* ‖ **6** demin. **Z** *Muretus*] dimin. ‖ **7** sed *add. Diels* | est] enim *vulgo add.* ‖ **8** ead. pl. ei] ei ead. pl. Δ ead. placere et (et *om.* **EJ²T**) **Φ** ‖ **9** est liber potens **L¹KM**] liber est potens **FH** liber potens **J¹O** liber (esse *add.* **P²**) pot(est) **P** est l. aut p. **σ** l. est et p. **AET** l. et p. est ε (est **L**) l. et (ac **L²**) p. **J²L²** l est ac p. **Z** | est enim] enim est Δ ‖ **10** tanti *add. Leo et Rossbach conl. ep. 76, 6; dial. IX 8, 7.* opere precium *add.* **Z** profuerat **T** ‖ **13** caus.] casuarium **σ gE** casuarum **T** casurum (ε)**K** ‖ **14** que] *om.* **FGH** | impletur **Φ**] impleatur Δ ‖ **15** egri] egeriei *Diels* | uni] omnes ε uni omnes **σ** ‖ **21** suspiciamus] suspicimus **σ** | ipsos] ipsi **FHL²(P¹?)Z** | diss.] similes **mnF¹HP¹** ‖ **22** placeat **AE**] placet ‖ **23** in] *om.* **EM²T** | ualet.] ualit. *libri semper*

abstulit, sibi ipsi neget, nec luxuria pecuniam turpiter perdens, quam turpius reparet, nec ambitio, quae te ad dignitatem nisi per indigna non ducet — nihil adhuc consecutus es; multa effugisti, te nondum. virtus enim ista, quam affectamus, magnifica est, non quia per se beatum est malo caruisse, sed quia animum laxat et praeparat ad cognitionem caelestium dignumque efficit, qui in consortium deo veniat. tunc consummatum habet plenumque bonum sortis humanae, cum calcato omni malo petit altum et in interiorem naturae sinum venit. tunc iuvat inter ipsa sidera vagantem divitum pavimenta ridere et totam cum auro suo terram, non illo tantum dico, quod egessit et signandum monetae dedit, sed et illo, quod in occulto servat posterorum avaritiae. non potest ante contemnere porticus et lacunaria ebore fulgentia et tonsiles silvas et derivata in domos flumina, quam totum circumît mundum et terrarum orbem superne despiciens angustum et magna ex parte opertum mari, etiam ea qua extat, late squalidum et aut ustum aut rigentem, sibi ipse dixit: hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igne dividitur? o quam ridiculi sunt mortalium termini! ultra Istrum Dacus non exeat, *Ister* cum Haemo Thraces includat, Parthis obstet Euphrates, Danuvius Sarmatica ac Romana disterminet, Rhenus Germaniae modum faciat, Pyrenaeus medium inter Gal-

1 2 3 4 5 6 7 8 9

1 ipsi] ipsa Δ | neget] negat Δ **P**^{2}**T** ‖ **2** perdens] ardens δ amittens **A**$^2\varepsilon$ ‖ **6** et] ac Δ ‖ **8** deo] deorum **E**, dei *Erasmus,* cum deo *Ge.* ‖ **10** petit] *ante* calc. ε | in] *om.* **H**λ ‖ **13** illo] illud ε ‖ **14** sed et] sed Φ | illo] illud ε**E** ‖ **15** posterorum] posterior ϱ | non] nec Δ ‖ **17** der. **A**$\varepsilon\vartheta$**JM**] diriuata $\delta\lambda\varrho$ | circumit **HJ**^{2}**P**] *perfectum est, cf. Lachm. Lucr. p. 209 et Rossbach p. 130 sq.* circuit **AEF(L)M**^{2}**TZ** circuerit λ? circumeat **BC** circueat ε ‖ **19** ea] *om.* **HP** in ea **T** ea parte Δ | qua] que **EH**^{1}**LMOTZ** ‖ **21** dixit] ait Δ ‖ **23** istrum **JKM**] histrum *vel* hystrum | Ister cum *Ge.*] imperium Φ istmium Δ ‖ **24** hemo traces Φ] samotraces Δ, imperium Haemo Thrax includat (*vel* Thraces includant) *Madvig* | eufrates *codd. plerique* ‖ **25** danubius *et* renus *libri* ‖ **26** pireneus (*sic trad.*)] pirenus λ

lias et Hispanias iugum extollat, inter Aegyptum et
10 Aethiopas harenarum inculta vastitas iaceat. si quis
formicis det intellectum hominis, nonne et illae unam
aream in multas provincias divident? cum te in illa
vere magna sustuleris, quotiens videbis exercitus sub- 5
rectis ire vexillis et, quasi magnum aliquid agatur,
equitem modo ulteriora explorantem, modo a lateribus
affusum, libebit dicere 'it nigrum campis agmen': formi-
carum iste discursus est in angusto laborantium. quid
illis et nobis interest nisi exigui mensura corpusculi? 10
11 punctum est istud, in quo navigatis, in quo bellatis,
in quo regna *dis*ponitis, minima, etiam cum illis utrim-
que oceanus occurrit: sursum ingentia spatia sunt, in
quorum possessionem animus admittitur, et ita, si se-
cum minimum ex corpore tulit, si sordidum omne 15
detersit et expeditus levisque ac contentus modico emi-
12 cuit. cum illa tetigit, alitur crescit ac velut vinculis
liberatus in originem redit et hoc habet argumentum
divinitatis suae, quod illum divina delectant; nec ut
alienis sed ut suis interest: secure spectat occasus si- 20
derum atque ortus et tam diversas concordantium vias;
observat, ubi quaeque stella primum terris lumen
ostendat, ubi columen eius summum cursus sit, quo-
usque descendat; curiosus spectator excutit singula et
13 quaerit. quidni quaerat? scit illa ad se pertinere. tunc 25

8 *Verg. Aen. IV 404*

2 aethiopas **BC**Φ] -pias **A**ε | inculta] multa Δ**T** ‖ 3 illae] illam Δ ‖ 4 cum te] certe $\Delta(\lambda)$ | in — magna] si illam ut magnam Δ ‖ 5 subrectis] sub multis Δ ‖ 12 regna disponitis *Fortun.*] regnatis. ponitis | etiam min. *coll.* $\delta\lambda$ | illis] istis **F**λ ‖ 13 occeanus *semper trad.* | occurrit] incurrit Δ ‖ 16 ac] ac se **PZ**, *fort.* nec . . modice *Ge.* ‖ 17 alitur] aliter $\varepsilon\lambda$ alitus **F**^{1} alte δ alter *Prag.* **m**J^1 | velut] *om.* Δ ‖ 20 interest ut suis *coll.* Δ**ET** ‖ 22 ubi quaeque **BE**] ubique quae ‖ 23 ostendit δ**T** | columen **A**$^1\Phi$] culmen Δ**EZ**, *cf. Nigidius apud Serv. ad Georg. I 218* | cursus] quo cursus Δ, qua c. *Fortun.* que c. *Skutsch,* sit cursus *coll.* **F**λ ‖ 25 quidni quaerat] quid inquaerat (inquirat **E**) **EM**^{1}**O** quamdiu (= **T**) quaerit Δ

contemnit domicilii prioris angustias. quantum est enim, quod ab ultimis litoribus Hispaniae usque ad Indos iacet? paucissimorum dierum spatium, si navem suus ferat ventus. at illa regio caelestis per triginta annos velocissimo sideri viam praestat numquam resistenti sed aequaliter cito. illic demum discit, quod diu quaesiit, illic incipit deum nosse. quid est deus? mens universi. quid est deus? quod vides totum et quod non vides totum. sic demum magnitudo illi sua redditur, qu*a* nihil maius cogitari potest, si solus est omnia, si opus suum et intra et extra tenet. quid 14
ergo interest inter naturam dei et nostram? nostri melior pars animus est: in illo nulla pars extra animum est; totus est ratio, cum interim tantus error mortalia tenet, ut hoc, quo neque formosius est quicquam nec dispositius nec in proposito constantius, existiment homines fortuitum et casu volubile ideoque tumultuosum inter fulmina, nubes, tempestates et cetera, quibus terrae ac terris vicina pulsantur. nec haec 15
intra vulgum dementia est, sed sapientiam quoque professos contigit: sunt qui putent ipsis animum esse et quidem providum, dispensantem singula et sua et aliena, hoc autem universum, in quo nos quoque sumus, expers consilii ferri *aut* temeritate quadam aut natura nesciente, quid faciat. quanti aestimas ista cognoscere et 16

1 enim est *coll.* **Δ T** ‖ 2 litoribus **BHP**] littoribus **A** *Prag.* **KMOPTZ** . . ‖ 4 ferat uentus] uentus, impleuit **A** ε impleat uentus **BC** *Prag.* ‖ 5 numq.] nusquam **ϑ Z** ‖ 7 quaesiit] quaesiuit **Δ EGT** quaesit **Z** ‖ 9 demum] deinde **λ** *om.* **Δ**, *sed cf. Stud. I 120: ad II 45,3 relegamur vel ad Lucan. Phars. IX 580* | illi sua **A Φ**] sua illi ‖ 10 qua **M²Z** *Ald.*] quia cog. **C Φ**] excogitari **Δ T** ‖ 11 si opus] et opus **BC** *Prag.* opus **A** ε | et extra et intra *coll.* **Δ**, se *add. Kroll* ‖ 15 est] *s. l.* **ϱ**? ‖ 16 nec] neque **δ E** *bis* ‖ 18 tumultuosum inter] *fort.* tumultuose gigni interdum *Ge.* -sum propter *Kroll* ‖ 19 haec] hoc **FHOP** ‖ 20 intra] inter **BCE λ** ‖ 21 contigit **δ P**] contingit | putent] putant **T** putant sibi **Δ** ‖ 22 disp.] et disp. **Δ** | et] *ante* sua *om.* **λ** (?) ‖ 24 consilii] esse consilii et **Δ** | ferri aut *Ge.*] auferri **Δ Φ** aut ferri **Z** *Fortun.* ‖ 25 quanti] quam utile **Δ**

rebus terminos ponere, quantum deus possit, materiam ipse sibi formet an data utatur, utrum utro sit prius, materiae supervenerit ratio an materia rationi, deus quicquid vult efficiat an ⟨in⟩ multis rebus illum tractanda destituant et a magno artifice prave multa formentur, non quia cessat ars, sed quia id, in quo exercetur, 17 saepe inobsequens arti est? haec inspicere, haec discere, his incubare nonne transilire est mortalitatem suam et in meliorem transcribi sortem? 'quid tibi', inquis, 'ista proderunt?' si nil aliud, hoc certe: sciam omnia angusta esse mensus deum.

1 1. Nunc ut ad propositum opus veniam, audi, quid de ignibus sentiam, quos aër transversos agit. magna illos vi excuti argumentum est, quod obliqui feruntur et praerapida celeritate: apparet illos non ire sed proici. 2 ignium multae variaeque facies sunt. Aristoteles quoddam genus horum capram vocat: si me interrogaveris, quare, prior mihi rationem reddas oportet, quare haedi vocentur; si autem, quod commodissimum est, convenerit inter nos, ne alter alterum interroget, quod scit illum respondere non posse, satius erit de re

7 *sqq. Aetna v. 226 sqq. nosse fidem rerum . . ingenium sacrare . . 250 divina est animi ac iucunda voluptas.* ‖ **16** *Arist. Meteor. I 4 p. 341 b 3 sq.*

2 data] ea Δ | ut.] uertatur ϱ | utrum — **3** rationi] utrum idea prius materiae superuenit an materia ideae Δ, *sed cf. ep. 58, 18 sqq.* | sit] *post* prius **Z** *coll. om.* F^2M^2P ‖ **4** in *add. Ge. Kroll* ‖ **5** et . . m. formentur] et . . formentur multa Δ**T**, ut et . . m. formantur *Badstübner* ‖ **8** transilire **JKZ**] transs. ‖ **9** transcribi λ**Z**] transs. ‖ **10** proderunt ista *coll.* λ ‖ **11** mensus deum] sed haec deinde Δ ‖ **12** ut δ**mFLO**ϱ**Z**] *om.* (ε)**EHJK**, *sed cf. III 19, 1* | uen. opus *coll.* Δ ‖ **13** sentiam] philosophia uelit Δ | transuersos] transfusos Δ ‖ **16** Aristoteles **Z**] -tiles *ut semper* ‖ **17** horum] illorum Δ ‖ **19** est] *om.* Δ ‖ **20** inter nos conuenerit *coll.* δ**T** | quod scit **Z** *Madvig*] quod discit **GHL**^{2}**P**^{1} quod dicit $\Delta\Phi$ quod dicis **T**, quid dicat *Bentley*, cui ducit *Haupt*, quidquid dicit *Haase*, quod quidem scit *Larisch*, quode scit *Rossbach*, quom conicit *Diels*, quid, ad quod scit *Th. Matthias*, quoi scit *Skutsch* ‖ **21** non posse **E**$\lambda\varrho$**Z**] *om.* $\Delta\vartheta$

ipsa quaerere quam mirari, quid ita Aristoteles globum ignis appellaverit capram. talis enim fuit forma eius, qui bellum adversus Persen Paulo gerente lunari magnitudine apparuit. vidimus ⟨nos⟩ quoque non semel 3
flammam ingentis pilae specie, quae tamen in ipso cursu suo dissipata est. vidimus circa divi Augusti excessum simile prodigium, vidimus eo tempore, quo de Seiano actum est; nec Germanici mors sine denuntiatione tali fuit. dices mihi: 'ergo tu in tantis erroribus es, ut 4
existimes deos mortium signa praemittere et quicquam in terris esse tam magnum, quod perire mundus sciat?' erit aliud istius rei tempus: videbimus an rerum omnium certus ordo ducatur et alia aliis ita implexa sint, ut quod antecedit, aut causa sit sequentium aut signum; videbimus an diis humana curae sint, an series ipsa, quid factura sit, certis rerum notis nuntiet. interim 5
illud existimo, eiusmodi ignes existere aëre vehementius trito, cum inclinatio † eius in alteram partem facta est et ⟨aër⟩ non cessit sed inter se pugnavit: ex hac vexatione nascuntur trabes et globi et faces et ardores. at cum levius collisus et, ut ita dicam, frictus est, minora lumina excutiuntur, 'crinemque volantia sidera ducunt'. tunc ignes tenuissimi iter exile designant et 6
caelo producunt. ideo nulla sine eiusmodi spectaculis nox est, non enim opus est ad efficienda ista magno aëris motu. denique, ut breviter dicam, eadem ratione fiunt ista, qua fulmina, sed vi minore: quemadmodum

9—14 *cf. Plin. HN 2,97 quippe ingentium malorum fuere praenuntia, sed ea accidisse, non quia haec facta sunt, arbitror verum haec ideo facta, quia incasura erant illa.* ‖ 22 *Verg. Aen. V 528*

2 fuit] *s. l.* δ *post* forma *et* 3 eius *s. l.* λ ‖ 3 Perseum Δ ‖ 4 nos *add. Ge.* ‖ 5 suo cursu *coll.* Cλ ‖ 9 ergo tu] tu. Ergo tu ΔT ‖ 11 sciat] sentiat *Bongars.* ‖ 13 certus (ordo δT) omnium rerum (ordo ε) *coll.* ΔT | impl.] complexa Δ ‖ 15 sint curae *coll.* δ | series] *sc. causarum,* εἰρμός ‖ 16 factura] futurum *Leo conl. Cic. de div. I 128* ‖ 18 eius] *expecto* caeli *vel hoc voce subaudita* celerius (*vel* citius) ‖ 19 aer *add. Ge.* | inter se] *cf. § 15,* intra se *vulgo* ‖ 21 frictus] strictus ε ‖ 23 iter] id δ

nubes collisae mediocriter fulgurationes efficient, maiore impetu impulsae fulmina, sic quanto illas minus pressit vis minoresve, tanto leviora fulmina emittunt.
7 Aristoteles rationem eiusmodi reddit: 'varia et multa terrarum orbis expirat, quaedam umida quaedam sicca, quaedam calentia quaedam concipiendis ignibus idonea.' nec mirum est, si terrae omnis generis et varia evaporatio est, cum in caelo quoque non unus appareat color rerum, sed acrior sit Caniculae rubor, Martis remissior, Iovis nullus in lucem puram nitore perducto.
8 necesse est ergo in magna copia corpusculorum, quae terrae eiectant et in superiorem agunt partem, aliqua in nubes pervenire alimenta ignium, quae non tantum collisa possint ardere sed etiam afflata radiis solis. nam apud nos quoque ramenta sulphure aspersa ignem
9 ex intervallo trahunt. veri ergo simile est talem materiam inter nubes congregatam facile succendi et minores maioresve ignes existere, prout plus illis fuit aut minus virium. illud enim stultissimum, existimare aut decidere stellas aut transilire aut aliquid illis auferri
10 et abradi: nam si hoc fuisset, etiam defuissent; nulla enim nox est, qua non plurimae ire et in diversum videantur abduci. atqui quo solet quaeque invenitur loco, ⟨et⟩ magnitudo sua singulis constat: sequitur ergo, ut infra illas ista nascantur et cito intercidant,
11 quia sine fundamento et sede certa sunt. 'quare ergo

4—6 *Arist. Meteor. I 4 p. 341 b 6 sq.*

1 med. collisae *coll.* Δ ‖ 2 sic — 3 fulmina] *om.* Δ | minus illas *coll.* **F** λ | minus] minor *Madvig, sed fort.* minor[es]ve *l. 3 corr. Ge.* ‖ 3 pressit vis *Madvig*] presseris ‖ 4 rationem] *ante* reddit Δ**T** *post* reddit **P** ‖ 5 hum. *sic semper libri* ‖ 6 calentia] *def. Rossbach,* quaedam cal. *om.* **Q**, algentia *Muret.* ‖ 14 possint] possunt ϑ**T** ‖ 15 ramenta] *cf. Martial. 10, 3,* stramenta Δ sarmenta **TZ** *Fortun.* ‖ 18 maiores minoresue *coll.* Δ ‖ 19 stult.] stultissimum est Δ**T** ‖ 21 etiam] iam Δ et *vulgo, del. Madvig* | defuissent] defecissent H^1 *Madvig,* redissent *vel* reduces essent *Ge.* ‖ 22 plurimae] -mum Δ ‖ 23 solet] solent Δ | inuenitur] inueniuntur Δ ‖ 24 et *add. Ge.*

non etiam interdiu transferuntur?' quid, si dicas stellas interdiu non esse, quia non apparent? quemadmodum illae latent et solis fulgore obumbrantur, sic faces quoque transcurrunt et interdiu, sed abscondit illas diurni luminis claritas. si quando tamen tanta vis emicuit, ut etiam adversus diem vindicare sibi fulgorem suum possint, apparent. nostra certe aetas non semel vidit 12 diurnas faces, alias ab oriente in occidentem versas, alias ab occasu in ortum. argumentum tempestatis nautae putant, cum multae transvolant stellae. quod si ventorum signum est, ibi est, unde venti sunt, id est in aëre, qui medius inter lunam terrasque est. in 13 magna tempestate apparere quasi stellae solent velo insidentes; adiuvari se tunc periclitantes aestimant Pollucis et Castoris numine, causa autem melioris spei est, quod iam apparet frangi tempestatem et desinere ventos: alioquin ferrentur ignes, non sederent. Gylippo 14 Syracusas petenti visa est stella super ipsam lanceam constitisse. in Romanorum castris ardere visa sunt pila, ignibus scilicet in illa delapsis, qui saepe fulminum modo ferire solent et arbusta; sed si minore vi utuntur, defluunt tantum et insidunt, non feriunt nec vulnerant. alii autem inter nubes eliduntur, alii sereno,

14/15 *Plin. HN 2, 101 et ob id Polluci et Castori id numen adsignant.* ‖ **19/20** *Plin. HN 2, 101 vidi nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgorem effigie ea.*

1 dicas] dicam Δ ‖ **4** et] *om.* Δ | illas **A**Φ] eas ‖ **5** tanta] *om.* $\mathbf{F}^1$**GH** ‖ **6** ut etiam] ut **BC**(ε) et ut **A** ut et **m** | vind.] uendicare Δ**F**$\lambda$$\mathbf{P}^2$**T** | suum fulg. *coll.* Δ**T** ‖ **7** certe] quoque Δ ‖ **11** est, unde] *om.* Δ ‖ **12** terrasque **FH**λ**Z**] terras $\mathbf{P}^1$ et terras Δ**E**ϱ ‖ **13** apparere] apparent Δ | solent] *om.* Δ ‖ **14** tunc se *coll.* λ**Z** ‖ **17** alioquin ferrentur] aliquando feruntur Δ | non] aliquando δ | sederent] sedent **A**ε ‖ **19** ardere] *ante* pila Δ (*om.* sunt) **T** *post* pila **O** ‖ **20** del. Δ**T**] dilapsis | fulm. modo ε**FGPZ**] modo f. δ modo f. more **T** more f. modo **H** f. more λ more f. **E** ‖ **21** ferire] animalia f. ε f. et animalia **Z** ‖ **22** ut.] mittuntur Δ | insidunt] insident Δ ‖ **23** autem inter] in Δ**T**

si aër ad exprimendos ignes aptus fuit: nam sereno quoque aliquando caelo tonat ex eadem causa qua nubilo, aëre inter se colliso, qui, etiamsi est lucidior ac siccior, coire tamen et facere corpora quaedam similia nubibus potest, quae percussa reddant sonum. quando ergo fiunt trabes, quando clipei et vastorum imagines ignium? ubi in talem materiam similis incidit causa sed maior.

1 2. Videamus nunc, quemadmodum fiat is fulgor, qui sidera circumvenit. memoriae proditum est, quo die urbem divus Augustus Apollonia reversus intravit, circa solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet. hunc Graeci halo vocant, nos dicere coronam aptissime possumus. quae quemadmodum fieri
2 dicatur, exponam. cum in piscinam lapis missus est, videmus in multos orbes aquam discedere et fieri primum angustissimum orbem, deinde laxiorem ac deinde alios maiores, donec evanescat impetus et in planitiem immotarum aquarum solvatur; tale quiddam cogitemus fieri etiam in aëre: cum spissior factus est, sentire plagam potest; lux solis aut lunae vel cuiuslibet sideris incurrens recedere illum in circulos cogit. nam umor et aër et omne, quod ex ictu formam accipit, in talem habitum impellitur, qualis est eius, quod impellit; omne autem lumen rotundum est: ergo et aër

11—14 *Plin. HN 2, 98 cernuntur . . plerumque et circa solis orbem ceu spiceae coronae et versicolores circuli, qualiter Augusto Caesare in prima iuventa urbem intrante post obitum patris.* ‖ 12 *Ann. Col. max. (Mon. Germ. script. XVII) a. 1235: qui circuli licet a populo putentur esse prodigium, tamen eorum causa ab Aristotile et Seneca in meteoris est expressa.*

2 aliq. caelo **A** Φ] caelo aliq. ‖ 4 coire] ire Φ ‖ 6 quando] *bis* que *add.* ε ‖ 7 similis] simul F^1L^1OP ‖ 10 circumuenit] circumnectit Δ ‖ 11 urbem] *s. l.* Δ | Apol.] appol. **KOP** ex apol. **A** ε ‖ 12 col. uar.] uar. col. λ ‖ 16 discedere δ **Z**] descendere $\varepsilon\Phi$ | fieri] *om.* Δ *ante* orbem **T** ‖ 18 alios] *om.* Δ ‖ 19 quiddam] quidem **BC** quid ε ‖ 20 etiam] *ante* fieri **P** *om.* **T** | spissior] pissior λ(?) | plagam sentire *coll.* Δ**T** ‖ 21 uel] aut **AF** λ

in hunc modum lumine percussus exibit. ob hoc tales 3
splendores Graeci areas vocaverunt, quia fere terendis
frugibus destinata loca rotunda sunt. non est autem,
quod existimemus istas, sive areae sive coronae sunt,
in vicinia siderum fieri. plurimum enim ab his ab-
sunt, quamvis cingere ea et coronare videantur: non
longe a terra fit talis effigies, quam visus noster solita
imbecillitate deceptus circa ipsum sidus putat positam.
in vicinia autem stellarum et solis nihil tale fieri po- 4
test, quia illic tenuis aether est. nam formae crassis
demum spissisque corporibus imprimi solent, in sub-
tilibus non habent, ubi consistant aut haereant: in
balneis quoque circa lucernam tale quiddam aspici so-
let ob aëris densi obscuritatem, frequentissime autem
austro, cum caelum maxime grave et spissum est. non- 5
numquam paulatim diluuntur et desinunt, nonnumquam
ab aliqua parte rumpuntur et inde ventum nautici ex-
pectant, unde contextus coronae perît: si a septem-
trione discessit, aquilo erit, si ab occidente, favonius.
quod argumentum est intra eam partem caeli has fieri
coronas, intra quam venti quoque esse solent: superiora
non habent coronas, quia ne ventos quidem. his argu- 6
mentis et illud adice, numquam coronam colligi nisi
stabili aëre et pigro vento: aliter non solet aspici.
nam qui stat aër, impelli et diduci et in aliquam fa-
ciem fingi potest; is autem qui fluit, ne feritur quidem
lumine (non enim resistit nec formatur, quia prima

1 perc. lumine *coll.* **Δ GT**, *post* aer **BC**ε ‖ **2** quia] quod **E**(λ) | fere] *sc. semper* | frug. ter. *coll.* **F**λ ‖ **3** loca dest. *coll.* **A**ε ‖ **4** istas] eas **δ T** | sunt] sint ε**E**^{2} ‖ **5** enim] *om.* **Δ T** | **9** solis et stellarum *coll.* **Δ** | pot. fieri *coll.* **Δ** ‖ **11** demum sp.] dein(de) (s)pissisque λ ‖ **12** non] *om.* λ ‖ **14** frequentissime — **15** spissum est] *post* pigro vento *l. 24 Haase* ‖ **15** austro] flante *add.* **E**^{2}, *cf. IV 4, 3* | spissum] pissum (λ?) | est **Δ L**^{2}**T Z**] *om.* **Φ** ‖ **18** perit] *cf. ad p. 3, 17* ‖ **20 . 21** intra] inter **Δ** *bis* | fieri] *s. l.* **δ**(**T**) ‖ **21** superiora] autem *add.* **Δ** ‖ **25** diduci] deduci **Δ L** | **26** ne **g P**^{1} *Gertz*] nec | feritur] fertur **A**(ε)**L**^{1} ‖ **27** res. nec form.] form. nec res. **BC**ε

7 quaeque pars eius dissipatur): numquam ergo *ullum*
sidus talem sibi effigiem circumdabit, nisi cum aër erit
densus atque immotus et ob hoc custodiens incidentem
in se rotundi lineam luminis. nec sine causa; repete
enim exemplum, quod paulo ante proposui: lapillus in
piscinam aut lacum et alligatam aquam missus circulos
facit innumerabiles; at hoc idem non faciet in flu-
mine (quare? quia omnem figuram fugiens aqua dis-
turbat): idem ergo in aëre evenit, ut ille, qui manet,
possit figurari, at ille, qui rapitur et currit, non det
. sui potestatem et omnem ictum venientemque formam
8 ex eo turbet. hae, de quibus dixi, coronae cum di-
lapsae sunt aequaliter et in semet ipsae evanuerunt,
significatur quies aëris et otium et tranquillitas; cum
ad unam partem cesserunt, illinc ventus est, unde fin-
duntur; si ruptae pluribus locis sunt, tempestas fit.
9 quare id accidat, ex his, quae iam exposui, intellegi
potest. nam si facies universa subsedit, apparet tem-
peratum esse aëra, et sic placidum; si ab una parte
intercisa est, apparet inde aëra incumbere: et ideo illa
regio ventum dabit. at cum undique lacerata et con-
cerpta est, manifestum est a pluribus partibus in illam
impetum fieri et inquietum aëra hinc atque illinc as-

1 ullum *Erasmus*] illud $\Delta\Phi$ aliquod *Fortun.* ‖ 2 sibi] *om.* BC$\vartheta\lambda$ | aer erit] apparebit Δ (?) ‖ 3 densus] depressus δ ‖ 5 enim] *s. l.* ϑ ig(itur) ε id C ‖ 7 idem $\vartheta\lambda$] quidem ΔKQZ | faciet] facit ΔT ‖ 10 det] dat δE ‖ 11 v. f. ex eo] καὶ τὸ ἐκ ταύτης τῆς πληγῆς εἶδος, eo *om.* Δ ‖ 12 turbet] turbat BCp trahat E | dilapsae BCgO] delapsae A$\varepsilon\Phi$ lapse ET ‖ 13 sunt] sint εT | ipsae] ipsis Δ | euanuerunt] -rint ε ‖ 14 aeris quies *coll.* Δ | otium et] omnium δ | cum] et tunc aquam exspecta. cum ε ‖ 15 ad] ob Φ ab una parte *Haase* | cesserunt] -rint ε | illinc] illic gFQ | finduntur $E^2HL^1(L^2?)Z$] funduntur ‖ 17 exp.] proposui ΔT posui Z | intellegi Z] intelligi *semper* ‖ 18 temperatum — 20 apparet] *om.* Δ ‖ 21 undique] et *add.* Δ | concerpta] concepta λZ c(on)certa Q concarpta BC ‖ 23 atque] itaque λ | assilire ACT] adsil. ϑJ^{1}OZ adssil. P^1 dissilire (λ)P^2

silire: itaque ex hac inconstantia caeli tam multa temptantis et undique laborantis apparet futura tempestas ventorum plurium. hae coronae noctibus fere circa lunam et alias stellas notantur; interdiu raro, adeo ut quidam ex Graecis negaverint omnino eas fieri, cum illos historiae coarguant. causa autem raritatis haec est, quod solis fortius lumen est et aër ipse agitatus ab illo calefactusque solutior: lunae inertior vis est ideoque facilius a circumposito aëre sustinetur; aeque cetera sidera infirma sunt nec perrumpere aëra vi sua possunt: excipitur itaque illorum imago et in materia solidiore ac minus cedente servatur. debet enim aër nec tam spissus esse, ut excludat ac summoveat a se lumen immissum, nec tam tenuis aut solutus, ut nullam venientibus radiis moram praebeat. haec noctibus temperatura contingit, cum sidera circumiectum aëra luce leni non pugnaciter nec aspere feriant spissioremque, quam solet esse interdiu, inficiunt.

3. at contra arcus nocte non fit aut admodum raro, quia luna non habet tantum virium, ut nubes transeat et illis colorem suffundat, qualem accipiunt sole perstrictae.

Sic enim formam arcus discoloris efficiunt: quia aliae partes in nubibus tumidiores sunt aliae summissiores

1 inconst. Δ**EL**^{2}**Z**] const. Φ ‖ **2** apparet] *supra* plurium Δ**T** ‖ **3** plur. uent. *coll.* δ**T** | fere] *sc. semper* ‖ **4** notantur] notabuntur **A**$^1\Phi$ ‖ **5** negauerint] -uerunt **E**$^1\lambda$ *om.* **T** | omnino] (non *add.* ε) *post* eas Δ *post* fieri **T** ‖ **7** ipse] *om.* Δ ‖ **8** calef.] calfactusque **F**^{1}**HZ** | lune] est. lunae autem Δ | inertior] inhertior (λ?) ‖ **9** aeque] et q(uae) λ eo que (*vel* quod) ε ‖ **10** sidera cetera *coll.* Δ ‖ **11** m(ateri)a] m(od)o λ ‖ **12** seruatur] uersatur Δ**T** ‖ **13** nec] non **BCE** | a se] ac se λ (**J**^{1}**L**^{1} *om.* se **O**) ‖ **14** aut] ac δ**ET** et ε ‖ **16** circumi.] coniectum Δ circumuectum **E**^{1}**F**λ ‖ **17** leni Φ*?*] leui Δ ‖ **18** esse] *om.* Δ**T** ‖ **19** arcus nocte] arcus in n. Δ**T** nocte arcus **F**λ n. non fit arcus **Z** | aut] nisi Δ ‖ **21** suff. **ABCFJOTZ**] subf. ‖ **23** *cap. 3 hinc incip.* | formam] χαρακτῆρα, *praestaret* γένεσιν | discoloris] -orem *Kroll* | efficiunt] accipiunt ε, *num intell. effici aiunt (viri docti)?*

quaedam crassiores, quam ut solem transmittant, aliae imbecilliores, quam ut excludant, haec inaequalitas alternis lucem umbramque permiscet et exprimit illam mira-
2 bilem arcus varietatem. altera causa arcus eiusmodi redditur: videmus, cum fistula aliquo loco rupta est, aquam per tenue foramen elidi, quae sparsa contra solem oblique positum faciem arcus repraesentat. idem videbis accidere, si quando volueris observare fullonem: cum os aqua implevit et vestimenta tendiculis diducta leviter aspergit, apparet varios edi colores in illo aëre
3 asperso, quales fulgere in arcu solent. huius rei causam in umore esse ne dubitaveris (non fit enim umquam arcus nisi nubilo); sed quaeramus, quemadmodum fiat. quidam aiunt esse aliqua stillicidia, quae solem transmittant, quaedam magis coacta, quam ut transluceant: itaque ab illis fulgorem reddi, ab his umbram, et sic utriusque intercursu effici arcum, in quo pars fulgeat, quae solem recipit, pars obscurior sit, quae ex-
4 clusit et ex se umbram proximis fecit. hoc ita esse quidam negant. poterat enim verum videri, si arcus duos tantum haberet colores, si ex lumine umbraque constaret: sed nunc〈, ut ait poeta,〉

diversi niteant cum mille colores,
transitus ipse tamen spectantia lumina fallit:
usque adeo quod tangit idem est, tamen ultima distant.

23—25 *Ov. Met. VI 65—67*

1 quaed.] et quaedam **Φ** ‖ **2** alternis] alterius **εEF**(?) | **4** uarietatem] repraesentationem **Λ** | altera — **7** repraesentat] *om.* **δ** ‖ **4** causa] *cf. § 3* ‖ **9** os] omnes **δ** eos J^1 | tendiculis] † tendideris F^2 credideris **Λ** | did. **AΦ**] deducta **Λ** ‖ **12** (h)umore] humore arcu **δ** arcu **ε**? arcu † humore **A** ‖ **15** quaedam] quae **λ** ‖ **16** illis] his **δ** ‖ **17** effici] fieri F^1**λ** ‖ **18** recipit] *fort.* recepit *Ge.* ‖ **19** proximis] proximus E^1**T** | fecit] facit **EHOT** | hoc] haec **Λ** ‖ **20** quidam] quedam E^1**P** | uerum] umbra et lux causa (lux tam **ε**) **Λ** ‖ **21** haberet **δ**L^2T^2**Z**] habeat **Φ** habens **m** | si] et si **Aε** ‖ **22** ut a. p.] *cf. p. 15, 3*

videmus in eo aliquid flammei aliquid lutei aliquid caerulei et alia in picturae modum subtilibus lineis ducta, [ut ait poeta,] ut, an dissimiles colores sint, scire non possis, nisi cum primis extrema contuleris: nam commissura decipit, usque eo mira arte naturae; quod a simillimo coepit, in dissimillimo desinit. quid ergo istic duo colores faciunt lucis atque umbrae, cum innumerabilium ratio reddenda sit?

quidam ita existimant arcum fieri: in ea parte, in qua iam pluit, singula stillicidia pluviae cadentis singula esse specula, a singulis ergo reddi imaginem solis. deinde multas imagines, immo innumerabiles, et devexas et in praeceps euntes confundi: itaque arcum esse multarum solis imaginum confusionem. hoc sic colligunt: pelves, inquiunt, mille sereno die pone: omnes habebunt imagines solis; in singulis foliis dispone guttas: singulae habebunt imaginem solis. at contra ingens stagnum non amplius habebit quam unam imaginem — quare? quia omnis circumscripta levitas et circumdata suis finibus speculum est. itaque piscinam ingentis magnitudinis insertis parietibus divide: totidem illa habebit imagines solis, quot lacus habuerit; relinque illam sic ut est: diffusa semel tibi imaginem reddet. nihil refert, quam exiguus sit umor aut lacus: si determinatus est,

3 ut ait poeta] *del. Schultess. p. 14, 22 post* nunc *add. Skutsch* | ut *sec. loco*] *om.* **Φ** | sint] *s.* colores *add.* **Δ**(?)**P** ‖ **5** eo **δϑϱ**] adeo **εFλ** adeo eo **A**[1] ‖ **6** simillimo] simillimis **Δ** | quod — desinit] *fort.* ut quod — desinat *Ge.* | diss.] dissimilia **Δ** ‖ **7** istic **εϑλ**] isti **δϱ** | lucis] luminis **A** *s. l.* **ε** ‖ **9** quidam] qui **δ** | exist.] estimant **δϱ** | in] dicunt in **Δ** ‖ **10** iam] *om.* **Aε** ‖ **11** specula] spectacula **Eλ** | spec. esse . . im. reddi *coll.* **ε** | deinde — **17** imaginem solis] *om.* **ϑ** ‖ **13** euntes] transeuntes **Δ** | arcum **BCL**[2]] et arcum **AεK**(**T**) arcum et (**λ**)**PZ** ‖ **14** sol. im. **AΦ**] im. sol. **BCε** | confusionem] confusiones **ΔT** | sic] si **ϱ** ‖ **15** pone] pone et **ΔHT** | imagines] imaginem **L**[2]**Z** *Larisch* ‖ **16** g.] singulas guttas **Δ** ‖ **18** amplius] *om.* **Δ** | quam] nisi **Δ** | imag. unam *coll.* **Δ** ‖ **21** insertis parietibus] in certis p. **λ** in plures **Δ** *om. vulgo* ‖ **22** habuerit] habuit **λ** ‖ **23** est: diffusa] est diffusam: **BC** *fort. recte* ‖ **24** det.] circumscriptus **A** *s. l.* **ε**

speculum est. ergo stillicidia illa infinita, quae imber cadens defert, totidem specula sunt, totidem solis facies habent; hae contra intuenti perturbatae apparent, nec dispiciuntur intervalla, quibus singulae distant, spatio prohibente discerni; unde pro singulis apparet una facies turbida ex omnibus. Aristoteles idem iudicat: 'ab omni', inquit, 'levitate acies radios suos replicat; nihil autem est levius aqua et aëre: ergo etiam ab aëre spisso visus noster in nos redit. ubi vero acies hebes et infirma est, qualislibet aëris ictu deficiet. quidam itaque hoc genere valetudinis laborant, ut ipsi sibi videantur occurrere, ut ubique imaginem suam cernant — quare? quia infirma vis oculorum non potest perrumpere ne sibi quidem proximum aëra sed resilit. itaque quod in aliis efficit densus aër, in his facit omnis; satis enim valet qualiscumque ad imbecillam aciem repellendam.' longe autem magis visum nobis nostrum remittit *aqua*, quia crassior est et pervinci non potest, sed radios luminum nostrorum moratur et eo, unde exierunt, reflectit. ergo cum multa stillicidia sint, totidem specula sunt; sed quia parva sunt, solis colorem sine figura exprimunt. deinde cum in stillicidiis innumerabilibus et sine intervallo cadentibus reddatur idem color, incipit facies esse non multarum

7—17 *Arist. Meteor. III 4 p. 373 a. b*

2 tot. spec. sunt] *om.* δ ‖ **3** hae *Fortun.*] haec, *cf. p. 17, 22* | intuenti] ui uenti δ | perturbatae] -ta δ (**A** *v. l.*) ‖ **4** dispic. **TZ**] despiciuntur | singulae] singula Δ ‖ **5** unde *Ge.*] deinde ‖ **6** turbida] turbata **E** | iudicat **Z** *vulgo*] indicat ‖ **8** est] *ante* leuius ϑ**PZ** *post* leuius **T** *post* et aere λ *om.* Δ ‖ **9** uero] ergo **B**ε**P** ‖ **10** qualislibet **FHT**] qualibet **ACP** quolibet **B**^{2}ε**E**^{2}λ quaslibet **L**^{2} cuiuslibet **Z** | deficiet] deficit Δ ‖ **11** itaque] *om.* Δ ‖ **14** aera] aere **P** aerem Δ**T** | resilit *Kroll*] resistit | **15** densus] depressus δ ‖ **16** imbecillam ϑ**PZ**] imbecillem $\Delta\lambda$**T**, *cf. de ira II 34, 1 cum nota Gertzii* ‖ **17** nostrum nobis *coll.* Δ ‖ **18** aqua *Haase sec.* p] Itaque, *om.* **H** *Fortun.* | quia] qui *Fortun.* ‖ **20** exierunt] exierit **A**(ε)**E**^{1}**F** exierint (ε)**E**^{2}

imaginum et intermissarum, sed unius longae atque continuae.

'quomodo', inquis, 'tu mihi multa milia imaginum 9
istic esse dicis, ubi ego nullam video? et quare, cum solis color unus sit, imaginum diversus est?' ut et haec, quae proposuisti, refellam et alia, quae non minus refellenda sunt, illud dicam oportet: nihil esse acie nostra fallacius non tantum in his, a quibus subtiliter pervidendis illam *loco*rum diversitas submovet, sed etiam in his quoque, quae ad manum cernit: remus tenui aqua tegitur et fracti speciem reddit; poma per vitrum aspicientibus multo maiora sunt; columnarum intervalla porticus longior iungit. ad ipsum solem revertere: 10
hunc, quem toto terrarum orbe maiorem probat ratio, acies nostra sic contraxit, ut sapientes viri pedalem esse contenderent; quem velocissimum omnium scimus, nemo nostrum moveri videt, nec ire crederemus, nisi appareret isse. mundum ipsum praecipiti velocitate labentem et ortus occasusque intra momentum temporis revolventem nemo nostrum sentit procedere. quid ergo miraris, si oculi nostri imbrium stillicidia non separant et ⟨ex⟩ ingenti spatio intuentibus minutarum imaginum discrimen interit? illud dubium esse nulli potest, quin 11
arcus imago solis sit roscida et cava nube concepta. quod ex hoc tibi appareat: numquam non adversa soli est, sublimis aut humilis, prout ille se submisit aut sustulit, in contrarium mota; illo enim descendente altior est, alto depressior. saepe talis nubes a latere solis est nec arcum efficit, quia non ex recto imaginem trahit.
varietas autem non ob aliam causam fit, quam quia 12

1 et] *om.* **BC**ε ‖ 4 ego] *om.* **A** ‖ 7 esse] *ante* non **BC** *om.* **A**ε ‖ 9 locorum *Gronov.*] colorum | etiam] et **A**ε ‖ 10 quoque] quotidie *Schultess, sed cf. Kühner II 1053* ‖ 12 colu(m)pna- *trad.* ‖ 13 longior iungit] -ores iungunt **A** ‖ 14 orbe terrarum *coll.* **A** ‖ 15 sic] *om.* **δ** ‖ 17 nostrum] nostrorum **g**λ**PZ** ‖ 20 ergo] *om.* **A** ‖ 21 imbrium] innumerabilia **A** ‖ 22 ex *add.* **Z** ‖ 23 esse dubium *coll.* ε**F**λ ‖ 27 in c. mota] contrario motu **A**

pars coloris sole est sparsa, ⟨pars⟩ nube: in illa umor modo caeruleas lineas modo virides modo purpurae similes et luteas aut igneas ducit, duobus coloribus hanc varietatem efficientibus, remisso et intento. sic enim et purpura eodem conchylio non in unum modum exit: interest, quamdiu macerata sit, crassius medicamentum an aquatius traxerit, saepius mersa sit et excocta an semel tincta. non est ergo mirum, si, cum duae res sint, sol et nubes, id est corpus et speculum, [si] tam multa genera colorum exprimuntur, quam multis generibus possunt ista incitari aut relanguescere: alius est enim color ex igneo lumine, alius ex obtunso et leniore. in aliis rebus vaga inquisitio est, ubi non habemus, quod manu tenere possimus, et late coniectura mittenda est; hic apparet duas causas esse arcus, solem nubemque, quia nec sereno umquam fit nec nubilo ita, ut sol lateat: ergo utique ex his est, quorum sine altero non est.

4. ⟨Et⟩iamnunc illud accedit, quod aeque manifestum est, speculi ratione imaginem reddi, quia numquam nisi e contrario redditur, id est nisi ex altera parte stetit quod appareret, ex altera quod ostenderet. rationes, quae non persuadent sed cogunt, a geometris afferuntur, nec dubium cuiquam relinquitur, quin arcus imago solis sit male expressi ob vitium figuramque

1 pars *add. Fortun. fort.* a sole est, pars a nube *Ge. conl. p. 19, 15* | nube: in illa *Ge.*] nube in illa. *Φ* nube nulla. *Δ* in nube illa. **T** *vulgo,* in *om. Fortun.* | humor] autem *add. Δ* ‖ 2 modo c.] u(er)o c. **F**λ ‖ 5 enim et] enim ϱ | conchilio *trad.* ‖ 6 quamdiu] quantum *Δ* ‖ 8 excocta] excoacta λ | si, cum] sicut $\mathbf{E^1J^1P}$ ‖ 9 duae] dure **FH** ‖ 10 tam *δ*] si tam $\mathbf{\varepsilon L^2TZ}$ si tamen *Φ* ‖ 11 quam $\mathbf{J^2L^2Z}$ *Haase*] qua in **FHP** quae in **ΔE**λ quam in $\mathbf{J^2}$ quia in **T** | ista] ita **JO** aut *Δ*, *fort.* isti (*sc. colores*) *Ge.* ‖ 12 enim] *om.* λ**T** *s. l.* ε(**Z**) ‖ 13 obtunso] obtuso **BC**(ε?) | len.] leuiore $\mathbf{\Delta J^1}$ ‖ 14 possimus **AH**λϱ**Z**] possumus **ΔEFO** ‖ 17 ut sol lateat] sol latet *Δ* ‖ 18 est] *sc. arcus* ‖ 19 Et *add. Haase* ‖ 22 stetit] steterit ε | appareret **BFHPZ**] apparet **A**ε**E**λ *vulgo* appareat **C** apperiat **T** | ostenderet *Ge.*] ostendere *ΔΦ* ostendit *Fortun. vulgo* ‖ 24 cuiq.] quicquam *Δ*

speculi: nos interim temptemus alias probationes, quae de plano legi possint. inter argumenta sic nascentis 2
arcus pono, quod celerrime nascitur. ingens enim variumque corpus intra momentum subtexitur caelo et aeque celeriter aboletur; nihil autem tam cito redditur quam a speculo imago, non enim facit quicquam sed ostendit. Parianus Artemidorus adicit etiam, quale 3
genus nubis esse debeat, quod talem soli imaginem reddit: 'si speculum,' inquit, 'concavum feceris, quod sit sectae pilae pars, si extra medium constiteris, quicumque iuxta te steterint, inversi tibi videbuntur et propiores a te quam a speculo; idem', inquit, 'evenit, cum 4
rotundam et cavam nubem intuemur a latere, ut solis imago a nube discedat propiorque nobis sit et in nos magis conversa. color illi igneus a sole est, caeruleus a nube, ceteri utriusque mixturae.'

5. Contra haec illa dicuntur. de speculis duae opi- 1
niones sunt: alii enim in illis simulacra cerni putant, id est corporum nostrorum figuras a nostris corporibus emissas ac separatas, alii non aiunt imagines in speculo sed ipsa aspici corpora retorta oculorum acie et in se rursus reflexa. nunc nihil ad rem pertinet, quomodo videamus quodcumque videmus: sed quomodo 2

7 *Artemidorus: cf. Pauly-Wissowa II 1333.*

1 temptemus] repetemus Δ | prob. alias *coll.* δ **T** ‖ **2** plano **F**^{1}**H**(ϱ)**Z**] paulo Δ platone **E**λ**T**, *cf. Koeler p. 300* possint] possunt Δ**K**^{1}**T** | argumenta sic] -ta si **P** -tas **B**^{1} -tas sic **E**^{1} -ta **B**^{2}**C** ‖ **3** ingens] igneum Δ ‖ **4** intra m. s. caelo] caelo inter m. s. Δ ‖ **5** aeque] aqua Δ**P** ‖ **6** a sp. quam *coll.* Δ ‖ **7** etiam] id δ ad ε ‖ **8** soli] sibi ε**H**^{1} solis **B**^{2} *vulgo* ‖ **9** reddit] reddat **KZ** | fec. conc. *coll.* **EP** ‖ **10** sectae] recte λ ‖ **11** et] *om.* Δ | propiores *et l.* **14** propiorque *Fort.*] priores . . . priorque ‖ **13** a latere] *sc. telluris* ‖ **14** a nube] a latere Δ | discedat] descendat **EP** ‖ **15** illi **A**Φ] *om.* Δ ‖ **20** non — in] imagines aiunt non esse in Δ | aiunt] *ante* in *coll.* **Z** *om.* ϑ ‖ **23** quodcumque] quae Δ quod ⟨ut⟩cunque *Schultess* | quomodo] *del. Haase,* sed, quoquomodo, imago *Schultess,* videamus; quodcunque videmus et quomodocumque *Madvig*

imago, similis reddi debet e speculo. quid autem est tam dissimile quam sol et arcus, in quo neque figura solis neque color neque magnitudo apparet? arcus longe amplior est longeque ea parte, qua fulget, rubicundior quam sol, ceteris vero coloribus diversus. 3 deinde cum velis speculum inesse aëri, des oportet mihi eandem levitatem corporis, eandem aequalitatem, eundem nitorem. atqui nullae nubes habent similitudinem speculi: per medias saepe transimus nec in illis nos cernimus; qui montium summa conscendunt, *de*spectant nubem nec tamen imaginem in illa suam aspiciunt. 4 singula stillicidia singula specula sunt. 'concedo; sed illud nego, ex stillicidiis constare nubem. habent enim quaedam, ex quibus fieri stillicidia possint, non ipsa, ne aquam quidem habet nubes sed materiam futurae 5 aquae.' concedamus tibi et guttas innumerabiles nubibus inesse et illas faciem reddere: non tamen unam omnes reddunt, sed singulae singulas. deinde inter se specula coniunge: in unam imagines non coibunt, sed unaquaeque [in se] similitudinem in se rei claudet. sunt quaedam specula ex multis minutisque composita, quibus si unum ostenderis hominem, populus apparet unaquaque particula faciem suam exprimente; haec cum

1 imago, *Leo* (*sc. redditur*)] imago | similis] simile *Leo* | reddi] *post* speculo *Δ* | autem] nam *Δ* ‖ **3** neque figura solis] *om. Δ* ‖ **4** longe amplior] longior ampliorque *Δ* ‖ **6** inesse aeri] aeri (aliis **ε**) comparare *Δ* in. a. ⟨denso⟩ *Joh. Müller* ‖ **7** eandem leu. corporis] *om. Δ* **E** | ęqualitatem] qualitatem (**ε**) **ET** ‖ **9** in illis] nullis **λ** ‖ **10** despectant *Madvig*] spectant *libri*, inspectant *Haupt*, superstant *Schultess* ‖ **11** in illa (illam **λ**) s.] suam in illa *Δ* | asp.] cernunt *Δ* | **13** habent] habet **m** *vulgo*, *fort.* habens *Ge.* ‖ **14** possint] possunt **εΘT** ‖ **15** habet **BCϑTZ**] habent **Aελ P** ‖ **16** concedamus] -dam **δ**(*Δ*) -dant **ε** ‖ **17** omnes unam *coll. Δ* ‖ **18** reddunt *Δ* **T**] reddant *Φ* reddent *vulgo* ‖ **19** specula] singulas (*sc. guttas*) *Schultess* | imagines *Ge.*] imaginem ‖ **20** unaquaeque] quaeque particula *Δ*(**T**) unumquodque *Leo Rossbach* | in se] *om.* **δΘ** uise **L**^{2} in se rei **ε** | in se rei **δP**] uise rei **ϑλZ** rei uise **T** in se uise rei **Θ** *om.* **ε** ‖ **23** unaquaque *Δ* **ETZ**] unaquaeque *Φ* | particula] parte *Δ* | suam faciem *coll.* **δTZ**

sint coniuncta et simul collocata, nihilominus seducunt imagines suas et ex uno quidem turbam efficiunt, ceterum catervam illam non confundunt sed dire*m*ptam in facies singulas distrahunt: arcus autem uno circumscriptus est ductu, una totius est facies. 'quid ergo?' 6 inquit: 'non et aqua rupta fistula sparsa et remo excussa habere quiddam simile his, quos videmus in arcu, coloribus solet?' verum est, sed non ex hac causa, ex qua tu videri vis, quia unaquaeque stilla recipiat imaginem solis. citius enim cadunt stillae, quam ut concipere imagines possint: standum est, ut id, quod imitantur, excipiant. quid ergo fit? colorem, non imaginem ducunt. alioquin, ut ait Nero Caesar disertissime,

colla Cytheriacae splendent agitata columbae

et variis coloribus pavonum cervix, quotiens aliquo deflectitur, nitet: numquid ergo dicemus specula eiusmodi plumas, quarum omnis inclinatio in colores novos transit? non minus nubes diversam naturam spe- 7 culis habent quam aves, quas rettuli, et chamaeleontes et reliqua animalia, quorum color aut ex ipsis mutatur, cum ira vel cupidine incensa cutem suam variant umore suffuso, aut positione lucis, quam prout rectam vel obliquam receperunt, ita colorantur. quid enim 8 simile speculis habent nubes? cum illa non perluceant, hae transmittant lucem; illa densa et coacta. hae rarae

14 *FPR p. 368 Baehr.*

2 quidem] *om.* **Δ T** quem uident *Schultess,* quodam *Ge.* ‖ **3** diremptam **E**] direptam **Δ Φ** directam **g P** ‖ **4** autem *et* **5** est] *om.* **Δ** ‖ **6** inquit] *om.* **λ P** ‖ **9** recipiat] recipit **Δ** ‖ **11** imagines] imaginem **Δ** ‖ **13** alioquin] *i. e. übrigens,* aliquo modo **Δ** ‖ **14** Cyth.] cith. *trad.* ‖ **17** plumas] pluuias **δ** ‖ **18** spec. naturam *coll.* **Δ** ‖ **19** quam] *om.* **Δ** | retuli *(sic)*] reguli **δ** | cameleontes *trad.* ‖ **20** reliqua] aliqua **Φ** *post* animalia *coll.* **λ** alia **E** ‖ **21** inc.] accensa **Δ** ‖ **22** suffuso] -sa **δ** -sam **ε** ‖ **23** receperunt] receperint **Δ** ‖ **24** speculis h. **Δ**] speculo h. | illa] ille **Δ** ‖ **25** hae] he *vel* heę **B C Φ** hec **A ε** | transmittant] -mutant **λ** | illa — rarae] ille dense et coacte, hec rara **Δ**

sint; illa eiusdem materiae tota, hae e diversis temere compositae et ob hoc discordes nec diu cohaesurae. praeterea videmus ortu solis partem quandam caeli rubere, videmus nubes aliquando ignei coloris: quid ergo prohibet, quomodo hunc unum colorem accipiunt solis occursu, sic multos ab illis trahi, quamvis non habeant speculi potentiam? modo, inquit, inter argumenta ponebas semper arcum contra solem excitari, quia ne a speculo quidem imago redderetur nisi adverso. hoc, inquit, commune nobis est: nam quemadmodum opponendum est speculo id, cuius in se imaginem transferat, sic, ut nubes infici possint, ita sol ad hoc apte ponendus est; non enim idem facit, si undique effulsit, et ad hoc opus est radiorum idoneus ictus. haec dicuntur ab his, qui videri volunt nubem colorari.

Posidonius et hi, qui speculari ratione talem effici iudicant visum, hoc respondent: 'si ullus esset in arcu color, permaneret et viseretur eo manifestius, quo propius: nunc imago arcus, ex longinquo clara, interît, cum ex vicino ventum est.' huic contradictioni non consentio, cum ipsam sententiam probem. quare? dicam: quia coloratur quidem nubes, sed ita, ut color eius non undique appareat (nam ne ipsa quidem undique apparet; nubem enim nemo, qui in ipsa est, videt): quid ergo mirum, si color eius non videtur ab eo, a quo ipsa non visitur? atqui ipsa, quamvis non videatur,

16 *Posid.* p. 77 B.

1 sint] sunt **EH** | h(ae) e **FH**λ] hec (ille **BC**) ex Δ he(e) **E**(Q)**Z** ‖ 3 uidemus — rubere] *om.* δ ‖ 5 colorem unum *coll.* Δ ‖ 7 modo . . ponebas] *cap. 4, 1* ‖ 9 hoc — 10 nobis] hec inquam questio nobiscum Δ n. *ante* commune *coll.* **OT** *bis* **F** ‖ 11 imaginem in se *coll.* λ**T** ‖ 12 ita] *del. Kroll Rossbach,* et *Ge.* ‖ 14 idoneus ictus] idonea locatio Δ ‖ 15 his] *fort. Stratone inde a § 2 adhibito* ‖ 16 possidonius *semper* | talem] *om.* Δ ‖ 17 iudicant] -cat **FH** ‖ 17—20] *cf. Aetius Doxogr. p. 371 sq.* ‖ 20 uentum] *post* est Δ, *del. Haupt* ‖ 23 non] *om.* Δ ‖ 25 ab eo — 26 *sq.* uideatur, est] *om.* δ

est: ergo et color. ita non est [ergo et color] argumentum falsi coloris, quod apparere accedentibus desinit. idem enim in ipsis evenit nubibus, nec ideo falsae sunt, quia non videntur. praeterea, cum dicitur 12
tibi nubem sole suffectam, non dicitur tibi colorem illum inustum esse velut duro corpori ac stabili ac manenti, sed ut fluido et vago et nihil amplius quam brevem speciem recipienti. sunt etiam quidam colores, qui ex intervallo vim suam ostendunt: purpuram Tyriam, quo melior est saturiorque, eo altius oportet teneas, ut fulgorem suum teneat. non tamen ideo non habet colorem illa, quia, quae optimum habet, non, quomodocumque explicatur, ostendit. in eadem sen- 13
tentia sum qua Posidonius, ut arcum iudicem fieri nube formata in modum concavi speculi et rotundi, cui forma sit partis e pila secta. hoc probari, nisi geometrae adiuverint, non potest, qui argumentis nihil dubii relinquentibus docent solis illam esse effigiem non similem. neque enim omnia ad ver*um* specula 14
respondent: sunt, quae videre extimescas (tantam deformitatem corrupta facie visentium reddunt, servata similitudine in peius); sunt, quae cum videris, placere tibi vires tuae possint (in tantum lacerti crescunt et totius corporis super humanam magnitudinem habitus augetur); sunt, quae dextras facies ostendant, sunt,

14 *Posidonius: cf. p. 22, 16.*

1 ergo et color] ergo color et δ | ita non est] *om.* δ ita est: non est arg. *Haase* | ergo et color $\varepsilon\Phi$] *om.* δ T *Fort.* ‖ 2 quod] qui dum ε | apparere] apparet ε O | acc.] antecedentibus ε F λ ‖ 5 tibi] *om.* δ | sole] esse *add.* Δ solem P^1Z ‖ 8 etiam] et Δ ‖ 10 est] *ante* eo Δ L O *bis* (λ) | alt. op.] oportet ut altius Δ ‖ 11 teneat] ostendat Δ ‖ 12 illa colorem *coll.* Δ ‖ 13 explicetur δ ‖ 16 secta] sectae Δ (B C ε) *Kroll, cf. p. 19, 10; 28, 4* ‖ 19 ad uerum L^2Z *Pincian.*] *cf. I 6, 6 longe amplius uero est,* aduersus $\Delta\Phi$ *vulgo* aduersis E^2 ‖ 20 tantam deformitatem λ P Z] tanta -tate $\Delta\vartheta$ T ‖ 21 corrupta facie λ P Z -tam faciem ϑ T -ta ut faciem Δ | reddunt] reddant Δ ‖ 24 super] supra δ

quae sinistras, sunt, quae detorqueant et vertant: quid ergo mirum est eiusmodi speculum in nube quoque
1 fieri, quo solis species vitiosa reddatur? 6. Inter cetera argumenta et hoc erit, quod numquam maior arcus dimidio circulo apparet et quod eo minor est, quo altior sol . . .

[. . . ut ait Vergilius noster: 'et bibit ingens arcus', cum adventat imber; sed non easdem, undecumque apparuit, minas affert: a meridie ortus magnam vim aquarum vehet (vinci enim non potuerunt valentissimo sole, tantum illis est virium); si circa occasum refulsit, rorabit et leviter impluet; si ab ortu circave surrexit, serena promittit . . .]

2 quare tamen, si imago solis est arcus, longe ipso sole maior apparet? quia est alicuius speculi natura talis, ut maiora multo, quae vidit, ostendat et in portentuosam magnitudinem augeat formas, alicuius
3 invicem talis, ut minuat. illud mihi dic, quare in orbem eat facies, nisi orbi redditur? dices enim fortasse, unde sit illi color varius: unde talis figura sit, non dices, nisi aliquod exemplar, ad quod formetur, ostenderis. nullum autem quam solis est, a quo cum tu quoque fatearis illi colorem dari, sequitur, ut et detur

7 *Verg. Georg. I 380 sq.*

1 detorq.] torqueant *Λ* ‖ **2** quoque] *ante* speculum *δ* in n. q. fieri *post* reddatur *ε* ‖ 4 quod *Λ***T**] quo ‖ **6** sol] est sol *Λ***O T**, *hic causa argumenti addi debuit* ‖ **7—13** *sententiae a cetero conexu alienae.* | *ante* ut] arcus aut uentos aut pluuias aut serenum significat *suppl.* **B C p T** *sed varia ratione, cf. St. II 32* | Verg.] uirgilius *codd. plerique ut semper* ‖ **10** potuerunt *Φ*] poterunt ‖ **11** rorabit] tonabit *Λ* ‖ **12** leu.] leniter *λ* ‖ **13** promittit] premittit *Λ*, si a septentrione . . . *aliaque desidero* ‖ **16** multo **E**] multa | quae *Rossbach conl. p. 31, 19*] quam | uidit] uidet **F** uides $\mathbf{E}^2$ uideat *ε*(*Λ*) uideatur *δ* -antur **B C** ‖ **17** portentuosam] -tosam **Z** -tosas $\mathbf{E}^2$ | magnitudinem] *om.* *ϑ* | alicuius] alius **E T** ‖ **18** talis] est *add.* *Λ***T** ‖ **19** dices] diceres *δ* | enim **C** *Φ*] *om.* (*Λ*) ‖ **20** sit] *s. l.* *δ* *om.* **Z** ‖ **22** quam] aliud quam *Λ***T** | tu quoque] *om.* *Λ***T** ‖ **23** et] *post* detur *ε* *om.* *δ* **T**

forma. denique inter me teque convenit colores illos, quibus caeli regio depingitur, a sole esse; illud unum inter nos non convenit: tu dicis illum colorem esse, ego videri: qui sive est, sive videtur, a sole est. tu non expedies, quare color ille subito desinat, cum omnes fulgores † et paulatim discutiantur. pro me est 4 et repentina eius facies et repentinus interitus: proprium enim hoc speculi est, in quo non per partes struitur quod apparet, sed statim totum fit; aeque cito omnis imago aboletur in illo quam ponitur. nihil enim aliud ad ista efficienda vel removenda opus est quam ostendi et abduci. non est ergo propria in ista nube substantia, nec corpus est sed mendacium [est], sine re similitudo. vis scire hoc ita esse? desinet arcus, si obtexeris solem. oppone, inquam, soli alteram nubem: huius varietas interibit. 'at maior aliquanto est 5 arcus quam sol.' dixi modo fieri specula, quae multiplicent omne corpus, quod imitantur. illud adiciam, omnia per aquam videntibus longe esse maiora: litterae quamvis minutae et obscurae per vitream pilam aqua plenam maiores clarioresque cernuntur; poma formosiora quam sunt videntur, si innatant vitro. sidera ampliora per nubem aspicienti videntur, quia acies nostra in umido labitur nec apprehendere, quod vult, fideliter potest. quod manifestum fiet, si poculum impleveris aqua et in id conieceris anulum: nam cum in

1 teque] et te Δ | conuenit — **3** nos] *om.* δ ‖ **2** caeli] *post* regio *coll.* ε *om.* **H** ‖ **4** uidetur] uideatur δ | tu] tamen **E** *Gertz add.* ‖ **6** et] *om.* Δ eius *sc. solis Leo, fort.* paulatim appareant et *Ge.* ‖ **8** hoc] *s. l.* Δ | speculi] speculum $\mathbf{H}^1\mathbf{T}$ | in quo] quod Δ (quoniam **BC**) | per] *om.* **HP** ‖ **10** imago] uisus (uis **A**) δ | in illo] *ante* ab. Δ (*ante* visus **BC**) *ante* nihil *coll.* **T** ‖ **13** est *prius om.* Δ**T** *fort. recte* | est *ante* sine] *om.* **E** est et **BC** *fort. recte* ‖ **16** huius] istius Δ | interibit] peribit Δ | aliquanto] aliquando $\varepsilon\lambda$**T** est al. *coll.* **A**ε ‖ **17** dixi modo] *sc. 5, 5* ‖ **19** p. a. uidentibus] quae p. a. uidentur δ ‖ **21** formos.] carnosiora *Gertz* ‖ **24** in] *om.* Δ**T** | apprehendere] adprendere **H** ‖ **26** cum in] cum ϱ

ipso fundo anulus iaceat, facies eius in summa aqua
6 redditur. quicquid videtur per umorem, longe amplius vero est: quid mirum maiorem reddi imaginem solis, quae in nube umida visitur, cum ex duabus causis hoc accidat? quia in nube est aliquid vitro simile, quod potest perlucere, est aliquid et aquae, quam, etiamsi nondum habet, iam parat, id est iam eius natura est, in quam ex sua vertatur.

1 7. 'quoniam', inquit, 'vitri fecisti mentionem, ex hoc ipso argumentum contra te sumam. virgula solet fieri vitrea, striata vel pluribus angulis in modum clavae torosa: haec si in transversum solem accipit, colorem talem, qualis in arcu videri solet, reddit, ut scias non imaginem hic solis esse sed coloris imitationem ex re-
2 percussu.' primum in hoc argumento multa pro me sunt: quod apparet a sole fieri; quod apparet leve quiddam esse debere et simile speculo, quod solem repercutiat; deinde quod apparet non fieri ullum colorem sed speciem falsi coloris, qualem, ut dixi, columbarum cervix et sumit et ponit, utcumque deflectitur. hoc autem et in speculo est, cui nullus inditur color, sed simulatio quaedam coloris
3 alieni. unum hoc tantum mihi solvendum est, quod non visitur in ista virgula solis imago; cuius bene exprimendae capax non est: ita conatur quidem reddere

1 summa aqua] summo aquae Δ **T** ‖ 4 ex] de Δ *post* duabus δ ‖ 5 est] *om.* ϱ ‖ 6 et] *post* (*vel supra*) est δ **T** ‖ 7 etiam] *om.* Δ | parat] parata **T** apparat **P** apparet Δ | id est iam] *om.* Δ iam *om.* λ ‖ 8 eius] *fort.* ei *Ge.* | est] *om.* Δ ‖ 9 inquit] inquis **ET** *vulgo* | uitri] *post* fecisti **BCO** *post* mentionem **FL** ‖ 10 arg.] *post* te **A**ε**T** ‖ 11 striata *Gronov.*] stricta ‖ 12 torosa] torsa λ tortuosa Δ et orosa **Z** | in transuersum] in (ex **C**ε) -so Δ ‖ 14 hic] *ante* non im. Δ**KT**(**Z**^{1} *bis*) | imit.] mutationem ϑ**J**^{2}**L** *v. l.* **P** inui(ta)tionem **J**^{1}**K** immutationem **Ecp** | ex] esse ex δ | rep.] percussu δ**EHT** ‖ 15 multa] *post* me λ *om.* δ ‖ 19 dixi] *sc.* 5, 6 ‖ 20 utc(um)que δ**HLP**] utrumque (utrum quod **KO**) **F**(**H**^{1}?)λ**T** ubicumque **B**^{2}ε**E** ‖ 21 cui] cuius Δ | inditur] uidetur Δ ‖ 22 hoc tantum] tamen hoc Δ | mihi] *om.* Δ ‖ 24 non] *om.* Δ | ita] ista *Haase*

imaginem, quia levis est materia et ad hoc habilis, sed non potest, quia enormiter facta est. si apta fabricata foret, totidem redderet soles, quot habuisset † inspectores. quae quia ⟨vix⟩ discernuntur inter se nec satis in vicem speculi nitent, incohant tantum imagines nec exprimunt et ob ipsam viciniam turbant et in speciem coloris unius abducunt.

8. 'At quare arcus non implet orbem, sed pars dimidia eius videtur, cum plurimum porrigitur incurvaturque?' quidam ita opinantur: sol, cum sit multo altior nubibus, a superiore illas tantum percutit parte; sequitur, ut inferior pars earum non tingatur lumine: ergo cum ab una parte solem accipiant, unam eius partem imitantur, quae numquam dimidia maior est. hoc argumentum parum potens est. quare? quia, quamvis sol ex superiore parte sit, totam tamen percutit nubem, ergo et tingit. quidni? cum radios transmittere soleat et omnem densitatem perrumpere. deinde contrariam rem proposito suo dicunt. nam si superior est sol et ideo superiori tantum parti nubium affunditur, numquam terra tenus descendet arcus: atqui usque in humum demittitur. praeterea numquam non contra solem arcus est, nihil autem ad rem pertinet, supra infrave sit, quia totum quod contra est latus verberatur. deinde aliquando arcum et occidens facit; tum certe ex inferiori parte nubes ferit terris propin-

2 apta] apte *vulgo* ‖ **3** habuisset] *fort.* habuit *Ge.* | inspectores] insecturas *Fortun.* inspectiones *Annic.* infecturas *Bongars.* inseptiones *Haase,* insectiones *Schultess* in se colores **Z** in se toros *Leo conl. p. 26, 12,* strias speculares *Ge.* ‖ **4** quae **δT**] qui | vix *add. Ge. conl. 3, 6,* non *Fortun.* ‖ **5** nitent] patent *Schultess* | tantum] tamen **Λ** ‖ **6** in] *del. Schultess* | abducunt **εϑλ**] adducunt **δ0ϱZ** *vulgo Schultess* ‖ **11** illas tantum] tamen illas **Λ** illas **T** ‖ **12** tingatur *Michaelis*] tangatur, *cf. l. 17* ‖ **13** accipiant] -unt **δ** ‖ **14** partem eius *coll.* **εKT** ‖ **16** sol **ΛE**[1]**T**] *ante* parte **Φ** ‖ **17** et tingit **K0T**] contingit **ΛP** et tinguit **ϑJLZ** ‖ **21** aff.] effunditur **λ** | descendet arcus] descendit **Λ** ‖ **22** demittitur **AT** *Gertz*] dim. ‖ **25** occidens] *sc. sol* ‖ **26** tum **εHϱZ**] tunc **δEλ** | inferiori] -ore **λZ** | propinquus] -quis (**ε**)**0** -quius J[2]

quus: atqui et tunc dimidia pars est, quamvis solem
4 nubes ex humili et sordido accipiant. nostri, qui sic
in nube, quomodo in speculo, lumen volunt reddi, nubem cavam faciunt et sectae pilae partem, quae non potest totum orbem reddere, quia ipsa pars orbis est. 5
proposito accedo, argumento non consentio. nam si in concavo speculo tota facies oppositi orbis exprimitur, et in semiorbe nihil prohibet totam aspici pilam.
5 etiamnunc diximus circulos apparere soli lunaeque in similitudinem arcus circumdatos: quare ille circulus 10
iungitur, in arcu numquam? deinde quare semper concavae nubes solem accipiunt, non aliquando planae
6 et tumentes? Aristoteles ait post autumnale aequinoctium qualibet hora diei arcum fieri, aestate non fieri nisi aut incipiente aut inclinato die. cuius rei 15
causa manifesta est: primum, quia media diei parte sol calidissimus nubes evincit nec potest imaginem suam ab his recipere, quas scindit; at matutino tempore aut vergens in occasum minus habet virium, ideo a nubi-
7 bus sustineri et repercuti potest. deinde cum arcum 20
facere non soleat nisi adversus his, in quibus facit, nubibus, cum breviores dies sunt, semper obliquus est: itaque qualibet diei parte, etiam cum altissimus est, habet aliquas nubes, quas ex adverso ferire possit. at temporibus aestivis super nostrum verticem fertur: ita- 25
que medio die excelsissimus terras rectiore aspicit linea,

13 *Arist. Meteor. III 5 p. 377 a 11 sqq.*

3 reddi uolunt *coll.* **Δ T** ‖ 7 in] *om.* **δ** ‖ 8 aspici totam *coll.* **Δ T** ‖ 9 nunc] hoc *Kroll* | diximus] *cap. 2* | soli] solis **Δ K T** celi **O** ‖ 10 ille c. iungitur] illis circulus circumdatur (i. circumd. circ. **δ**) **Δ** ‖ 13 tumentes?] *lacunae signum add. Haase* ‖ 15 die] iam die **Δ T** ‖ 16 diei] die **B ε** ‖ 17 nec] non **δ O** ‖ 18 aut] et **Δ** ‖ 19 habet uirium] calidus est et (est cal. **B C**) **Δ** ‖ 20 rep.] percuti **Δ** ‖ 23 itaque] et *s. l. add.* **Δ** ‖ 24 possit] potest **A ε** ‖ 25 super] supra **Δ T Z** | uerticem nostrum *coll.* **δ T** ‖ 26 terras rectiore] t. rectore **λ** rectiore t. **δ T** | asp.] accipit H^1(**P**)

quam ut ullis nubibus possit occurri; omnes enim sub se tunc habet.

9. Nunc de virgis dicendum est, quas non minus 1
pictas variasque aeque pluviarum signa solemus acci-
pere. in quibus non multum operae consumendum est,
quia virgae nihil aliud sunt quam imperfecti arcus. nam
facies quidem illis est picta, sed nihil curvati habent:
in rectum iacent. fiunt autem iuxta solem fere in 2
nube umida et iam se spargente. itaque idem est
in illis qui in arcu color, tantum figura mutatur, quia
nubium quoque, in quibus extenduntur, alia est.

10. Similis varietas in coronis est, sed hoc diffe-
runt, quod coronae ubique fiunt, ubicumque sidus est,
arcus non nisi contra solem, virgae non nisi in vicinia
solis. possum et hoc modo differentiam omnium red-
dere: coronam si diviseris, arcus erit, si direxeris, virga.
in omnibus color multiplex, ex caeruleo fulvoque varius.
virgae soli tantum adiacent, arcus solares lunaresque
sunt, coronae omnium siderum.

11. Aliud quoque virgarum genus apparet, cum 1
radii per angusta foramina nubium tenues et intenti
distantesque inter se diriguntur: et ipsi signa imbrium
sunt. quomodo nunc me hoc loco geram? quid vocem?
imagines solis? historici soles vocant et binos ternos- 2
que apparuisse memoriae tradunt; Graeci parhelia ap-
pellant, quia in propinquo fere a sole visuntur aut

1 occurri] occurrere *Vinc. Haase* | tunc sub se **Δ** *coll.* ‖ **4** aeque] et aeque **Δ** ‖ **6** imperfecti] porrecti *Joh. Müller conl. cap. 10* ‖ **7** quidem illis **ΔLKT**] i. q. (**Φ**) est quidem **Z** | habent] habens **Φ** ‖ **8** autem] et **λ** ‖ **14** arcus non] est *add.* **ΔQ** ‖ **15** omn. differ. *coll.* **Fλ** ‖ **18** solares] tantum *add.* **Φ** t. *post* lunaresque **Q** ‖ **19** sunt] omnes *s. l. add.* **Aε** ‖ **21** intenti distantesque] παράλληλοι καὶ εὐθεῖαι ῥάβδοι ‖ **22** dir.] deriguntur *Skutsch* | ipsi] ipsae **Δ** | signa imbrium] signum nubium **λ** ‖ **23** sunt] *a linea inc. Madvig, at inde ab Aristotele (Meteor. III 6) virgis* παρήλια *adiunguntur* | modo] *om.* **Δ** | hoc] *om.* **ΔP** | quid] quid eas **Δ** ‖ **24** imagines solis?] imagines? soles? *Leo* ‖ **25** parhelia] *fort.* παρήλια *scr.*

quia accedunt ad aliquam similitudinem solis. non enim totum imitantur sed magnitudinem eius figuramque: ceterum nihil habent ardoris hebetes et languidi. his quod nomen imponimus? an facio quod Vergilius? qui dubitavit de nomine, deinde id, de quo dubitaverat, posuit:

et quo te nomine dicam,
Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.

3 nihil ergo prohibet illas parhelia vocari. sunt autem imagines solis in nube spissa et vicina in modum speculi. quidam parhelion ita definiunt: nubes rotunda et splendida similisque soli. sequitur enim illum nec umquam longius relinquitur, quam fuit, cum apparuit. numquis nostrum miratur, si solis effigiem in aliquo fonte aut placido lacu vidit? non, ut puto. atqui tam in sublimi facies eius quam inter nos potest reddi, si modo idonea est materia, quae reddat.

1 12. Quotiens defectionem solis volumus deprehendere, ponimus pelves, quas aut oleo aut pice implemus, quia pinguis umor minus facile turbatur et ideo quas recipit imagines servat; apparere autem imagines non possunt nisi in liquido et immoto. tunc solemus notare, quemadmodum luna soli se opponat et illum tanto maiorem subiecto corpore abscondat, modo ex parte, si ita competît, ut in latus eius incurreret, modo totum; haec dicitur perfecta defectio, quae stellas quoque

7 *sq. Verg. Georg. 2, 95 sq.*

2 magnitudinem] imaginem **EJ²T** | eius] *om.* **Δ** ‖ **3** et] ac **ΔEH** ‖ **7** nomine] carmine *Verg.* ‖ **8** cellis **AΦ**] tellis **Δ** ‖ **10** spissa] pissa **λ** ‖ **11** speculi] *fort. add.* formata *Ge.* | def. **ET**] diffiniunt *semper trad.* ‖ **13** relinq. longius *coll.* **δ** | fuit] fuerit **EO** | apparuit] -ruerit **λT** ‖ **14** num] nam **λ** ‖ **15** uidit] uidet **Aε** uiderit **BC** | tam] tamen **δ** ‖ **16** quam — potest] potest quam nos uidemus **Δ** ‖ **17** reddat] reddit **Δ** ‖ **23** se soli *coll.* **A**(**ε**) | et] ut **Δ** | illum tanto] illo tantum **λ** ‖ **25** competit] *cf. ep. 75, 6 si ita competit, ut . . .* contigit **Δ** | ut] *om.* **λ** | in latus eius] latus **Δ**

ostendit et intercipit lucem, tunc scilicet cum uterque orbis sub eodem libramento stetit. quemadmodum 2
ergo utriusque imago in terris aspici potest, ita in aëre, cum sic coactus aër et limpidus constitit, ut faciem solis acciperet. quam et aliae nubes accipiunt sed transmittunt, si aut mobiles sunt aut rarae aut sordidae: mobiles enim spargunt illam, rarae emittunt, sordidae turpesque non sentiunt, sicut apud nos imaginem maculosa non reddunt.

13. Solent et bina fieri parhelia eadem ratione. 1
quid enim impedit, quominus tot sint, quot nubes fuerint aptae ad exhibendam solis effigiem? quidam in illa sententia sunt, quotiens duo simulacra talia existunt, ut iudicent in illis alteram solis imaginem esse alteram imaginis. nam apud nos quoque cum plura specula disposita sunt ita, ut alteri sit conspectus alterius, omnia implentur, et una imago vera est, ceterae imaginum effigies sunt; nihil enim refert, quid sit quod speculo ostendatur: quicquid videt, reddit. ita illic quoque in sublimi, si ⟨sic⟩ nubes fors aliqua disposuit, ut inter se conspiciant, altera nubes solis imaginem altera imaginis reddit. debent autem hae 2
nubes, quae hoc praestant, densae esse leves splendidae planae, naturae † solis. ob hoc omnia eiusmodi simulacra candida sunt, et similia lunaribus circulis, quia ex percussu oblique accepto sole resplendent: nam si

3 ergo] igitur **λ** in aere *add.* **Δ** | in t.] a t. **Δ** ‖ 4 sic] sit **Δ** ‖ 10 bina] in luna **Δ** ‖ 12 fuerint **δ**] fuerunt | solis effigiem] imaginem **Δ** ‖ 14 existunt] existant **Δ** | in — 15 imaginis] unum esse solis, alterum imaginis **Δ** ‖ 17 uera] a uero **Φ** uere **T** ‖ 19 quicquid] enim *add.* **Δ** ‖ 20 illic *vulgo*] illis **Φ** illud **ΔT** | sic *add.* **Z** | fors] sors **FλT** ‖ 21 se consp.] se (sese **δ**) aspiciant **Δ** se inter se consp. **T** | nubes] nube **Δ** ‖ 22 imaginis] -nes **ΔFλP** | reddit] reddi **Δ** ‖ 24 planae **H**] plane **Δ**(**ϑ**)**ϱZ** que plene **Fλ** | naturae solis] saturae solis *Madvig,* naturae solidae *Larisch,* naturae solis similes *Leo conl. p. 30, 12* | eiusmodi] quae huiusmodi sunt **Δ** ‖ 25 similia] simula **λ** ‖ 26 perc.] repercussu *Kroll* | sole] solis **BC**

infra solem nubes fuerit et propior, ab eo dissipatur; longe autem posita radios non remittet nec imaginem efficiet. *sic* apud nos quoque specula, cum procul a nobis abducta sunt, faciem non reddunt, quia acies
3 nostra non habet usque ad nos recursum. pluviarum autem et hi soles (utar enim historica lingua) indicia sunt, utique si a parte austri constiterunt, unde maxime nubes ingravescunt; cum utrimque solem cinxit talis effigies, tempestas, si Arato credimus, surgit.

1 14. Tempus est alios quoque ignes percurrere, quorum diversae figurae sunt. aliquando emicat stella, aliquando ardores sunt, hi nonnunquam fixi et haerentes nonnumquam volubiles. horum plura genera conspiciuntur: sunt *p*utei, cum velut corona cingente introrsus *ingens* caeli recessus est similis effossae in orbem specus; sunt pithiae, cum magnitudo vasti rotundique ignis dolio similis vel fertur vel uno loco flagrat; sunt chasmata, cum aliquod spatium caeli desedit et flammam velut dehiscens in abdito ostentat.
2 colores quoque horum omnium plurimi sunt: quidam ruboris acerrimi, quidam evanidae ac levis flammae, quidam candidae lucis, quidam micantes, quidam aequaliter et sine eruptionibus aut radiis fulvi; videmus ergo

9 *cf. Arati Phaen. 884—886*

1 fuerit **AE^{w}HPZ**] fuerint **BC** fiunt **FλT**, fuit *clausulae repugnat* ‖ **2** remittet] -ttit *Δ* ‖ **3** efficiet] -cit *Δ* | sic *Ge.*] quia *trad. def. Joh. Müller,* quomodo *Gertz,* qua via *Schultess,* aeque *olim Ge. ad* sicut *p. 31, 8 Leo releg.* ‖ **5** rec.] cursum *Δ* ‖ **6** autem *ΔZ*] enim *Φ* | enim **AεZ**] autem **BCΦ** ‖ **7** unde m. n.] nubes inde m. *Δ* ‖ **8** ingrauescunt] -scent *ϑ* ‖ **9** Ar.] aratro (*λ* ?) aratori *ε* | tempestas] *ante* surgit *Δ* ‖ **12** hi nonn.] aliquando *Δ*, *fort.* et hi (*vel* iique) nonn. *Ge.* ‖ **14** putei *Ge. et Rossbach*] ut ei *Φ om. Δ*, *βόθυνοι Casaub.* | cum] enim *Δ* ‖ **15** ingens *Fortun.*] ignes *ΔλP* igneus *ϑTZ* igne J^{2} ‖ **16** specus] speluncae *Δ* | pithiae] phiciae *ϑλ* phitie *εFJKQ* phisicle *ϑ* | cum magnitudo] in magnitudine *Δ* ‖ **17** similis] qui *add. Δ* | uno] in uno *ΔE^{w}* ‖ **18** casmata *Φ*, caeli spatium *coll. Δ* ‖ **19** abdito ostentat (-dat **E^{w}O**) *Φ*] abdita ostendit ‖ **21** leuis] *fort.* lenis *Ge.*

*flamm*arum longos a tergo albescere tractus.

hae velut stellae exiliunt et transvolant videnturque longum ignem porrigere propter immensam celeritatem, cum acies nostra non discernat transitum e*a*rum sed, quacumque cucurrerunt, id totum igneum credat. tanta est enim velocitas motus, ut partes eius non d*i*spiciantur, summa prend*at*ur: intellegimus magis, qua *i*erit stella quam qua eat. itaque velut igne continuo totum iter signat, quia visus nostri tarditas non subsequitur momenta currentis, sed videt simul et unde exiluerit et quo pervenerit. quod fit in fulmine: longus nobis videtur ignis eius, quia cito spatium s*uu*m transilit, et oculis nostris occurrit universum per quod deiectus est: at ille non est extenti corporis per omne, qua venit. neque enim tam longa et extenuata in impetum valent. quomodo ergo prosiliunt? attritu aëris ignis incensus vento praeceps impellitur; non semper tamen vento attrituve fit, nonnumquam et aliqua oportunitate aëris nascitur: multa enim sunt in sublimi sicca calida terrena, inter quae oritur et pabulum suum subsequens defluit ideoque velociter rapi-

1 *Verg. Georg. I 367*

1 flammarum *Verg. Leo*] stellarum $\Delta\Phi$, *ego l. 2* hi (*pro* hae) *et l. 4* eorum *scripseram* ‖ 4 earum (ε ?) *vulgo*] eorum ‖ 5 cuc.] con-(oc-**A**)currerunt Δ | id] hoc δ | igneum] ignem λ ignitum Δ ‖ 6 est enim] enim est Δ enim $\mathbf{E}^{w}$ | disp. *Fortun.*] despiciantur ‖ 7 summa] sed tantum summa Δ | prendatur (ε ?) *vulgo*] prendantur $\Delta\Phi$ pendantur λ | magis] non magis *Larisch* | qua] quam (ε)λ**P** ‖ 8 ierit *Ge. vel potius amici*] *cf. p. 17, 17,* perit Φ pereat (*vel* pareat) Δ, appareat *Fortun.* | eat] pereat **LP**, exeat Δ ‖ 11 exiluerit **H**λ**TZ**] exilierit (Δ)**KP** exiliunt $\mathbf{E}^{w}$ -lunt **F** | quod f.] *fort.* idem fit *Ge.*, q. f. et *Rossbach,* q. f. item *Skutsch* ‖ 12 suum $\mathbf{L}^{2}$**Z** *Fortun.*] suum sursum **K** sursum $\Delta\Phi$, *fort.* cursu *Ge.* ‖ 13 transilit (Δ)$\mathbf{L}^{2}$**Z**] transtulit **BC**Φ ‖ 14 extenti] extensi λ | omne] *sc. spatium* ‖ 15 qua venit] peruenit Δ | enim] *om.* Δ**P** ‖ 18 et] *om.* **P** ex *vulgo* | aliqua] alia λ ‖ 20 calida] que *add.* $\mathbf{E}^{w}$ *Gertz*

6 tur. 'at quare color diversus est?' quia refert, quale
sit id, quod incenditur, quantum et quam vehemens,
quo incenditur. ventum autem significant eiusmodi
lapsus et quidem ab ea parte, qua erumpunt.
1 15. 'Fulgores', inquis, 'quomodo fiunt, quos Graeci
σέλα appellant?' multis, ut aiunt, modis: potest illos
ventorum vis edere, potest superioris caeli fervor (nam
cum late fusus sit ignis, inferiora aliquando, si sunt
idonea accendi, corripit); potest stellarum motus cursu
suo excitare ignem et in subiecta transmittere. quid
porro? non potest fieri, ut aër vim igneam usque in
aethera elidat, ex qua fulgor ardorve sit vel stellae
2 similis excursus? ex his fulgoribus quaedam praeceps
eunt similia prosilientibus stellis, quaedam certo loco
permanent et tantum lucis emittunt, ut fugent tenebras
ac diem repraesentent, donec consumpto alimento pri-
mum obscuriora sint, deinde flammae modo, quae in
se cadit, per assiduam *de*minutionem redigantur ad
nihilum. ex his quaedam in nubibus apparent, quae-
dam supra nubes, cum aër spissus ignem, quem pro-
3 pior terris diu paverat, usque in sidera expressit. ho-
rum aliqua non patiuntur moram sed transcurrunt aut
extinguntur subinde, qu*a* reluxerant: haec fulg*ura*
dicuntur, quia brevis illorum facies et caduca est nec
sine iniuria decidens; saepe enim fulminum noxas edi-
derunt. ab his tacta nos dicimus ⟨fulgurata, id est⟩

2 quantum et quam *Ge.*] quantum et **Φ** et quam **Δ** ‖ **3** significant] -cat **Δ** ‖ **4** erumpunt **BCΦ**] erumpit ‖ **6** sela **Φ**] chelas ‖ **7** uis] *supra (?)* uentorum **λ** ‖ **8** sit] *s. l.* **OTZ** ¦ sunt] sint **λ** ‖ **9** accendi] *s. l.* **σ** ‖ **10** quid porro?] *ex* **Φ** *add.* **ε** *ante* ut. *hic* hoc uero **Δ** ‖ **11** uim] in(de) $\mathbf{F^1\lambda}$? ‖ **15** emittunt **AΦ**] enutriunt **Δ** ‖ **16** ac] et **Δ** ‖ **18** deminutionem *Ge.*] dimin. **ΔE^{w}T** remin. **Φ** ¦ ad] in **ΔT**, *cf. Rech diss. p. 40* ‖ **20** propior] prior *Ald.* **E^{w}T** peior **BC** ‖ **21** expr.] pressit **E^{w}O^{1}T** ‖ **22** aliqua] *sc. aliqua morantur (cf. p. 35, 2), aliqua non* ‖ **23** extinguntur] -guuntur **BH** ¦ qua **T**] quam **Φ** quae **Δ** ¦ fulgura *Schultess*] fulgores ‖ **26** tacta n. dic.] tecta uidimus (uidemus **ε**) **Δ** tracta (-tata $\mathbf{H^1}$) n. dic. $\mathbf{F^1H^1}$ acta n. dic. **Z** ¦ fulgurata, i. e. *add. Ge. conl. II 21, 2 et 27, 3*

icta sine fulmine, quae ἀστεροπλήκτα Graeci vocant. at quibus longior mora est et ignis fortior motumque caeli sequens aut etiam proprios cursus agunt, cometas nostri putant, de quibus dictum est. horum genera sunt pogoniae et *cyp*arissiae et lampades et alia omnia, quorum ignis in exitu sparsus est; dubium, an inter hos ponantur trabes et pithiae raro visi, multa enim conglobatione ignium indigent, cum ingens illorum orbis aliquantum matutini amplitudinem solis exuperet. inter haec licet ponas et quod frequenter in historiis legimus caelum ardere visum, cuius nonnumquam tam sublimis ardor est, ut inter sidera ipsa videatur, nonnumquam tam humilis, ut speciem longinqui incendii praebeat. sub Tiberio Caesare cohortes in auxilium Ostiensis coloniae cucurrerunt tamquam conflagrantis, cum caeli ardor fuisset per magnam partem noctis parum lucidus crassi fumidique ignis. de his nemo dubitat, quin habeant flammam, quam ostendunt: certa illis substantia est. de prioribus quaeritur (de arcu dico et coronis), decipiant aciem et mendacio constent an in illis quoque verum sit, quod apparet. nobis non placet in arcu aut corona subesse aliquid corporis certi, sed illam iudicamus speculi esse fallaciam alienum corpus nihil aliud quam mentientis. non est

1 ἀστ. *Lud. Ian*] asperoplecta (-ctra *Δ*) *ΔΦ* aspersopl. **ε0** ‖ 2 est] *post* ignis **Aε0** ‖ 3 etiam] *om. Δ*, qui *add. Fortun., immo subaud., cf. Kühner II 873 sq. Aetna 148* ‖ 4 dictum] *libro VII, cf. Stud. I 67* ‖ 5 pog. . . .] pagonie lamp. et c. *Δ* | cypar. *Fortun.*] citharissiae *εΦ* cithare *δ* ‖ 6 ignis] *om. δ* ‖ 7 phithie **BK0** phitie *ΔJL* | raro uisi] quae raro sunt uise *Δ* ‖ 8 indigent] *om. Δ* | cum ingens] se (con- **Aε**)iungens *Δ* ‖ 9 aliquantum] -to *Δ* ‖ 10 ponas licet *coll. Δ* ‖ 12 ipsa sidera *coll.* **A**(**ε**) ‖ 13 longinqui] humilis *Δ* ‖ 15 Ost. **TZ**] hostiensis ‖ 17 crassi] *fort.* quasi crassi *Ge.* | his] *sc. fulgoribus* ‖ 20 dec.] an decipiant *Δ* ‖ 21 in illis] nullis (*λ*) illis **εE^{w}P** ‖ 22 corona] (in *δ*) coronis *Δ* ‖ 23 sed illam] nihil enim *Δ* | speculi *Larisch*] in speculis *Δ* populis *Φ* | esse f. — 24 mentientis] nisi fallaciam esse nihil aliud quam al. corpus mentientibus *Δ* ‖ 24 est] *om.* **P** *post* enim *vulgo*

enim in speculo quod ostenditur, alioquin non exiret nec alia protinus imagine obduceretur, nec innumera-
8 biles modo interirent modo exciperentur formae. quid ergo? simulacra ista sunt et inanis verorum corporum imitatio, quae ipsa a quibusdam ita compositis, ut hoc possint, detorquentur in pravum. nam, ut dixi, sunt specula, quae faciem prospicientium obliquent, sunt quae in infinitum augeant, ita ut humanum habitum modumque excedant nostrorum corporum.

1 16. Hoc loco volo tibi narrare fabellam, ut intellegas, quam nullum instrumentum irritandae voluptatis libido contemnat et ingeniosa sit ad incitandum furorem suum. Hostius fuit Quadra, obscenitatis in scaenam usque *pro*ductae. hunc divitem avarum, sestertii milies servum, divus Augustus indignum vindicta iudicavit, cum a servis occisus esset, et tantum non pro-
2 nuntiavit iure caesum videri. non erat ille ab uno tantummodo sexu impurus, sed tam virorum quam feminarum avidus [fuit], fecitque specula huius notae, cuius modo rettuli, imagines longe maiores reddentia, in quibus digitus brachii mensuram et crassitudinem excederet. haec autem ita disponebat, ut cum virum ipse pateretur, aversus omnes admissarii sui motus in speculo videret ac deinde falsa magnitudine ipsius
3 membri tamquam vera gaudebat. in omnibus quidem

26 *cf. Iuven. Sat. 1, 41 partes quisque suas ad mensuram inguinis heres. 9, 34 longi mensura incognita nervi.*

1 exiret] *sc. protinus* ‖ **2** nec alia] nisi alia **E**^{v} *man. 1* **λ** ‖ **3** exciperentur] eriperentur **Φ** orerentur *Leo* ‖ **5** qu(a)e **ϑϱZ**] quod **λ** suntque **Δ** | a] *del. Schultess non recte* | compositis] composita **Δ** ‖ **6** possint] possent **ΔP** hoc (*pro* huc) prostent *Schultess* | detorquentur] et detorquere(ntur **ε**) **Δ** ‖ **8** ita] *om.* **Δ** ‖ **13** quadra] quidam **Δ** | scenam] cenam **ELO** ‖ **14** usque in sc. **Δ** | prod. *vulgo*] perducte ‖ **16** tantum] tamen **ΔEλT** ‖ **17** ille] *om.* **Δ** | ab uno] *ante* sexu **Δ** ‖ **19** fuit] *del. Haase,* fututor *Kroll* | huius] eius **Δ** ‖ **21** crass.] longitudinem **Δ** ‖ **23** au.] aduersus **ELPZ** ‖ **24** uid.] ipse uideret **EH**

balneis agebat ille dilectum et aperta mensura legebat viros, sed nihilominus mendaciis quoque insatiabile malum oblectabat: i nunc et dic speculum munditiarum causa repertum. foeda dictu sunt, quae portentum illud ore suo lancinandum dixerit feceritque, cum illi specula ab omni parte opponerentur, ut ipse flagitiorum suorum spectator esset et, quae secreta quoque conscientiam premunt quaeque *et* sibi quisque fecisse se negat, non in os tantum sed in oculos suos ingereret. at hercule scelera conspectum sui reformidant. 4 in perditis quoque et ad omne dedecus expositis tenerrima est oculorum verecundia: ille, quasi parum esset inaudita et incognita pati, oculos suos ad illa advocavit nec quantum peccabat videre contentus, specula sibi per quae flagitia sua divideret disponeretque circumdedit; et quia non tam diligenter intueri poterat, cum caput merserat inguinibusque alienis obhaeserat, opus sibi suum per imagines offerebat. spectabat illam 5 libidinem oris sui, spectabat admissos sibi pariter in omnia viros; nonnumquam inter marem et feminam distributus et toto corpore patientiae expositus spectabat nefanda: quidnam homo impurus reliquit, quod in tenebris faceret? non pertimuit diem, sed illos concubitus portentuosos sibi ipse ostendit sibi ipse appro-

1 balneis] balineis **F**^{1}**H** | dil.] delectum **BC** *vulgo* ‖ **2** sed] si δ ‖ **3** obl.] obdelectabat **J**^{1}**K**^{2}**P** ‖ **5** lancinandum **FHT**] lacin. **PZ** lacerandum Δ lenocin. **E**λ ‖ **6** opp.] (pon. *vel*) apponeretur Δ ‖ **8** consc. premunt] conscientia premuntur Δ | quaeque] et quae Δ et quae alii aeque *Haase* | et sibi *Ge.*] ac sibi Φ accusatus Δ qui facit sibi *Madvig,* tacet ac s. *Rossbach,* sibi *Skutsch* | fecisse se] se *ante* f. **BC** sibi f. λ ‖ **10** hercule **BET**] hercules $\varepsilon\Phi$ me hercules *Pinc. Haase* hercle **A** | sui] suum Δ ‖ **12** ille] autem *add.* Δ ‖ **17** caput merserat] compressus (complexus ε) erat Δ | inguinibus] clunibus Δ ‖ **19** spectabat] spectabatur (speculabatur ε) Δ *ante* illam | pariter] *om.* Δ ‖ **20** uiros] *fort.* nervos *Ge. Kroll* | et f.] ac f. **HKL** ‖ **21** patientiae] patienti^{e} Δ ‖ **23** illos] ipsos Δ

bavit: quem † non putes in ipso habitu pingi voluisse?
6 est aliqua etiam prostitutis modestia et illa corpora
publico obiecta ludibrio aliquid, quo infelix patientia
lateat obtendunt: adeo in quaedam lupanar quoque
verecundum est. at illud monstrum obscenitatem
suam spectaculum fecerat et ea sibi ostentabat, quibus
7 abscondendis nulla satis alta nox est. 'simul', inquit,
'et virum et feminam patior, nihilominus illa quoque
supervacua mihi parte alicuius † contumelia marem
exerceo; omnia membra stupris occupata sunt: oculi
quoque in partem libidinis veniant et testes eius ex-
actoresque sint; etiam ea, quae a conspectu corporis
nostri positio submovit, arte visantur, ne quis me
8 putet nescire, quid faciam. nil egit natura, quod hu-
manae libidini ministeria tam maligna dedit, quod
aliorum animalium concubitus melius instruxit: in-
veniam, quemadmodum morbo meo et imponam et
satisfaciam. quo nequitiam meam, si ad naturae mo-
dum pecco? id genus speculorum circumponam mihi,
9 quod incredibilem magnitudinem imaginum reddat. si
liceret mihi, ad verum ista perducerem: quia non licet,
mendacio pascar. obscenitas mea plus quam capit
videat et patientiam suam ipsa miretur.' facinus in-
dignum! hic fortasse cito et antequam videret occisus
est: ad speculum suum immolandus fuit.

1 17. Derideantur nunc philosophi, quod de speculi
natura disserant, quod inquirant, quid ita facies nostra
nobis et quidem in nos obversa reddatur, quid sibi

1 quem] quid Δ cur *Leo,* eumque *Ge.* quidni *Kroll* (*om.* non) | non] num ϑ | uoluisse pingi *coll.* Δ ‖ 2 corpora] *ante* lud. λ ‖ 3 patientia] patentia λ ‖ 4 in quaedam] quodammodo Δ *num* in vulgando? ‖ 7 alta nox] nox alta **F**λ ‖ 8 illa] *om.* Δ ‖ 9 alicuius] *fort.* alienaque a *Leo,* obtusus ad -am *Ge.* | contumelia (-liei λ**P**) marem] contumeliam maris *Haase* ‖ 12 que] ue Δ ‖ 13 arte uisantur] ante uersentur Δ ‖ 17 imponam] potiar (potior ε) Δ ‖ 20 imaginum] *ante* magn. Δ ‖ 26 philosophi] *sc. Stoici* | quod] qui $\mathbf{E}^2\mathbf{LP}$ ‖ 28 quidem] quid Δ(?)**FL** quod **BC**

rerum natura voluerit, quod, cum vera corpora edidisset, etiam simulacra eorum aspici voluit, quorsus pertinuerit hanc comparare materiam excipiendarum imaginum potentem — non in hoc scilicet, ut ad speculum barbam velleremus aut ut faciem viri poliremus: in nulla re illa luxuriae negotium gessit, sed primum omnium, quia imbecilli oculi ad sustinendum cominus solem ignoraturi erant, formam eius hebetato lumine ostendit. quamvis enim orientem occidentemque eum contemplari liceat, tamen habitum eius ipsum, qui verus est, non rubentis sed candida luce fulgentis nesciremus, nisi in aliquo nobis umore lenior et aspici facilior occurreret. praeterea duorum siderum occursum, quo interpolari dies solet, non videremus nec scire possemus, quid esset, nisi liberius humi solis lunaeque imagines videremus. inventa sunt specula, ut homo ipse se nosset, multa ex hoc consecuturus, primum sui notitiam, deinde ad quaedam consilium: formosus ut vitaret infamiam, deformis ut sciret redimendum esse virtutibus quicquid corpori deesset, iuvenis ut flore aetatis admoneretur illud tempus esse discendi et fortia audendi, senex ut indecora canis deponeret, ut de morte aliquid cogitaret: ad haec rerum natura facultatem nobis dedit nosmet ipsos videndi. fons cuique perlucidus aut leve saxum imaginem reddit:

20 *cf. Iuven. Sat. 4, 2 monstrum nulla virtute redemptum*

1 uoluerit] uoluit Δ | ed.] dedisset Δ**P** ‖ **2** uoluit. quorsus] uoluisset. quorsum Δ ‖ **4** in] ad δ ‖ **5** aut ut faciem] faciemque δ | viri] *sc.* ἡμεῖς οἱ ὄντες ‖ **6** illa] *sc. natura rerum* | gessit *Madvig*] concessit ‖ **9** lum. λϱ] illum lum. Δ**Z** illud lum. ϑ ‖ **10** eum] *om.* Δ**T** ‖ **12** (h)umore] *cf. 12, 1* ‖ **14** interpolari] interpellari *Gronov.* ‖ **15** liberius] *fort.* liberi *Ge.* ‖ **17** consecuturus *Gertz*] consecuntur (ε)**FMOTZ** consequuntur **AgEHJKLP** ‖ **18** primum] primo Δ | sui] *fort.* speciei *Ge. conl. p. 40, 13* | notitiam] munditiam *Joh. Müller conl. p. 37, 3* | ad] et Δ ‖ **23** haec] hoc Δ**T** ‖ **25** leue saxum] l. satum λ levis lacus *Schultess, fort.* aes levatum *Ge. lapidem conl. Plin. 36, 160—163 intell. Rossbach*

nuper me in litore vidi,
cum placidum ventis staret mare.

qualem fuisse cultum putas ad hoc se speculum comentium? aetas illa simplicior et fortuitis contenta nondum in vitium beneficia detorquebat nec inventa
6 naturae in libidinem luxumque rapiebat. primo faciem suam cuique casus ostendit. deinde cum insitus sui mortalibus amor dulcem aspectum formae suae faceret, saepius ea despexere, in quibus effigies suas viderant. postquam deterior populus ipsas subît terras effossurus obruenda, ferrum primum in usu fuit (et id impune homines eruerant, si solum eruissent), tunc deinde alia terrae mala, quorum levitas aliud agentibus speciem suam obtulit, quam hic in poculo ille in aere ad aliquos usus comparato vidit; et mox huic proprie ministerio praeparatus est orbis nondum argenti
7 nitor sed fragilis vilisque materia. tunc quoque, cum antiqui illi viri incondite viverent, satis nitidi, si squalorem opere collectum adverso flumine eluerant, ⟨parva⟩ cura comere capillum fuit ac prominentem barbam depectere, et in hac re sibi quisque, ⟨non alter⟩ alteri in vicem, operam dabat; ⟨ne⟩ coniugum

1 *Verg. Ecl. 2, 25 sq.*

3 se] *ante* spec. ϑϱ *post* speculum Δλ | comentium] comertium λϱ cernentium ε ‖ 5 uitium] uitia Δ | beneficia . . . inuenta] -um *bis* ET ‖ 6 rapiebat] trahebat Δ ‖ 7 suam] *om.* Δ ‖ 9 ea] *sc. litora* | desp.] respexere *Haase* | quibus] prius *add.* Δ ‖ 10 ipsas subit] subiit in ipsas Δ | eff. obr.] se effossurus obruendum Δ ‖ 11 usu] usum EHMP | hom. imp. *coll.* Δ ‖ 12 deinde ε(?)FHλϱ] demum JAEM, *ad* tunc deinde *cf. Hand Turs. II 242 (Leo)* ‖ 13 speciem] *i. e. faciem vel effigiem* ‖ 15 aliquos] alios *Fortun.* | comparato] -ta λ -tam ε | proprie] proprio Δ ‖ 16 argenti nitor sed] argentei nitoris E argenti nitores Z ‖ 17 materia] *i. e. cretae figulinae* ‖ 20 parva *add. Ge.* ‖ 21 quisque sibi *coll.* Δ | non alter *add. Ge.* | alteri] alterius *Gertz* ‖ 22 ne *Haase add.*

quidem manu crinis ille, quem effundere olim mos viris fuit, attrectabatur, sed illum sibi ipsi sine ullo artifice formosi quatiebant, non aliter quam iubam generosa animalia. postea iam rerum potiente luxuria 8
5 specula totis paria corporibus auro argentoque caelata sunt, gemmis deinde adornata; et pluris unum ex his feminae constitit, quam antiquarum dos fuit [non] illa, quae publice dabatur imperatorum pauperum liberis. an tu existimas auro inditum habuisse Scipionis filias
10 speculum, cum illis dos fuisset aes grave? o felix 9 paupertas, quae tanto titulo locum fecit! non *cepisset* illa*m* dotem, si habuissent. at quisquis ille erat, cui soceri loco senatus fuit, intellexit accepisse se dotem, quam fas non esset reddere. iam libertinorum virgun-
15 culis in unum speculum non sufficit illa dos, quam dedit pro † aīo † se. processit enim paulatim in de- 10 terius opibus ipsis invitata luxuria, et incrementum ingens vitia ceperunt, adeoque omnia indiscreta sunt diversissimis artibus, ut quicquid mundus muliebris
20 vocabatur, sarcinae viriles sint: omnes dico, etiam militares. iam speculum ornatus tantum causa adhibetur? nulli non vitio necessarium factum est.

1 manu] manibus Δ | mos] mox λ ‖ **3** quam] *s. l.* λ ‖ **6** pluris] populis **FOP** poculis Δ ‖ **7** non *del. Pinc.* ‖ **8** liberis] filiabus Δ ‖ **9** inditum] inclutum **A** inlitum *Madvig* ‖ **11** non cepissent *Leo*] non fecisset $\Delta\Phi$ non dedisset illis senatus *Madvig* ‖ **12** illam *Leo*] illa Φ illis senatus Δ | erat] fuit Δ ‖ **16** pro animo se Φ] pro se scipio Δ pro Scipione senatus *Itali, Muret.* P. Ro. Scipioni *Scaliger* senatus populi Romani nomine *Madvig,* pro Africano senatus *Leo,* P. Rom. S. C. *Rossbach* senatus proli gloriosae *Schultess* | paul. in det.] molestius paulatim Δ ‖ **17** inuit.] mutata Δ ‖ **19** mundus] mundius **FH**λ ‖ **20** omnes] minus Δ ‖ **21** iam] *fort.* an iam *Ge.* iam spec. non orn. . . adhibetur: *Skutsch*

NATURALIUM QUAESTIONUM
LIBER II QUI FERTUR.

Liber quartus.

De fulminibus et tonitribus.

1 1. Omnis de universo quaestio in caelestia, sublimia, terrena dividitur. prima pars naturam siderum scrutatur et magnitudinem et formam ignium, quibus mundus includitur, solidumne sit caelum ac firmae concretaeque materiae an ex subtili tenuique nexum, agatur an agat, et infra sese sidera habeat an in contextu sui fixa, quemadmodum anni vices servet, solem 2 retro flectat, cetera deinceps his similia. secunda pars tractat inter caelum terramque versantia; haec sunt nubila imbres nives ⟨venti terrae motus fulgura⟩

et humanas motura tonitrua mentes:

quaecumque aër facit patiturve, haec sublimia dicimus, quia editiora imis sunt. tertia illa pars de aquis terris

9—11 *cf. Plin. HN II 102 infra lunam haec sedes . . hinc nubila et tonitrua et alia fulmina, hinc grandines pruinae imbres procellae turbines, hinc plurima mortalium mala et rerum naturae pugna secum.* ‖ **11** *Ov. Met. I 55*

liber secundus *vulgo*] l. sextus **K** *Esc.* **TU**, l. octavus **GHL²**, l. quartus *Ge. cum G. Müller* | de fulminibus et tonitribus *add. Ge. conl. p. 43, 4 et c. 11, 3* ‖ **6** sese] se **Δ Z** ‖ **7** anni] an in **Δ** | solem] an *add.* **Δ** ‖ **9** terram] terras **Φ** | haec **ε**] hic **A C**(**Δ**?)**Φ** hinc **O**, *cf. Plin. H. N. 2, 102; St. I 116* ‖ **10** venti — fulgura] *addidi sec. Lagrangii amicum, alios.* uenti *add. G. Müller, cf. p. 43, 3—7* ‖ **13** quia] quae **Φ** | aquis] agris **Δ**

arbustis satis quaerit et, ut iurisconsultorum verbo utar, de omnibus, quae solo continentur.

'quomodo', inquis, 'de terrarum motu quaestionem eo posuisti loco, quo de tonitribus fulguribusque dicturus es?' quia cum motus spiritu fiat, spiritus autem aër sit agitatus, etiamsi subît terras, non ibi spectandus est: cogitetur in ea sede, in qua illum natura disposuit. dicam, quod magis mirum videbitur: inter caelestia de terra dicendum erit. 'quare?' inquis. quia cum propria terrae ipsius excutimus suo loco, utrum lata sit et inaequalis et enormiter proiecta an tota in formam pilae spectet et in orbem partes suas cogat, alliget aquas an aquis alligetur, ipsa animal sit an iners corpus et sine sensu, plenum quidem spiritus sed alieni, et cetera huiusmodi, quotiens in manus venerint, terram sequentur et in imo collocabuntur: at ubi quaeretur, quis terrae situs sit, qua parte mundi consederit, quomodo adversus sidera caelumque posita sit, haec quaestio cedet superioribus et, ut ita dicam, meliorem condicionem sequetur.

2. Quoniam dixi de partibus, in quas omnis rerum naturae materia dividitur, quaedam in commune dicenda sunt; et hoc primum praesumendum, inter ea corpora, quibus unitas est, aëra esse. quid sit hoc 〈et〉 quare praecipiendum fuerit, scies, si paulo altius repetiero et dixero esse aliquid 〈unum, aliquid〉 con-

4 posuisti] *sc. p. 42, 10, non libro VI* | loco, quo — **5** es] *ad titulum libri relegat Pius Kern meus, ego de praefatione libri IV b cogitaveram.* ‖ **4** tonitribus **AΦ**] tonitruis **Δ T** | fulguribus **HλT**] fulgoribus **ΔEP** ‖ **5** motus] terrae *add.* **Δ** ‖ **6** aer sit] sit aer **Δ** | etiamsi subit] etsi subeat **Δ** | spectandus est] *i. e. examinari debet, cf. Weissenborn de gerundio p. 136* ‖ **8** uidebitur mirum *coll.* **Δ** ‖ **10** ipsius] *om.* **Δ** ‖ **12** cogat] agat **Δ** ‖ **16** sequentur] seq(uu)ntur **Q** | imo] uno **FGJKT** imis **Δ** ‖ **17** sit situs *coll.* **Δ** ‖ **18** cons.] subsederit **Δ** ‖ **19** cedet] cedit **Δ** ‖ **20** sequetur] sequitur **Δ O P** ‖ **23** sunt dic. *coll.* **Δ** ‖ **24** corpora *Koeler*] corpora a **Δ** compar a **Φ** ‖ **25** et *add.* ε *Gertz, cf. p. 45, 5* ‖ **26** aliquid esse *coll.* **Δ** | unum aliquid *add. Ge.*

tinuum, aliquid commissum. et⟨enim commissura est⟩ duorum coniunctorum inter se corporum tactus, continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio, 3 unitas est sine commissura continuatio. numquid dubium est, quin ex his corporibus, quae videmus tractamusque, quae aut sentiuntur aut sentiunt, quaedam sint composita (illa constant aut nexu aut acervatione ⟨aut compactione⟩, ut puta funis frumentum navis), rursus non composita, ut arbor lapis? ergo concedas oportet, ex his quoque, quae sensum quidem effugiunt, ceterum ratione prenduntur, esse in quibusdam uni- 4 tatem corporum. vide, quomodo auribus tuis parcam; expedire me poteram, si philosophorum lingua uti voluissem, ut dicerem unita corpora; hoc cum tibi remittam, tu invicem mihi refer gratiam. 'quare istud?' si quando dixero unum, memineris me non ad numerum referre sed ad naturam corporis nulla ope externa sed unitate sua cohaerentis: ex hac nota corporum aër est.

1—4 *Sen. ep. 102, 6 quaedam continua esse corpora ut hominem; quaedam esse composita ut navem domum omnia denique, quorum diversae partes iunctura in unum coactae sunt; quaedam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tamquam exercitus populus senatus: illi enim, per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura diducti et singuli sunt.*

1 etenim — **2** tactus *Ge.*] et duorum — tactus *ante* numquid *(l. 4)* **Δ Φ**, *ubi* commissura est *add. Bongars.*, continuatio est . . . commissura est . . . unitas est . . . et numq. *coll. Badstübner* ‖ **4** continuatio] cont. et *(cf. l. 1) del. Gertz*, cont. et comm. est *vulgo* ‖ **5** est] *om.* **Δ** ‖ **6** sentiunt] *fort.* sentiri possunt *conl. p. 45, 2* ‖ **7** sint (**H**)**Φ**] sunt **ε Φ** comp. s. *coll.* **F λ** composita, quaedam non comp. *Haase, sed cf. Gertz et Kühner II § 160, 4* | ac. aut compactione *Diels*] aceruatione **Φ** cognatione **Δ** ‖ **8** funis **Δ E** *mg.* **G J²TZ**] finis **Φ** | nauis] *om.* **Δ**, *sed cf. ep. 102, 6* ‖ **9** arbor] *cf. hominem ep. 102, 6* ‖ **10** quidem] *om.* **Δ** ‖ **14** hoc] haec **λ** ‖ **15** refer mihi *coll.* **Δ λ** | quare i. si] quamnam? quaeris. Ut si *Gertz* ‖ **18** sua] sola **λ**

3. Omnia, quae in notitiam nostram cadunt aut 1
cadere possunt, mundus complectitur; ex his quaedam
partes eius sunt, quaedam materiae loco relicta: desi-
derat enim omnis natura materiam sicut ars omnis,
quae manu constat. quid sit hoc, apertius faciam: 2
pars est nostri oculus manus ossa nervi, materia sucus
recentis cibi iturus in partes. rursus quasi pars est
sanguis nostri, quia ⟨pars⟩ et tamen est materia: prae-
parat enim *vit*alia et nihilominus in numero eorum
est, quibus totum corpus efficitur.

4. Sic mundi pars est aër et quidem necessaria. hic 1
est enim, qui caelum terramque conectit, qui ima ac
summa sic separat, ut tamen iungat: separat, quia
medius intervenit; iungit, quia utrique per h*unc* inter
se consensus est: supra se dat, quicquid accepit a
terris, rursus vim siderum in terrena transfundit. ⟨hunc⟩ 2
quasi partem mundi voco ut animalia et arbusta: nam
genus animalium arbustorumque pars universi est, quia
in consummationem totius assumptum, et quia non est
sine hoc universum; unum autem animal et una arbor
quasi pars est, quia quamvis perierit, tamen id, ex
quo perît, totum est. aër autem, ut dicebam, et caelo
et terris cohaeret: utrique innatus est; habet autem
unitatem quicquid alicuius rei nativa pars est: nihil
enim nascitur sine unitate.

5. Terra et pars est mundi et materia. pars quare sit, 1

3 partes eius sunt] sunt partes Δ ‖ **6** est] enim Δ**P** | oculus] *post* nerui Δ | sucus Δ**HT**] succus ‖ **8** quia pars et *Ge.*] qui et Φ et **BCP** *vulgo* qui ε | praep.] parat Δ**P** *fort.* reparat *Ge.* ‖ **9** vitalia *tempt. Ge.*] id (et Δ) alia. idem a. *Larisch* | in numero Δ] numero λ**PZ** *om.* ϑ ‖ **11** aer est *coll.* Δ | et quidem nec. **A**ε] equidem nec. Φ necessaria quidem **BC** qui eidem materia *Schultess, sed cf. l. 17* ‖ **12** conectit **BH**ϱ**Z**] conn. ‖ **13** tamen] *om.* ϑ**T** inde **Z** ‖ **14** hunc *Kroll*] hoc ‖ **16** hunc *add. Ge. sc. mobilem, cf. 6, 1* ‖ **17** quasi Φ quem sic Δ ‖ **19** cons. t. ass.] consummatione uniuersi acceptum Δ ‖ **20** unum] *i. e. singulare, contra 2, 4* ‖ **21** quia] *om.* ϱ | quamuis] si Δ ‖ **22** dicebam] *l. 12* ‖ **24** alicuius rei natiua] alterius nature Δ ‖ **25** sine] *om.* Δ ‖ **26** mundi] *s.* est δ

non puto te interrogaturum, ut † aeque interrogas, quare caelum pars sit: quia scilicet non magis sine hoc quam sine illa universum potest esse. ⟨aliqua terrae materiae loco sunt,⟩ quod cum † his universis est ex quibus*dam*: ex hac alimenta omnibus animalibus omni-
2 bus satis omnibus stellis dividuntur: hinc viritim singulis hinc ipsi mundo tam multa poscenti subministrantur; hinc profertur, quo sustineantur tot sidera tam exercita tam avida per diem noctemque ut in opere ita in pastu. omnium quidem rerum natura, quantum in nutrimentum sui satis sit, apprehendit; mundus autem, quantum in aeternum desiderabat, invasit. pusillum tibi exemplar magnae rei ponam: ova tantum complectuntur umoris, quantum ad effectum animalis exituri sat est.
1 6. Aër continuus terrae est et sic appositus, ut statim ibi futurus sit, unde illa discesserit. pars totius est mundi; sed tamen, quicquid terra in alimentum caelestium misit, recipit, ut scilicet materia, non pars, intellegi debeat: ex hoc omnis inconstantia eius tumul-
2 tusque est. hunc quidam ex distantibus corpusculis ut pulverem struunt plurimumque a vero recedunt. numquam enim nisi contexti per unitatem corporis nisus

22 *sq. cf. Aetnae v. 289 et coniuratis addit concordia vires.*

1 ut] aut *Pinc. vulgo,* nisi *Rossbach,* ut neque i. *Kroll Leo (cf. Dräger II 73), sed deb. etiam* interrogaris *corr. conl. 2, 4 et I 1, 2* | interrogas] -ges Δ *vulgo* -ga *Gertz* ‖ 3 esse.] esse, *vulgo.* materia *add. Michaelis* | al. — 4 sunt] *add. Ge.* ‖ 4 cum his] *fort.* cibus *Ge.* | universis] universum Δ *vulgo* ‖ 5 ex quibusdam: *Ge.*] ex quibus quam **Φ** ex q. id est ex illo et Δ ex q. tamquam *Haase,* ex q. materia est, quia *Madv.* exquiris, quare materia. quia *Schult.* ‖ 6 uiritim] quicquid est uirium Δ uirium **Z** ‖ 7 subministrantur] -atur Δ ‖ 8 tam] quam **λ** | exercita] -tata Δ**Z** ‖ 9 ita] et *add.* Δ ‖ 10 omnium] et omnium Δ ‖ 11 sit] *e consilio naturae* | apprehendit Δ**FJK**] apprendit ‖ 12 exemplar] exemplum Δ$\mathbf{E}^1$ ‖ 15 t. est et] t. et **Φ** *fort.* est et terrae *Ge.* ‖ 16 ibi] sibi **Aε** | illa] ille Δ | est tot. *coll.* Δ ‖ 17 sed] idem *add.* Δ | caelestium] *om.* Δ ‖ 18 recipit] *sc. redditurus, cf. 4, 1 et 8, 4* ‖ 21 struunt] ferunt Δ | que a] *om.* Δ | rec.] discedunt **λ** ‖ 22 nisi] *ante* per Δ | contexti] contexte **Φ** |

est, cum partes consentire ad intentionem debeant et conferre vires; aër autem, si in atomos inciditur, sparsus est; tendi vero disiecta non possunt: intentionem aëris ostendent tibi inflata nec ad ictum cedentia, ostendent pondera per magnum spatium ablata gestante vento; ostendent voces, quae remissae claraeque sunt, prout aër se concitavit. quid enim est vox nisi intentio aëris, ut audiatur, linguae formata percussu? quid cursus et motus omnis? nonne intenti spiritus opera sunt? hic facit vim nervis, velocitatem currentibus; hic cum vehementer concitatus ipse se torsit, arbusta silvasque convolvit et aedificia tota corripiens in altum frangit; hic mare per se languidum et iacens incitat. ad minora veniamus: quis sine intentione spiritus cantus est? cornua et tubae et quae aquarum pressura maiorem sonitum formant, quam qui ore reddi potest, nonne aëris intentione partes suas explicant? consideremus quae ingentem vim per occultum agunt: parvula admodum semina, et quorum exilitas in commissura lapidum locum invenit, in tantum convalescunt, ut ingentia saxa deturbent et monumenta dissolvant; scopulos interim rupesque radices minutissimae ac te-

3—5 *cf. Aetnae v. 324 sq. adstrictus certamine tangitur ictu spiritus involvensque suo sibi pondere vires (ubi 'adfrictus . . tenditur . . pondera nisu' legerim).* ‖ **15—17** *cf. Aetnae vv. 292—299.*

nisus Δ(?)**HLZ**] uisus ‖ **2** atomos] ath. *trad.* | incid.] diuiditur Δ ‖ **3** tendi *Schultess a. 1872*] teneri ‖ **4** ostendent] -dunt **E** $\lambda\varrho$ | inflata] *cf. follis pugilatorius (Skutsch)* | ad ictum] ictu Δ ‖ **5** ostendent] -dunt $\lambda\varrho$ ‖ **6** ostendent Δ**Z**] -dunt | clar(a)e] elate Δ ‖ **10** neru. uel.] et uel. neruis Δ non uis ueloc. λ ‖ **12** que] *om.* λ ‖ **13** altum] alto Φ | iacens] latens λ ‖ **15** quae] aque λ (?) ea qu(a)e Δ | aquarum] aliqua Δ ‖ **16** sonitum] *fort.* sonum *corr. propter clausulam* | formant] reddunt Δ ‖ **17** intent.] intensione δ**T** | partes] *quasi histrionum (ep. 109, 6 adl.) Schultess, immo quasi copias militares.* artes **Z** ‖ **18** quae . . agunt] quam . . agant Δ ‖ **21** deturbent et monum.] detrahant et in momenta Δ ‖ **22** interim] *om.* Δ | radices] in terra *add.* Δ

nuissimae findunt. hoc quid est aliud quam intentio spiritus, sine qua nihil validum et contra quam nihil validum est? esse autem unitatem in aëre vel ex hoc intellegi potest, quod corpora nostra inter se cohaerent: quid enim est aliud, quod tenet illa, quam spiritus? quid est aliud, quo animus noster agitatur? quis est illi motus nisi intentio? quae intentio nisi ex unitate? quae unitas, nisi haec esset in aëre? quid autem aliud producit fruges et segetem imbecillam ac virentes erigit arbores ac distendit in ramos [aut in altum exigit] quam spiritus intentio et unitas?

7. Quidam aëra discerpunt et in particulas diducunt ita, ut illi inane permisceant; argumentum autem existimant non pleni corporis sed multum vacui habentis, quod avibus in illo tam facilis motus, quod maximis minimisque per illum transcursus est. sed falluntur. nam aquarum quoque similis facilitas est, nec de unitate illarum dubium est, quae sic corpora accipiunt, ut semper in contrarium acceptis refluant. hanc nostri circumstantiam, Graeci *ἀντιπερίστασιν* appellant, quae in aëre quoque sicut in aqua fit; circumsistit enim omne corpus, a quo impellitur: nihil ergo opus erit admixto inani. sed haec alias.

8. Esse quaedam in † rerum natura vehementia

1 findunt] fundunt **EJ**^{1}**KT** | quid Δ(**JL**)**QZ**] quidem **B**$^1\Theta(\lambda)$ ‖ 3 in aere unitatem *coll.* **QZ** ‖ 5 est] *s. l.* Δ | quod] quam λ | quod — 6 aliud] *om.* ε ‖ 5 tenet] teneret Φ teneat *Joh. Müller* | illa] ea $\delta(\Delta)$ ‖ 6 quo] quod **BZ** | agitatur *Ge.*] agitetur | est ε] esset Φ *om.* δ ‖ 9 ībecillam] -lem Δ | uirentes] uirentem Φ | erigit] exigit **BOZ**, *cf. nota seq.* ‖ 10 aut in a. exigit (erigit **A**$^2\varepsilon$**EKTZ**) *del. Haase* ‖ 12 discerpunt] discrepunt **FJ** discrepant **A**$^1\varepsilon$**P** dissipant δ | did.] deducunt δ ‖ 15 illo] isto λ | quod] quam λ ‖ 18 illarum Δ**Z**] illorum ‖ 20 *ἀντιπερίστασιν Haase*] anteperistas Φ autem peristasin Δ ‖ 22 ergo] autem Δ ‖ 23 inani *Fortun.*] inanis | haec Δ**EH**] hoc **F**λ**QZ** | alias] *fort. V 2 in animo habuit, cf. St. I 117 sq.* ‖ 24 esse] nunc autem esse Δ | quaedam in r. nat. uehementia] quandam (quondam **B**) in r. nat. uehementiam Δ quaed. in aëris nat. uehementia *Schultess,* quidem intentum aëra uehementis *Ge.*

magnique impetus *nunc sic* colligendum: nihil *sui* intentione vehementius est, tam mehercule quam nihil intendi ab alio poterit, nisi aliquid per semet fuerit intentum (dicimus enim eodem modo non posse quicquam ab alio moveri, nisi aliquid fuerit mobile ex semet); quid autem est, quod magis credatur ex se ipso habere intentionem, quam spiritus? hunc intendi quis negabit, cum viderit iactari terram cum montibus, tecta murosque, magnas cum populis urbes, cum totis maria litoribus?

9. Ostendit intentionem spiritus velocitas eius et diductio: oculi statim per multa milia aciem suam mittunt; vox una totas urbes simul percutit; lumen non paulatim prorepit sed semel universis rebus infunditur. aqua autem quemadmodum sine spiritu posset intendi? numquid dubitas, quin sparsio illa, quae ex fundamentis mediae harenae crescens in summam usque amphitheatri altitudinem pervenit, cum intentione aquae fiat? atqui nec manus nec ullum aliud tormentum aquam potest mittere aut agere quam spi-

19 *et p. 50,* **6** *cf. Aetnae v. 208 sq. nec corporis ulli sustentata cadunt robustis viribus.*

1 que] *om.* Δ | nunc sic *Fickert*] non sit (sic **ET**) Φ est Δ non negatur; nunc *Madv.* non est hic *Schult.* nunc *respicit ad cap. 6* | sui *Ge.*] nisi Φ enim non Δ, *potes* nisi i. vehemens est *scr.* ‖ **2** tam] et tamen Δ | mehercule] mehercle **HP** in hercule λ mehercules **Z** | quam — **3** alio] per aliud nihil intendi Δ | al. per s.] aliquod per s. **FOP** per semet ipsum aliquid (al. *om.* ε) Δ ‖ **5** mob.] immobile δ ‖ **6** semet] ipso *add.* Δ | credatur ex se] creditur ex semet Δ ‖ **9** que] et *add.* Δ | cum] *om.* λ | populis] plures *s. l. add.* **A**ε ‖ **12** oculi . . . **13** mittunt] oculus . . . intendit Δ | simul] *s.* totas δ ‖ **14** uniuersis] in uniu. λ ‖ **15** sine sp. quemadm. *coll.* Δ ‖ **16** numquid] ni quid ϑ**Z** ni(si) quod λ**P** ni **T** ‖ **17** summam] summum (*om.* altitudinem) **ET** ‖ **18** usque] *om.* Δ | -theatri] -teatri λ**P**Z^1 ‖ **19** nec m.] non m. λ *fort.* sic nec m. *Ge., nisi* altius *vel* adeo *pro* aliud *scr.* | manus] magis Δ ‖ **20** potest] poterit δ poterat ε

ritus: huic se commodat, hoc attollitur inserto et cogente, contra naturam suam multa conatur et ascen-
3 dit, nata defluere. quid? navigia sarcina depressa parum ostendunt non aquam sibi resistere, quo minus mergantur, sed spiritum? aqua enim cederet nec posset pondera sustinere, nisi ipsa sustineretur. discus ex loco superiore in piscinam missus non descendit sed
4 resilit: quemadmodum, nisi spiritu referiente? vox autem qua ratione per parietum munimenta transmittitur, nisi quod solido quoque aër inest, qui sonum extrinsecus missum et accipit et remittit? scilicet spiritu non aperta tantum intendens sed etiam abdita et inclusa, quod illi facere expeditum est, quia nusquam divisus est sed per illa ipsa, quibus separari videtur, coit secum. interponas licet muros et mediam altitudinem montium: per omnia ista prohibetur nobis esse pervius, non sibi. id enim intercluditur tantum, per quod illum nos sequi possumus: ipse quidem per ipsum transit, quo scinditur, et media non circumfundit tantum et utrimque cingit sed permeat.

1 10. Ab aethere lucidissimo aër in terram usque diffusus est, agilior quidem tenuiorque et altior terris nec minus aquis, ceterum aethere spissior graviorque, frigidus per se et obscurus. lumen illi calorque aliunde sunt, sed non per omne spatium sui similis est:
2 mutatur a proximis. summa pars eius siccissima calidissimaque et ob hoc etiam [per]tenuissima est propter

1 comm.] *sc. aqua.* comodat **HK** comendat Δ | attollitur] *post* cogente Δ(?) ‖ 6 ex] *om.* λ ‖ 8 quemadmodum — 11 remittit] *om.* Δ ‖ 8 refer.] reficiente **EJ**^{1}**K** ‖ 10 quoque aer **E**^{2}λ**TZ**] aer q. ϑ**P** ‖ 12 spiritu] *s. l.* ϱ ‖ 14 diuisus] -sum **EFJLZ** | est] *om.* Δ | illa] ea Δ ‖ 15 interponas] -ponat λ ‖ 19 transit per ipsum *coll.* Δ | quo **ET**] quod | non] *om.* Δ ‖ 20 utrimque] utrique **PZ** *om.* **T** | p. Ab] permeat ab Δ ‖ 22 est **A**Φ] *om.* Δ ‖ 24 aliunde] alimentum Δ ‖ 25 non] *ante* est Δ | sui] *om.* Δ ‖ 26 mutatur] enim *add.* Δ | calidissimaque] *om.* Δ ‖ 27 hoc] haec **FHP** | tenuissima **A**ϑ**TZ**] pert. $\Delta\lambda$**P**, *quod fort. fuit* praetenuissima | est] *post* eius *l. 26 coll.* Δ *om.* **J**^{1}**KP**

viciniam aeternorum ignium et illos tot motus siderum assiduumque caeli circumactum; illa pars ima et vicina terris densa et caliginosa est, quia terrenas exhalationes receptat; media pars temperatior, si summis imisque conferas, quantum ad siccitatem tenuitatemque pertinet, ceterum utraque parte frigidior. nam superiora 3
eius calorem vicinorum siderum sentiunt; inferiora quoque tepent: primum terrarum halitu, qui multum secum calidi affert; deinde quia radii solis replicantur et, quousque redire potuerunt, id duplicato calore benignius fovent; deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus arbustisque ac satis calidus est (nihil enim viveret sine calore); adice nunc ignes, non tantum 4
manifestos et certos sed opertos terris, quorum aliqui eruperunt, innumerabiles in obscuro et condito flagrant semper. hae tot partes eius fertiles rerum habent quiddam teporis, quoniam quidem sterile frigus est, calor gignit. media ergo pars aëris ab his summota in frigore suo manet: natura enim aëris gelida est.

11. Qui cum sic divisus sit, *ima* sui parte maxime 1
varius et inconstans *ac* mutabilis est: circa terras plu-

15/16 *cf. Aetnae v. 390 sqq. uritur assidue calidus nunc sulphuris umor eqs.*

2 ima] una λ ‖ **3** exhal. **AE**$\Theta\lambda$**Z**^{2}] exal. **B**(ε)**F O** ϱ **Z**^{1} ‖ **4** imis] unis *vel* inus λ ‖ **5** pertinet] -neat Φ ‖ **8** tepent] temperent (-ant **L**) **pLP** | hal. Δ**Z**] alitu ‖ **10** potuerunt] poterunt Δ | calore] aere Δ ‖ **12** que] *om.* λ | est] inest *Ge.* insitus *desiderat Kroll* ‖ **14** manifestos **O**] manufactos | certos] ceteros λ ‖ **15** in obscuro et condito *Ge. sec. Fickert*] et obsc. et c. Φ in absconditо Δ, *qui* et obscuro *add. ante* (**B** *post*) semper, ex obsc. . . *Haase falso* ‖ **16** hae] haec Φ ‖ **17** quiddam] aliquid Δ et *add.* ε | teporis] temporis $\Delta\lambda$**PZ** | quidem] quod **B** | sterile] est *add.* Δ | frigus] frigidus **A** frigidum **B**ε ‖ **18** calor] autem *add.* Δ ‖ **19** gelida] frigida Δ ‖ **20** qui Δ**E**ϱ**Z**] quia **FH**λ | diu. sic *coll.* λ | ima *Muretus*] iam | maxime] maxima Δ**ET** ‖ **21** ac *Ge.*] et Δ sic Φ | mutab. Δ**ET**] mirabilis Φ, *sed cf. p. 52, 4*

rimum audet plurimum patitur, exagitat et exagitatur, nec tamen eodem modo totus afficitur sed aliter alibi
2 et partibus inquietus ac turbidus est. causas autem illi mutationis et inconstantiae alias terra praebet, cuius positiones hoc aut illo versae magna ad aëris tempe- 5
riem momenta sunt, alias siderum cursus, ex quibus soli plurimum imputes: illum sequitur annus, ad illius flexum hiemes aestatesque vertuntur; lunae proximum ius est. sed ceterae quoque stellae non minus terrena quam incumbentem terris spiritum afficiunt et cursu 10
suo occursuve contrario modo frigora modo imbres aliasque terris turbide iniurias movent.

3 Haec necessarium fuit praeloqui dicturo de tonitru fulminibusque ac fulgurationibus. nam cum in aëre fiant, naturam eius explicari oportebat, quo facilius 15
appareret, quid facere aut pati posset.

1 12. Tria sunt, quae accidunt: fulgurationes, fulmina, tonitrua quae una facta serius audiuntur. fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit; illa (ut ita dicam) comminatio est et conatio sine ictu, ista iaculatio cum 20
2 ictu. quaedam sunt, de quibus inter omnes convenit, quaedam in quibus diversae sententiae sunt. convenit de illis, omnia ista in nubibus et e nubibus fieri, etiam-

1 *cf. Aetnae v. 168 sq. angustis opus est turbanti faucibus, illo fervet opus, densique premit premiturque . .*

3 et] ac Δ | partibus] quibusdam constans et quietus, alii *add. Skutsch* | est ac turb. *coll.* Aε | causas ΔEL^{2}Z] causa Φ causam T ‖ 4 illi] illius Δ | et inconstantiae] *om.* Δ | praebet] probat Δ ‖ 5 hoc] huc *vulgo scr.* aut hoc aut i. ET ‖ 9 sed] sed et Δ ‖ 10 cursu E^2] cultu Φ ortu Δ *fort.* raptu *vel* circumactu *Ge.* ‖ 11 occursuue] occasuue ΔE^2 ‖ 12 terris] terrarum Δ, *del. Leo,* tempestatis (*et* -dae) *Kroll* | turbide] turbine (*post* iniurias) Δ (?), *del. Haase,* -dae *Fort.;* -do *Leo conl. l. 3,* terri[cur]biles *Ge.* ‖ 13 tonitru f. que ac] tonitruo ac fulminibus et Δ ‖ 14 cum . . 15 fiant] quia . . fiunt Δ | explicari] -re Δ ‖ 16 app. quid] *om.* Aε ‖ 17 sunt] ergo *add.* Δ ‖ 18 t. quae] *fort.* t. que quae *Ge., cf. § 6* | una] ἅμα ‖ 20 ista — 21 ictu] *om.* Φ ‖ 21 sunt] ex his *add.* Δ ‖ 22 quaedam] quidam λ ‖ 23 de] *om.* Δ | et e nubibus — *p. 53, 3* nubibus] *om.* Δ

nunc convenit et fulgurationes et fulminationes aut igneas esse aut ignea specie. ad illa nunc transeamus, 3 in quibus lis est: quidam putant ignem inesse nubibus, quidam ad tempus fieri nec prius esse quam mitti; ne inter illos quidem, qui praeparant ignem, convenit, alius enim illum aliunde colligit. quidam aiunt radios solis introcurrentis recurrentisque et saepius in se relatos ignem excitare; Anaxagoras ait illum ex aethere destillare et ex tanto ardore caeli multa decidere, quae nubes diu inclusa custodiant; Aristoteles multo ante 4 ignem colligi non putat, sed eodem momento exilire quo fiat. cuius sententia talis est: duae partes mundi in imo iacent, terra et aqua. utraque ex se reddit aliquid: terrenus vapor siccus est et fumo similis, qui ventos fulmina tonitrua facit; aquarum halitus umidus est et in imbres et nives cedit. sed siccus ille terra- 5 rum vapor, unde ventis origo est, cum coacervatus est, coitu nubium vehementer *in* altum eliditur; deinde ut

8 *Anaxag. fr. A 84 Diels p. 321* ‖ 8/9 *Plin. HN 2, 112 in has et ignis superne stellarum decidere* ‖ 10 — *p. 54, 13 Arist. Meteor. I 3, p. 340 b 19—29. II 4, p. 360 a 12/13. II 9 p. 369 a 24 — 33. 35 — b 1* ‖ 15/16 *Plin. HN 2, 111 existere imbris ventosque, quoniam umidam a terra, alias vero propter vaporem fumidam exhalari caliginem certum est.*

4 quidam ad tempus] quidem *Δ* ‖ 5 ne] nec *Δ*(?) si **B** | qui praeparant] quae properent *δ* quod properant *ε*, *οἱ προυπάρχειν ἀξιοῦντες*, *cf. servant p. 54, 15* ‖ 6 i. aliunde] illum (*s. l.*) a lumine *Δ* | quidam] *velut Theophr. de igne 73* | aiunt] autem *Δλ om.* **B** ‖ 7 introc.] incurrentis *δ* **PZ** intorrentes **ET** inter[currentisque re]currentis *ε* | et] *om. Δ* ‖ 8 excitare] dicunt *add. δ* dicit *add. ε* | ait] vero ait *Δ* ‖ 9 dest. *Kroll Skutsch*] distillare ‖ 10 custodiant *ε***Z**] custodiunt *Φ* custodiat *δ* | aristoteles **AZ**] aristotiles *ut semper* ‖ 12 mundi] *om. Δ* ‖ 13 imo] uno **FHJ**^{1}**O***Q*(**Z**?) ‖ 15 f. tonitrua] f. tonitruaque **ET** f. et tonitrua **Bc**(*Δ*) tonitrua et f. **A***ε* | halitus **AB**] alitus *plerique* ‖ 16 et nives] *om. Δ* | cedit **Ag***Φ*] redit, cecidit, decidit, cadit *ceteri* ‖ 17 cum] quia *Δ* ‖ 18 coitu] cohitu *λ* cum coitu *Δ* | in altum *Kroll*] alterum *Φ* a latere *Δ* impactarum **ET** | ut latius] ubi latius **ET** vi latus *Gron.*, ut lacessitus *Leo*, *fort.* ut datum ius *Ge.* violentius *Kroll*, a latere *Skutsch*

† latius nubes proximas feriet. haec plaga cum sono incutitur, qualis in nostris ignibus redditur, cum flamma vitio lignorum virentium crepat; et illic spiritus habens aliquid umidi secum conglobatusque rumpitur flamma eodem modo〈. demum〉 spiritus ille, quem paulo ante exprimi collisis nubibus dixi, impactus aliis nec rumpi
6 nec exilire silentio potest. dissimilis autem crepitus fit ob dissimilitudinem nubium, quarum aliae maiorem sinum habent aliae minorem. ceterum illa vis expressi spiritus ignis est, qui fulgurationis nomen habet, levi impetu accensus et vanus. ante autem videmus fulgorem quam sonum audimus, quia oculorum velocior sensus est et multum aures antecedit.'

1 13. Falsam opinionem esse eorum, qui ignem in nubibus servant, per multa colligi potest. si de caelo cadit, quomodo non cottidie fit, cum tantundem semper illic ardeat? deinde nullam rationem reddiderunt, quare ignis, quem natura sursum vocat, defluat; alia enim condicio nostrorum ignium est, ex quibus favillae cadunt, quae ponderis aliquid secum habent: ita non
2 descendit ignis sed praecipitatur et deducitur. huic simile nihil accidit in illo igne purissimo, in quo nihil est, quod deprimatur; aut si ulla pars eius exciderit, in periculo totus est, quia totum potest excidere, quod

1 feriet] feriat Δ**F** ferit **E** fecit **T** ‖ **3** uirentium ε(?)**FT**] urentium | crepat] *ante* u(i)rentium **AF**λ ‖ **4** s. congl.] secus c. λ secum globatusque Δ secum cum globatus **ET** est *add.* **E** | flamma: *vulgo* ‖ **5** eodem] autem *add.* λ | demum *add. Ge.* ‖ **6** nubibus ΘQ] ignibus $\Delta\lambda$ ‖ **7** nec exilire] *om.* Φ ‖ **8** dissimilitudinem] dissimilem impactionem Δ | quarum] quare? ΔQ**Z** | sinum] sonum **c**T sonitum Δ ‖ **10** fulgurationis] a fulgurationibus Δ ‖ **11** uanus] evanidus *Kroll* ‖ **12** audimus] audiamus Δ ‖ **13** sensus] *s. l.* Δ ‖ **14** op. esse] autem esse (esse *om.* ε) op. Δ | eorum] *cf. cap. 12, 3* ‖ **16** cott. **BF**] cotidie | semper illic **A**Φ] s. *aut* i. *s. l.* $\Delta\lambda$(**Z**) ‖ **17** redd.] inde (deinde $\mathbf{F}^1$) redd. **EF**λ ‖ **20** aliquid secum **A**Φ] a. *aut* s. *s. l.* Δ(**OP**) ‖ **21** ded.] did. Δ**EJ**^{2} ‖ **22** accidit] accidet Φ | illo] *om.* Δ ‖ **23** depr.] deprimat *Kroll, fort.* deprimatur aut 〈deprimat〉. si *Ge. conl. p. 55, 6 et 11* | exciderit] deciderit Δ ‖ **24** est] *cf. Kühner II 97*

potest carpi. deinde illud, quod cadere levitas prohibet, ... illud, *quod* in abdito tenet grave, quomodo illic esse potuit, unde caderet? 'quid ergo? non aliqui ignes 3 in inferiora ferri solent, sicut haec ipsa, de quibus quaerimus, fulmina?' fateor. non eunt tamen sed feruntur: aliqua illos potentia deprimit, quae non est in aethere. nihil enim illic iniuria cogitur, nihil rumpitur, nihil praeter solitum evenit: ordo rerum est, et ex- 4 purgatus ignis in custodia mundi summa sortitus oras operis pulcherrimi circumit: hinc descendere non potest sed ne ab externo quidem deprimi, quia in aethere nulli incerto corpori locus est, certa et ordinata non pugnant.

14. 'Vos', inquit, 'dicitis, cum causas stellarum trans- 1 volantium redditis, posse aliquas aëris partes ad se trahere ignem ex locis superioribus [ardore] et sic accendi'. sed plurimum interest, utrum aliquis dicat ignem ex aethere decidere, quod natura non patitur, an dicat ex ignea vi calorem in ea, quae subiacent, transilire. non enim illinc ignis cadit, quod non potest fieri, sed hic nascitur. videmus certe apud nos 2

9/10 *cf. Aetnae v. 194 sq. custodiaque ignis illi operi est.*

1 cadere leuitas] cot(t)idie leu. cad. (cot. c. l. **A**) *Δ* ‖ 2 *post* prohibet,] *suppl.* quomodo caderet? *Ge.* | i.] si illud **ε** | quod *Kroll*] suo, *ante* tenet **Bε**(*Δ*) | abdito **εJKT** *Fort. Rossb.*] *i. e. profundo, cf. III 28, 4. 30, 3. V 4, 1. VI 7, 5.* adito **ϑFHL²Z** addito **GL¹OP** | tenet *Ge. Leo*] tenet. *trad.* tenetur *Rossb.* | graue] *gravitas igni inhaerens impuro* ‖ 3 non] num **FλT** ‖ 5 fateor.] fato enim *Δ* | tamen] *om. Δ* ‖ 6 illos] eos **ET** ‖ 7 illic iniuria] in. illic *Δ* ‖ 8 est, et] et *Madv.* est, ut . . circueat (*l. 10*) *Schult.* ‖ 9 summa] τὰ πρῶτα, summas *Δ vulgo* | oras **K**] horas ‖ 10 operis] operas *Δ* | pulcherrimi *Madv.*] pulcherrime | hinc] hic *Φ* | descendere] discedere *Δ* ‖ 11 deprimi **Bp**] exprimi **A** comprimi *Φ* corpori **ε** ‖ 12 certa] certa enim *Δ* ‖ 14 uos] *cf. p. 54, 14* | inquit] inquam *Φ, sed cf. p. 61, 13* ‖ 16 ex locis — 18 ignem] *om. Δ,* ex his locis *eqs.* **ET** *Schult.* ‖ 16 ardore *del. Ge.*] (ex **E**) eo ardore **ET** | sic] *sc. ardore* ‖ 18 decidere] decidentem *Δ* ‖ 19 an dicat] ut liceat *Δ* | subiacent] subiecta sunt *Δ*

late incendio pervagante quasdam insulas, quae diu concaluerunt, ex se concipere flammam: itaque verisimile est etiam in aëre summo *id*, quo*d* ignis rapiendi naturam habet, [aliquid] accendi calore aetheris superpositi. necesse est enim, ut et imus aether habeat aliquid aëri simile et summus aër non sit dissimilis imo aetheri, quia non fit statim in diversum ex diverso transitus: paulatim ista in confinio vim suam miscent ita, ut dubitare possis, [an] aër an hoc iam aether sit.

15. Quidam ex nostris existimant aëra, cum in ignem et aquam mutabilis sit, non detrahere aliunde causas flammarum novas: ipse enim se movendo accendit et, cum densos compactosque nubium sinus dissipat, necessario vastum in tam magnorum corporum diruptione reddit sonum. illa porro nubium difficulter cedentium pugna aliquid confert ad concitandum ignem, sic, quemadmodum ferro ad secandum aliquid manus confert, sed secare ferri est.

16. Quid ergo inter fulgurationem et fulmen interest? dicam. fulguratio est late ignis explicitus, fulmen est coactus ignis et in impetu*m* iactus. solemus duabus manibus inter se iunctis aquam concipere et compressa utrimque palma in modum siponis exprimere; simile quiddam et illic fieri puta: nubium inter se compressarum angustiae medium spiritum eiciunt et hoc ipso

23 *cf. Aetnae v. 328 confluvio veluti siponibus actus exilit.*

1 quae] quam Φ ‖ 3 etiam **B**Φ] *om.* Δ**O**, et **ET** | id, quod *Ge.*] in quo Φ qui Δ | nat. rap. ignis *coll.* Δ | rapiendi] *num* pariendi *?* ‖ 4 aliquid *om.* Φ | superp.] suppositi λ ‖ 5 ut et] et **PZ** *fort. recte conl. p. 58, 18,* ut **B** ‖ 7 imo Δ**Z**] summo Φ ‖ 9 an] *del. Ge.*, an aer *om.* λ | hoc] in hoc *Kroll,* hic *vulgo* ‖ 10 in] *om.* $J^1K^1\varepsilon$ (ignis et aqua ε) ‖ 13 cum ε**HZ**] con- **A**Φ ‖ 17 ferro — manus **A**Φ] *aliter coll.* Δ ‖ 19 quid] quid est Δ | interest] *om.* Δ ‖ 20 ignis late *coll.* δ ‖ 21 in impetum EJ^2T] in (in *om.* Δ) impetu ‖ 22 inter — concipere] aquam accipere (acc. aq. ε) inter se iunctis Δ ‖ 23 siponis] siphonis δ simphonis ε**ET**

inflammant ac tormenti modo emittunt; nam ballistae quoque scorpionesque tela cum sono expellunt.

17. Quidam existimant *igneum* spiritum per frigida atque umida meantem sonum reddere, nam ne ferrum quidem ardens silentio tinguitur sed, si in aquam fervens massa descendit, cum multo murmure extinguitur. ita, ut Anaximenes ait, spiritus incidens nubibus tonitrua edit et, dum luctatur per obstantia atque interscissa vadere, ipsa ignem fuga accendit.

18. Anaximandrus omnia ad spiritum rettulit: 'tonitrua', inquit, 'sunt nubis ictae sonus. quare inaequalia sunt? quia et ipse ictus inaequalis est. quare et sereno tonat? quia tunc quoque per crassum et scissum aëra spiritus prosilit. at quare aliquando non fulgurat et tonat? quia spiritus infirmior non valuit in flammam, in sonum valuit. quid est ergo ipsa fulguratio? aëris diducentis se corruentisque iactatio languidum ignem nec exulturum aperiens. quid est fulmen? acrioris densiorisque spiritus cursus.'

3 *quidam: cf. Archelai fr. A 16 Diels p. 338* ‖ 4—7 *Plin. HN 2, 112 cum vero in nubem perveniunt, vaporem dissonum igni ut candente ferro in aquam demerso* ‖ 7 *Anaximenes: cf. Metrodori fr. A 15 Diels p. 473* ‖ 10 *Anaximandri fr. 23 Diels p. 19* ‖ 18 — *p. 58,* 2 *Amm. Marc. 23, 5, 14 sed esse (fulmen) acrioris spiritus cursum aliqua vi ad inferiora detrusum (l. detrusi).*

1 ballist(a)e **HJ**^{1}**OP**] baliste ‖ 2 scorpionesque] et scorpiones Δ ‖ 3 igneum **Z** *ut ego conieceram*] in eum Φ, eum **ET**, ipsum Δ, istum **B** ‖ 4 meantem] ineuntem Δ**P** ‖ 5 tinguitur δ**J**^{1}**KZ**] tingitur Φ extinguitur **A**^{2}ε ‖ 7 ita ut] ut Φ *del. Haase* ‖ 8 dum] deinde cum Δ | atque] et Δ | interscissa **HTZ**^{2}] intercissa **LOPZ**^{1}, intercisa Δ**E** (-cisam **F**) **JK** ‖ 10 anaximandrus] *def. Köler* ‖ 12 ictus inaequalis est] *om.* Φ ‖ 13 sereno] in sereno δ | quia — 15 tonat] *om.* ε**G** ‖ 13 per crassum] (per **T**) percussum δ**g**^{2}**pT**, per quassum *Gronov.* | et scissum] *om.* δ**p** ‖ 14 pros.] persilit δ ‖ 15 et] at *Haase, sed cf. Gertz ad Sen. de ira I 3, 4.* sed *Skutsch propter clausulam* | sp. — 16 flammam] inf. spiritus qui in fl. non ualuit Δ ‖ 17 did.] deducentis ε, *cf. p. 54, 21* ‖ 18 exult. *Weidner, cf. p. 38, 15; 61, 3*] exiturum

19. Anax*agoras* ait omnia ista sic fieri, ut ex aethere aliqua vis in inferiora descendat: ita ignis impactus nubibus frigidis sonat; at cum illas interscindit, fulget, et minor vis ignium fulgurationes facit, maior fulmina.

1 20. Diogenes Apolloniates ait quaedam tonitrua igne quaedam spiritu fieri: illa ignis facit, quae ipse antecedit et nuntiat; illa spiritus, quae sine splendore
2 crepuerunt. utrumque sine altero effi*cax* esse aliquando concedo, ita tamen, ut non discreta illis potestas sit sed utrumque ab utroque effici possit. quis enim negabit spiritum magno impetu latum, cum effecerit sonum, effecturum et ignem? quis autem non et hoc concedet, aliquando ignem quoque irrumpere posse nubes et non exilire, si plurium acervo nubium, cum paucas perscidisset, oppressus est? ergo et ignis ibit in spiritum perdetque fulgorem, et spiritus dum secat
3 aëra incendet. adice nunc, quod necesse est impetus fulminis et praemittat spiritus agatque ante se et a tergo trahat ventum, cum tam vasto ictu aëra inciderit:

1 *Anaxagoras: fr. A 84 Diels p. 321* ‖ 6 *Diogenes Ap.: fr. A 16 Diels p. 343*

1 Anaxagoras *Opsop.*] anaxandros (-rus ε) *ΔΦ*, anaximandros A^2(ε), Anaxarchus *vel* Archelaus *Köler* ‖ 6 apolloniates *ΔZ*] apollimates ϑLϱ ap(p)ollinares (?) *λ* ‖ 8 et nuntiat] *om. Δ* ‖ 9 efficax *Ge.*] effixa *Φ* fieri et *Δ om.* Z fieri (*om.* esse) ET (*post* aliq. E), *cf. St. I 64* ‖ 11 utrumque] uterque *Δ* ‖ 12 effecerit] efficit *Δ* efficerit *λ* efficiat ET ‖ 13 quis] quisnam *δ* | autem] *om.* A^1ε ‖ 14 concedet] concederet et *λ* concedat *Δ* | irrump.] erumpere *δ* rumpere ε | posse] *ante* quoque *Φ post* quoque A ‖ 15 plurium] plurimarum *Δ* plurimum EJKT ‖ 16 paucas] paucos *δ* | perscid. H] percidisset ‖ 17 et spiritus] et speciem *Δ* et spem P | secat aëra *Madv.*] secata infra *ΦΔ*, se rapit infra *Haase cl. ep. 40, 7* ‖ 18 est] est ut *Δ*, *cf. p. 56, 5* ‖ 19 agatque] et agat *Δ* ‖ 20 tam] iam *λ* | incid.] insciderit FH

itaque omnia, antequam feriantur, intremescunt vibrata vento, quem ignis ante se pressit.

21. Dimissis nunc praeceptoribus nostris incipimus 1 per nos moveri et a confessis transimus ad dubia. quid in confesso est? fulmen ignem esse, et aeque fulgurationem, quae nihil aliud est quam flamma, futura fulmen, si plus virium habuisset: non natura ista sed impetu distant. esse illum ignem color ostendit, qui 2 non est nisi ex . . . . . , ostendit effectus: magnorum enim saepe incendiorum causa fulmen fuit, silvae illo concrematae et urbium partes; etiam quae non percussa sunt, tamen adusta cernuntur, quaedam vero veluti fuligine colorantur. quid, quod omnibus fulguratis odor sulphuris est? ergo et utramque rem ignem 3 esse constat et utramque rem inter se meando distare: fulguratio enim est non perlatum usque in terras fulmen, et rursus licet dicas fulmen esse fulgurationem usque in terras perductam. non ad exercendum verba 4 diutius hoc idem pertracto, sed ut cognata esse ista et eiusdem notae ac naturae probem. fulguratio est paene fulmen; vertamus illud: fulmen est plus quiddam quam fulguratio.

1 intremescunt **m**(*ε*)*Φ*] intremiscunt *δ* **GT** ‖ **2** quem] quae *δ* quam $\mathbf{J}^1\mathbf{K}$ | pressit] praemisit **ET** ‖ **3** incipimus] incipiamus *δ*(*Δ*?) ‖ **4** a] e *δ om. ε* ‖ **5** in confesso] enim confessi (-ssum **B**) *Δ* in confessio (-ssis **E**) **EZ** | et] *om. Φ* ‖ **6** nihil] nil (*Φ*) ‖ **8** illum] *intell. illud sc. fulmen* | color *ϑϱ*] calor *Δλ*, color ictorum *Joh. Müller* | qui non est] qui si non esset *Δ om.* **B** ‖ **9** nisi ex . . . . *Φ* (*lacunam praebent* **FH**)] *om. Δ* nisi ex eo quod $\mathbf{EJ}^2\mathbf{T}$ nisi ex eo **G** *ut Madv.* n. ex igne **Z** *ut Günther coni.*, n. ex aequo ortu *Schult.* n. ex isto *Skutsch*, n. extremo calori *Ge. nunc* ‖ **10** illo] uero *λ* ‖ **11** concr.] crematae *Δ* ‖ **13** ueluti] uelut *Δ* | fulguratis] fulguritis *Fort.* ‖ **14** sulphuris est *Φ*] sulfuris est *λ* sulphuris inest **ET** sulphureus est *Δ* | ignem] igneam *Haase*, *sed cf. p. 60, 1* ‖ **15** meando inter se *coll.* **A***Φ* ‖ **18** exercendum] -da *Madv.* ‖ **19** hoc idem] haec *Δ* | ista cognata (congrua *ε*) esse *coll. Δ* ‖ **21** illud **BCEF***λϱ*] istud *ε***HZ** | quiddam plus *coll. Δ***T**

1 22. Quoniam constat utramque rem ignem esse, videamus, quemadmodum ignis fieri soleat apud nos: eadem enim ratione et supra fiet. ⟨fit⟩ duobus modis, uno, si excitatur ⟨ictu⟩ sicut e lapide, altero, si attritu invenitur, sicut cum duo ligna inter se diutius *fricta* sunt (non omnis hoc tibi materia praestabit sed idonea eliciendis ignibus, sicut laurus hederae et alia in hunc 2 usum nota pastoribus): potest ergo fieri, ut nubes quoque ignem eodem modo vel percussae reddant vel attritae. videamus, quantis procellae viribus ruant, quanto vertantur impetu turbines: id quod obvium fuit, dissipatur et rapitur et longe a loco suo proicitur. 3 quid ergo mirum, si tanta vis ⟨ignem⟩ excutit vel aliunde vel sibi? vides enim, quantum fervorem sensura *sint* corpora horum transitu trita. *nec* hoc tantum in his debet credi *accidere*, quorum ingens in confesso potentia est,

3—10 *Plin. HN 2, 113 posse et attritu, dum in praeceps feratur, illum quisquis est spiritum accendi; posse et conflictu nubium elidi, ut duorum lapidum, scintillantibus fulgetris* ‖ **6** *cf. Aetnae v. 389 vernacula . . materia appositumque igni genus utile.*

1 ignem] igneam **EJ²T** | esse] *ante* ignem **AO** *ante* utramque **ε** ‖ **3** fiet. fit *Ge.*] fiet. **Φ** fit. **Δ**, fit. fit autem *Casauboni codex* ‖ **4** ictu *add. Ge. cf. Theophr. de igne 1* | e **FHGLZ**] e(st) **δλP** ex **ε** *om.* **EJ²T** | lapide] percusso *add.* **ET** ‖ **5** fricta **Z** *Cuiacii cod.*] stricta **δΦ** trita **ε** ‖ **7** laurus] taurus **δ** | hederae] edere **AO** h(er)red(er)e **mB** ‖ **10** uideamus] uidemus **g²** *fort. recte corr., cf. uides l. 14* ‖ **11** id quod] in quod **JK** in quo **Z** id in quod (quo **ε**) tormentum **Δ**, *fort.* ideo quod *Ge.* ‖ **12** fuit] fit *Kroll* ‖ **13** ignem *add.* **EJ**(**J²**?)**T**, *cf. p. 61, 8* ‖ **15** sint *Gron.*] sunt | corpora] *sc. caelestia, cf. l. 16* | horum] *turbinum, immo* aliorum *sc. corporum Ge.* | trita] uita exanimata **Δ** | nec hoc **OZ** *ut Madvig*] ne hoc **Φ** Nihil tamen **Δ** non hoc *Haase* ‖ **16** debet] debere **Φ** | accidere *Madv.*] ac (ac in ui **Δ**) siderum | in confesso] et confessa **Δ** et in -o *Rossb.* ‖ **17** est, sed *Madv.*] est. Sed *vulgo*

23. sed fortasse nubes quoque in nubes incitatae 1
fremente vento et leviter urgente ignem evocabunt,
qui explendescat nec exiliat: minore enim vi ad ful-
gurandum opus est quam ad fulminandum. superio- 2
ribus collegimus, in quantum fervorem quaedam *af*fricta
perducerentur: cum autem aër mutabilis in ignem [his]
maximis viribus, id est suis, cum in ventum conversus
est, atteratur, verisimile est ignem excuti caducum et
cito interiturum, quia non ex solida materia oritur
nec in qua possit consistere; transit itaque tantumque
habet morae, quantum itineris et cursus: sine alimento
proiectus est.

24. 'Quomodo', inquit, 'cum dicatis ignis hanc esse 1
naturam, ut petat superiora, fulmen terram petit? . . .
aut falsum est, quod de *igne* dixistis: est enim illi
aeque sursum iter quam deorsum.' utrumque verum
potest esse. ignis enim natura in verticem surgit et,
si nihil illum prohibet, ascendit (sicut aqua natura
defertur, si tamen aliqua vis accessit, quae illam in
contrarium circumageret, illo intenditur, unde imbre
deiecta est); fulmen autem eadem necessitate, qua ex- 2
cutitur, ⟨deicitur⟩ (id his ignibus accidit quod arbori-

17/18 *Amm. Marc. 23, 5, 14 cum constet flammas suapte natura nullo obstante ad sublimia convolare.*

1 nubes] nubem **E**λ**PT**^{2} ‖ **2** fremente] frementes Φ | leuiter δ**FHPZ**] leniter ε**E**λ**T** ‖ **3** enim] autem **ET** ‖ **4** super.] *sc. p. 60, 14,* libris *add.* Φ ‖ **5** adfricta *Gron.*] adflicta **Z**^{1} astricta $\Delta\vartheta$**T** attrita λ**P** ‖ **6** cum autem] causa λ | ignem — **8** simile est] *om.* λ ‖ **6** his *om.* Δ**E** ‖ **7** i(d est)] *om.* Δ**T** | cum in uentum] in ignem Δ *sed s. l.* ‖ **8** ueri s. est] credibile est et ueri simile Δ | caducum excuti *coll.* Δ ‖ **12** proi.] coniectus Δ | est. Quo] Sed quo *Gertz* ‖ **13** inquit] inquis Δ | ignis hanc **A**Φ] hanc ignis Δ ‖ **14** fulmen] tamen *add.* **A**ε | *lacunam indic. Ge. sic fere explendam:* aut terram non petit ‖ **15** de igne **T** *Pinc. Mur*] deinde ‖ **16** iter] *post* illi δ | quam] atque Δ ‖ **17** natura] non λ ‖ **18** aqua] aque δ ‖ **19** illam] illum **A**^{1}**B** ‖ **22** deicitur *add. Ge.*] decidit **A** *m. rec.* cadit **T** *add. post* autem | id his Φ] in his Δ**EZ**, idem his *Gertz,* ideo *Ge.*

bus, quarum cacumina trahi possunt ita, ut terram spectent; si tenera sunt, etiam ut attingant; sed cum permiseris, in locum suum exilient): itaque non est, quod eum spectes cuiusque rei habitum, qui illi non
3 ex voluntate est: si igni permittes ire quo velit, caelum, id est levissimi cuiusque sedem, repetet; ubi est aliquid, quod eum feriat et ab impetu suo avertat, id non natura sed servitus *i*ussit.

25. 'Dicis', inquis, 'nubes attritas edere ignem, cum sint umidae, immo udae: quomodo ergo possunt gignere ignem, quem non magis verisimile est ex nube quam ex aqua ⟨nasciturum⟩?'

1 26. [Ex nube nascitur.] Primum in nubibus non aqua est sed aër spissus ad gignendam aquam praeparatus, nondum in illam mutatus sed iam pronus et vergens; non est, quod existimes eam [tum] colligi tum
2 effundi: simul fit et cadit. deinde si concessero umidam esse nubem conceptis aquis plenam, nihil tamen prohibet ignem ex umido quoque educi, immo ex ipso (quod magis mireris) umore. quidam negaverunt in ignem quicquam posse mutari, priusquam mutatum esset in a*ëra*. potest ergo nubes salva, quam continet, aqua ignem parte aliqua sui reddere, ut saepe
3 alia pars ligni ardet alia sudat. nec hoc dico, non contraria inter se ista esse et alterum altero perimi;

1 trahi — 2 etiam ut] si tenera sunt, ita deorsum trahi possunt, etiam ut (**A**, ut etiam $\mathbf{B}^2$) terram Δ ‖ 3 exilient] *num* resilient*?* ‖ 4 eum **A**Φ] cum Δ**T** | spectes] expectes λ ‖ 5 igni] ignem Δ | permittes] -tteres ϑ**Z** ‖ 6 ubi] ubique **EJ**^{2} ‖ 8 iussit *Schult.*] eius fit ‖ 10 udae] hudae ϱ**Z** | ergo] *om.* **OZ** nubes **ET** ‖ 11 quem] que **J**^{1}**K**(λ) quod **B**(**L**^{1})**O** ‖ 12 ex nube] fieri *add.* **ET** | nasciturum *Ge.*] nascitur $\Delta\Phi$ *l. 13* ‖ 13 Ex nube] generari. Ignis qui Δ quae ex nube nascitur *Madv., immo* ex qua nubes constat *quadraret ad cap. 26, del. Ge.* ‖ 14 spissus Δ**EJ**^{2}**T**] est *add.* Φ | aquam gign. *coll.* δ ‖ 16 tum δ] tunc ε *om.* Φ prius **ET** nunc *Ge.* | tum] t(ame)n λ sed Δ inde **T** ‖ 17 fit] et fit λ ‖ 19 educi] elici *Weidner* ‖ 22 aëra *Ge.*] aquam ‖ 24 nec . . non] Non . . nec λ | inter se non contr. *coll.* δ ‖ 25 ista] *s.* esse Δ

sed ubi valentior ignis quam umor est, vincit, rursus cum copia umoris exuperat, tunc ignis sine effectu est, itaque non ardent virentia: refert ergo, quantum aquae sit, exigua enim non resistet nec vim ignis impediet. quidni? maiorum nostrorum memoria, ut 4 Posidonius tradidit, cum insula in Aegeo mari surgeret, spumabat interdiu mare et fumus ex alto ferebatur: *nox* demum prodebat ignem, non continuum sed ex intervallis emicantem fulminum more, quotiens ardor infernus iacentis super undae pondus evicerat; deinde 5 saxa evoluta rupesque partim illaesae, quas spiritus, antequam *ur*erentur, expulerat, partim exesae et in levitatem pumicis versae, novissime cacumen usti montis emicuit; postea altitudin*i* adiectum, et saxum illud in magnitudinem insulae crevit. idem nostra memoria 6 Valerio Asiatico consule iterum accidit. quorsus haec rettuli? ut appareret nec extinctum ignem mari superfuso, nec impetum eius gravitate ingentis undae prohibitum exire; ducentorum passuum fuisse altitudinem Asclepiodotus auditor Posidonii tradidit, per quam dire*m*ptis aquis ignis emersit. quod si immensa aqua- 7

6 *Posid. p. 82 B.* ‖ **11** *cf. Aetnae v. 200 sq. flagrantes properant moles, volvuntur ab imo fundamenta* ‖ **11—13** *cf. Aetnae v. 183 sqq. hinc scissae rupes . . . pars igni domitae, pars ignes ferre coactae* ‖ **20** *Asclepiodotus: cf. Zeller III 1, 585.*

1 ignis] est ignis λ ‖ **3** est Δ**ET**] *om.* Φ | refert] refer **FH**λ**P**^{2} ‖ **4** enim] uis *add.* Δ | resistet] resistit Δ | nec uim ignis imp. *vulgo*] uim ignis impediet Φ nec ignem impedit Δ ‖ **5** maiorum] auorum Δ ‖ **6** tradidit] tradit **TZ** ‖ **8** nox *Madv.*] nam *trad.* noctu *Haase* | demum] deinde λ ‖ **9** ex] *om.* λ**ET** | fulm.] fluminum δ**Z** ‖ **10** infernus] inferius Δ**E**^{2}**L**^{1}**O** | super unde] superum Δ ‖ **12** urerentur **E**^{2}**P**(?) *Bong.*] u(er)rentur (**P**?) *cod. Memm.* u(er)rerentur Φ uererentur **J**^{1}**K** uerterentur **BZ** uerteretur **A**ε ‖ **13** montis usti *coll.* **F**λ ‖ **14** altitudini *Fort.*] -dine $\Delta\Phi$ -dinem **PZ** ad altitudinem *Rossb.* ‖ **17** rett.] retuli *fere semper* ‖ **20** Possidonii auditor *coll.* Δ ‖ **21** diremptis *Pincianus*] direptis

rum vis flammarum ex imo subeuntem vim non potuit opprimere, quanto minus *includ*ere poterit ignem nubium tenuis umor et roscidus? adeo res ista non affert ullam moram quae contra caus*a* ignium *f*it.

. . . quos non videmus emicare nisi impendente caelo. serenum sine fulmine est: non habet istos metus dies purus, ne nox quidem nisi obscura nubibus. 'quid ergo? non aliquando etiam apparentibus stellis et nocte tranquilla fulgurat?' sed scias licet illic nubes esse, unde splendor effertur, quas videri a nobis terrarum tumor non sinit. adice nunc, quod fieri potest, ut nubes summ*issae* et humiles attritu suo ignem reddant; qui in superiora expressus in parte caeli sincera puraque visitur, sed fit in sordida.

27. Tonitrua distinxere quidam ita, ut dicerent unum esse genus, cuius grave sit murmur, quale terrarum motum antecedit clauso vento et fremente. hoc quomodo videatur illis fieri, dicam: cum spiritum intra se clausere nubes, in concavis partibus earum volutatus aër similem agit mugitibus sonum, raucum et aequalem

1 *cf. Sen. ep. 57, 8 flamma non potest opprimi* ‖ 16 *cf. Aetnae v. 464 et grave sub terra murmur demonstrat et ignis.*

1 subeuntem uim] subeuntium **Z** (*om.* uim), *fort.* -tium uim *Ge.* ‖ 2 includere *Ge.*] in ea edere *Φ* in ea (*om.* **B**) extinguere *Δ* inpedire **ET** *fort. recte,* in aëre extinguere *Fort.* | poterit] *post* ignem **Aε** *ante* edere *s. l.* **λ** ‖ 3 tenuis] tener *Δ* | adeo] ardori *Schult.* ‖ 4 quae *ΔλP*] quod *ϑT Schult.* quia *Rossb. et uterque* sit, ut **Z**, *vel* ut (. . sit) *scr. vel del. Madv.* | causa *Madv.*] causas | fit **E0**] sit ‖ 5 *lacunam agnosco, fort. suppl.* idem de fulgoribus iudicandum est *Ge.* | impendente] impediente **Eλ** ‖ 7 ne] nec *ΔλZ*[1] | quidem] *om.* **λ** ‖ 11 tumor terrarum *coll.* **Fλ** ‖ 12 summissae *Schult.*] summae *trad.,* imae *Gron.* ‖ 13 in sup.] in (*om.* **0**) inferiora **E0** | sinc. puraque caeli *coll. Δ* ‖ 14 uisitur] uisatur *Δ* ‖ 16 sit graue *coll. Δ* ‖ 18 illis] *s. l. Δ* (*ante* uid. **Bε** *post* fieri **A**) | intra **εϑTZ**[2]] inter *δλPZ*[1] ‖ 19 uolutatus] uolutus *Δ*

et continuum, *uti*que ubi etiam umida illa † regio est et exitum claudit; ideo eiusmodi tonitrua venturi praenuntia imbris sunt. aliud genus est acre, quod 3 acerbum magis dixerim, qu*ia* ⟨edit⟩ sonum, qualem audire solemus, cum super caput alicuius dirupta vesica est: talia eduntur tonitrua, cum conglobata nubes dissolvitur et eum, quo distenta fuerat, spiritum emittit. hic proprie fragor dicitur, subitus et vehemens, quo edito concidunt homines et exanimantur, quidam vero vivi stupent et in totum sibi excidunt, quos vocamus attonitos, quorum mentem sonus ille caelestis loco pepulit. hic fieri illo quoque modo potest, ut in- 4 cl*u*sus aër cava nube et motu ipso extenuatus diffundatur: deinde, dum maiorem sibi locum quaerit, a quibus involutus est, sonum patitur. quid autem? non quemadmodum illisae inter se manus plausum edunt, sic illisarum inter se nubium sonus potest esse, magnus, quia magna concurrunt?

6—9 *cf. Plin. HN 2, 113 . . edito fragore, cum erumpat, ut in membrana spiritu intenta.* ‖ **16** *et p. 66, 5 Sen. ep. 56, 1 audio crepitum inlisae manus umeris, quae prout plana pervenit aut concava, ita sonum mutat.*

1 utique **Z**] itaque | ubi] *om.* **E** | hum. i. r. $\vartheta\varrho$**Z**] h. r. i. λ i. r. h. Δ, *fort.* (h)umidum illi a tergo resistens ex. cl. *Ge., terrarum motus post* itaque ubi *desid. Leo* ‖ **2** et] *om.* Δ | eiusm.] huiusm. **E**ϱ ‖ **3** acre] acre acerbum **A**Φ aere Δ acre et ac. *Fort., del. Madv. Leo* ‖ **4** acerbum] crepitum *Erasmus,* acre *Madv.* | magis δ] mage Φ | quia edit *Ge.*] quam $\Delta\Phi$, quam acre *et* sono *Leo* | sonum] sonorum Δ, sonorem *Haupt* | qualem] quale *Rossb. Skutsch conl. p. 64, 16, sed cf. p. 66, 21* ‖ **5** cum Δ**EH**(**J**)**TZ**] ut cum **FG**λ**P** ‖ **6** cum congl.] cum gl. $\varepsilon\lambda$**P** congl. **OZ** ‖ **7** diss. nubes *coll.* Δ ‖ **8** fragor] *ante* proprie λ *om.* Δ ‖ **10** uiui] humi Δ ‖ **12** hic **A**$^1\Phi$] hoc Δ**P** | illo **A**$^1\Phi$] *s.* quoque (**F**)λ hoc δ *om.* ε**P** | inclusus **ET**] incussus $\delta\Phi$ incursus *vel* intrusus ε ‖ **13** motu ipso] motus ipse λ, *fort.* motu ipsius *Ge. conl. V 5, 1* ‖ **14** dum] cum Δ ‖ **16** illis(a)e| illese (ε)**L**^{1}**P** ‖ **17** illisarum] illarum **B**^{1}**P** illesarum ε

28. 'Videmus', inquit, 'nubes impingi montibus nec sonum fieri.' primum omnium non quocumque modo illisae sunt, sonant, sed si apte compositae ad sonum edendum (aversas inter se manus collide: non plaudent, sed palma cum palma collata plausum facit; et plurimum interest, utrum cavae concutiantur an planae et extentae). deinde non tantum ire nubes oportet sed agi magna vi et procellosa. etiamnunc mons non findit nubem sed digerit et primam quamque partem eius solvit. ne vesica quidem quocumque modo spiritum emisit, sonat; si ferro divisa est, sine ullo aurium sensu exit: rumpi illam oportet, ut sonet, non secari. idem de nubibus dico: nisi multo impetu dissiluere, non resonant. adice nunc, quod nubes in montem actae non franguntur sed circumfunduntur et in aliquas partes montis, in arbores ramos frutices aspera saxa et eminentia ita diducuntur, *ut* si quem habent spiritum, multifariam emitt*ant*, qui nisi universus erumpit, non crepat. hoc ut scias, ventus, qui circa arborem finditur, sibilat, non tonat: lato, ut ita dicam, ictu et totum globum semel dissipante opus est, ut sonitus erumpat, qualis auditur, cum tonat.

29. Praeter haec natura aptus est aër ad voces: quidni, cum vox nihil aliud sit quam ictus aër?

1 inquit] inquis **ET** ‖ **3** illisae] impulsae Δ | sonant] tonant Δ | sed] *om.* λ | apte] sunt *add.* Δ ‖ **4** auersas ϑ**T**] aduersas $\mathbf{J^2L^2P}$ aduersus λ**Z** aduerse Δ | collide] collise Δ | plaudent] plaudunt Δ ‖ **7** nubes ire *coll.* **B**ε**0** ‖ **8** etiamnunc] etiam (et **B**) Δ adice nunc quod **ET** ‖ **9** findit] fundit $\mathbf{E^1L^1}$ confundit Δ | digerit] dirigerit $\mathbf{B^1}$ dirigit ε ‖ **11** emisit] *om.* Δ emittit $\mathbf{B^2}$ ‖ **13** dissiluere, non res.] dissolute, non sonant Δ ‖ **14** acte in montem *coll.* λ ‖ **15** et in] in Δ ‖ **16** in arbores Φ] arboris Δ in arboris **Z** *vulgo* | ita diduc. et] et ita c(um)-ducuntur Δ ‖ **17** ut . . **18** emittant *Haase*] et (*om.* Δ) . . emittunt ‖ **17** multifariam] -farium ϑ ‖ **18** nisi] non Δ ‖ **19** uentus $\Delta$$\mathbf{E^2J^2L^2TZ}$] uentos Φ | qui] quae **FGHL**^{1}**0P** | finditur $\vartheta$$\mathbf{L^2Z}$] funditur | sibilat Δ**TZ**] si uiuat *vel* si iuuat Φ ‖ **20** semel] *om.* Δ ‖ **23** aer] *s.* apt. est *add.* Δ ‖ **24** ictus aer] aer ictus est λ

debent ergo nubes utrimque † inseri, et cavae et intentae; vides enim, quanto vocaliora sint vacua quam plena, quanto intenta quam remissa. item tympana et cymbala sonant, quia illa repugnantem ex ulteriore parte spiritum pulsant, haec et ipsa † aera non nisi cavo tinniunt.

30. Quidam, inter quos Asclepiodotus est, iudicant sic: quorumdam quoque corporum concursu tonitrum et fulmina excuti posse. Aetna aliquando multo igne abundavit, ingentem vim harenae urentis effudit; involutus est dies pulvere, populosque subita nox terruit: [illo tempore] aiunt tunc plurima fuisse fulmina et tonitrua, quae concursu aridorum corporum facta sunt, non nubium, quas verisimile est in tanto fervore aëris nullas fuisse. aliquando Cambyses ad Ammonem misit exercitum, quem harena austro mota et more nivis incidens texit, deinde obruit: tunc quoque verisimile est fuisse tonitrum fulminaque attritu

7 *Asclepiodotus: Sudhaus, Aetna p. 61.*
9—12 *cf. Aetnae v. 360 sqq.* *ille impetus ignis et montis partes atra subvectat arena . . . ardentisque simul flammas ac fulmina rumpunt.*

1 utrimque] utique *Moser* | inseri] dissecari *Δ*, in se ferri *Schult.* conseri *Ge.* | et cavae] *num* sed cauae *?* ‖ **2** uoc.] ocalidiora **P** calidiora **ε** ualidiora **B** uerba *add.* **EJ²T** | sint **PZ**] sunt ‖ **3** item] ita *Gron.* intenta *Schult.* | tymp. *Δ***EFT**] ti(m)pana **AΦ** ‖ **4** cymb. **AεE**] cunbala **H** ci(n)bala **BFλϱ** | illa] *sc. tympana* ‖ **5** haec] *sc. cymbala (bina)* | et ipsa **Φ**] et illa **EJ²T** ad ipsum *Δ*, etsi icta *Pincian.* et similia *Kroll* | aera] aere **g²** *vulgo,* aerea *Pinc.,* aëra *del. Leo, exspecto* aëra intra se includentia *Ge.* | non nisi cauo] nisi concauo non *Δ* nisi concaua non *Fortun. fort. recte,* n. n. vacua *Leo* ‖ **8** corporum] *cf. c. 22* | conc.] excursu *Δ* | tonitrum] -truum **AOZ** -trua **ε** ‖ **9** Aetna (**ε**)] ethna ‖ **10** ab. **Z**] habund. ‖ **11** populosque] plerosque **EJ²T** | subita] subdita **EJ²** ‖ **12** illo tempore] *del. Grut.* (*contra* tunc *del. Fort.*) ‖ **15** feruore **AΦ**] ardore *Δ* | cambises *trad.* ‖ **17** et] etiam **Φ** ‖ **18** tonitrum **AΦ**] -truum *Δ***OZ** *vulgo*

3 harenae sese affricantis. non repugnat proposito nostro
ista opinio; diximus enim utriusque naturae corpora
efflare terras et sicci aliquid et umidi in toto aëre
vagari: itaque si quid tale intervenit, nubem fecit
solidiorem et crassiorem, quam si tantum simplici spi-
4 ritu texeretur. illa frangi potest et edere sonum: ista,
quae dixi, sive incendiis vaporantibus aëra repleverunt
sive ventis terras verrentibus, necesse est nubem faciant
ante quam sonum. nubem autem tam arida quam
umida conserunt: est enim, ut diximus, nubes spissi-
tudo aëris crassi.

1 31. Ceterum mira fulminis, si intueri velis, opera
sunt nec quicquam dubii relinquentia, quin divina sit
illi*us* ac subtilis potentia: loculis integris [ac illaesis]
conflatur argentum, manente vagina gladius ipse lique-
scit; et inviolato ligno circa pila ferrum omne destillat,
stat fracto dolio vinum nec ultra triduum ille rigor
2 durat. illud aeque inter adnotanda ponas licet, quod
et hominum et ceterorum animalium, quae icta sunt,
caput spectat ad exitum fulminis, quod omnium per-
cussarum arborum contra fulmina astulae surgunt.
quid quod malarum serpentium et aliorum animalium,
quibus mortifera vis inest, cum fulmine icta sunt,
venenum omne consumitur? 'unde', inquit, 'scis?' in
venenatis corporibus vermis non nascitur: fulmine icta
intra paucos dies verminant.

2 diximus] *sc. cap. 12, 4, cf. V 5, 1; VII 4, 3* ‖ **4** uagari] negari *Δ* ‖ **5** et crass.] crassioremque *Δ* ‖ **6** tex.] intexeretur *δ*(*Δ*) | illa] *nubes crassa* | ista] *corpora efflata* ‖ **8** uerrentibus (*Δ*)**ϑJ**^{2}**L**^{2}**ϱZ**] urentibus **λ** uerentibus **EL**^{1} | faciant **εT**] faciat **A**(*δ*)**Φ** *om.* **B** ‖ **10** conserunt] conferunt **Fλ** efficiunt **ET** | enim] autem *Δ* | diximus] *initio libri IV b nunc deperdito (Allers). cf. St. I 112* ‖ **14** illius *Kroll*] illis . illi *Ge.* | ac subt.] subtilis (que *add. δ*) *Δ* | ac illesis *del. Haase* ‖ **15** ipse] *om. Δ* ‖ **16** dest. *Kroll*] distillat ‖ **17** stat] et *add.* **ET** | rigor ille *coll.* **εFϱ** ‖ **18** adnotanda] -dum **λP** ‖ **21** astule **EλϱZ**] hastul(a)e *Δ***FGHZ** ‖ **22** malarum *δ***HT**] malorum ‖ **23** inest] est *δ***FT** | icta] ista **OPZ**(?) ‖ **26** intra **AΦ**] inter *Δ***EO**

32. Quid quod futura portendunt nec unius tantum 1
aut alterius rei signa dant sed saepe longum fatorum
sequentium ordinem nuntiant? et quidem notis evi-
dentibus longeque clarioribus, quam si scriberentur.
hoc inter nos et Tuscos, quibus summa est fulgurum 2
persequendorum scientia, interest: nos putamus, quia
nubes collisae sunt, fulmina emitti; ipsi existimant
nubes collidi, ut fulmina emittantur (nam cum omnia
ad deum referant, in ea opinione sunt, tamquam non,
quia facta sunt, significent, sed quia significatura sunt,
fiant): eadem tamen ratione fiunt, sive illis significare
propositum sive consequens est. 'quomodo ergo signi- 3
ficant, nisi ideo mittuntur?' quomodo aves non in hoc
motae, ut nobis occurrerent, dextrum auspicium sini-
strumque fecerunt. 'et illas', inquit, 'deus movit.' ni-
mis illum otiosum et pusillae rei ministrum facis, si
aliis somnia aliis exta disponit; ista nihilominus divina 4
ope geruntur, si non a deo pennae avium reguntur
nec pecudum viscera sub ipsa securi formantur: alia
ratione fatorum series explicatur indicia venturi ubi-
que praemittens. ex quibus quaedam nobis familiaria
quaedam ignota sunt: quicquid fit, alicuius rei futurae
signum est, fortuita et sine ratione vaga divinationem
non recipiunt; cuius rei ordo est, etiam praedictio est.
'cur ergo aquilae hic honor datus est, ut magnarum 5
rerum faceret auspicia, aut corvo et paucissimis avibus,
ceterarum sine praesagio vox est?' quia quaedam non-

2 longum] totum Δ ‖ **3** seq.] frequentium **ET** | quidem notis $\mathbf{E}^2$(?)**TZ**] qui ei (eis **JKL**) de totis Φ qui eidem totis **P** quidem decretis Δ ‖ **4** si] *om.* **ET** ‖ **5** hoc] autem *add.* Δ ‖ **7** f. emitti] ideo fulmina emittantur Δ | ipsi] *tuetur Joh. Müller* ‖ **10** significent **T** *Fort.*] -cant ‖ **12** est] *ante* siue c. Δ**E** *om.* **T** | ergo] *om.* **PZ** *bis pos.* **T** ‖ **13** ideo mittuntur] a deo mittantur Δ ‖ **14** ausp. Δ**ET**] hospicium Φ ‖ **15** que] ue Δ ‖ **16** otiosum *vel* ociosum] occisum λ ‖ **18** si non *Ge.*] si Δ sed non Φ etiamsi non *Barthel meus* ‖ **19** securi] secure *Skutsch conl. Apul. et Tert.* ‖ **22** fit] ratione fit **EJT**, *cf. St. I 65* ‖ **26** et] aut $\Delta\mathbf{J}^2$ ‖ **27** cet.] et cet. Δ | quaedam] *om.* Φ, *potest subaudiri τὰ μέν*

dum in artem redacta sunt, quaedam vero ne redigi quidem possunt ob nimium remotam conversationem; ceterum nullum animal est, quod non motu et occursu suo praedicat aliquid: non omnia scilicet sed quaedam
6 notantur. auspicium observantis est: ad eum itaque pertinet, qui in ea direxit animum; ceterum fiunt et illa quae pereunt. quinque stellarum potestates Chal-
7 daeorum observatio excepit: quid? tu tot illa milia siderum iudicas otiosa lucere? quid est porro aliud, quod errorem maximum incutiat peritis natalium, quam quod paucis nos sideribus assignant, cum omnia, quae supra nos sunt, partem nostri sibi vindicent? summissiora forsitan propius in nos vim suam dirigunt et ea, quae frequentius mota aliter nos aliterque pro-
8 spiciunt: ceterum et illa, quae aut immota sunt aut propter velocitatem universo parem immotis similia, non extra ius dominiumque nostri sunt. aliud † aspice et distributis rem *officiis* tractas; non magis autem facile est scire, quid possint, quam dubitare [debet], an possint.

33. Nunc ad fulmina revertamur, quorum ars in haec tria dividitur: quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus. prima

1 ne] nec Δ ‖ 4 suo] *om.* Δ | sed] *om.* Φ ‖ 5 obs. est **A**Φ] est obs. Δ ‖ 6 ea] eo δ eum (ε) illud **Z** | direxit] dixerit ε**T** direxerit **BE**^{2} | fiunt] *om.* Δ ‖ 7 potestates] -tem Δ | chald. (**B**)**FH**] caldeorum *plerique* ‖ 8 illa] *s. l.* ε *om.* **FGOT** ‖ 9 otiosa *vel* ociosa] sine causa Δ ‖ 10 maximum] *ante* err. **F**λ *om.* Δ ‖ 11 quod] *om.* **FGHJ**^{2} ‖ 12 sibi nostri *coll.* **A**(ε)**L** | uind.] uend. Δ**LT** uenditent **E** ‖ 13 propius] proprius **PZ** *fort. recte* ‖ 14 aliterque] aliter (anim- **A**ε) alia Δ ‖ 16 uniuerso] mundo *add.* Δ | i(m)motis] in montis λ ‖ 17 aliud aspice et] altius ars spiret *Haase conl. ep. 95, 10,* alia (*vel* alium) aliud (*sc. sidus*) adspicit et *Madvig,* aliud post aliud (*sc. indicium*) aspice: et *Ge.* ‖ 18 officiis *Faber*] officis. officîs *Rossb. Skutsch* | tractas] tracta **T** *Faber,* tractans *Haase,* tractant *Ruhkopf, Madvig,* tractare videbis *Leo* ‖ 19 dubitare *Ge.*] dubitari debet *fort. ex adnot., potes coni.* dubitare, si dubitari debet (*Ge.*), dubitare [videbis] *Leo* ‖ 21 in haec] nich(il) λ in (haec *om.*) Δ | quemadmodum exploremus] *om.* Φ ‖ 22 exoremus] exploremus Φ

pars ad formulam pertinet, secunda ad divinationem, tertia ad propitiandos deos, quos bono fulmine rogare oportet, malo deprecari: rogare, ut promissa firment, deprecari, ut remittant minas.

34. Summam esse vim fulminis iudicant, quia quic- 1
quid alia portendunt, interventus fulminis tollit, quicquid ab hoc portenditur, fixum est nec alterius ostenti significatione mutatur: quicquid exta quicquid aves minabuntur, secundo fulmine abolebitur; quicquid fulmine denuntiatum est, nec extis nec ave contraria refellitur. in quo mihi falli videntur. 'quare?' quia 2
vero verius nihil est: si aves futura cecinerunt, non potest hoc auspicium fulmine irritum fieri — aut non futura cecinerunt. non enim nunc avem comparo et fulmen sed duo veri signa, quae si verum significant, paria sunt. itaque quae fulminis interventus submovet extorum vel augurii indicia, male inspecta exta male observata auguria sunt. non enim refert, utrius rei species maior sit vel natura potentior: si utraque res veri attulit signa, quantum ad hoc, par est. si 3
dicas flammae maiorem vim esse quam fumi, non mentieris: sed ad indicandum ignem idem valet flamma quod fumus. itaque ⟨si⟩ hoc dicunt 'quotiens aliud exta significabunt aliud fulmina, fulminum erit auctoritas maior', fortasse consentiam. si hoc dicunt 'quam-

2 b. fulmine **E**] bono fulgure Φ bona Δ ‖ **3** malo] mala Δ | rogare — **4** deprecari] *om.* ε ‖ **7** ab] ad **E**$J^2\varrho$ ‖ **8** mutatur] minuitur Δ ‖ **9** ab.] adolebitur ϱ ‖ **11** falli] falsi δ ‖ **12** non] nec **EF**, *quo recepto* scilicet aves *Joh. Müller coni. et* cecinerunt, aut *post* aues *add. Madvig* ‖ **13** aut] si potest *add.* Δ ‖ **15** quae si] quod si λ quasi **P** | uerum] unum Δ ‖ **16** quae $\delta\Phi$] quod ε cum **E** *om.* **P** si *Fort.,* si quae *Ge.* ‖ **17** augurii] augurî *Skutsch,* auguriorum Δ ‖ **18** obseru.] seruata Φ | utrius] que *add.* **mB**^{1}**PZ** ‖ **19** species] *om.* Δ | sit] *post* potentior *coll.* Δ | si] sed Δ**T** | utraque — **20** signa] utra res uim (uisa ε) attulit. signum Δ ‖ **20** par] pars λ**T** ‖ **22** ad ind. ignem] indicandum an in igne Δ ‖ **23** si *add.* **gE** | aliud exta **A**Φ] exta aliud **B**ε**E**H^1 ‖ **25** si] sed Δ**0** | quamuis] quam J^2 quod **E**

vis altera res verum praedixisset, fulminis ictus priora delevit et ad se fidem traxit', falsum est. 'quare?' quia nihil interest, quam multa auspicia sint: fatum unum est; quod si bene primo auspicio intellectum
4 est, secundo non interit. ita dico: non refert, an aliud sit, per quod quidem quaerimus, quoniam de quo quaeritur idem est; fatum fulmine mutari non potest: quidni? nam fulmen ipsum fati pars est.

1 35. 'Quid ergo? expiationes procurationesque quo pertinent, si immutabilia sunt fata?' permitte mihi illam rigidam sectam tueri eorum, qui † excipiunt ista et nihil esse aliud quam aegrae mentis solatia existi-
2 mant. fata *aequa*liter ius suum peragunt nec ulla commoventur prece; non misericordia flecti, non gratia sciunt: cursum irrevocabilem ing*ressa* ex destinato fluunt. quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit nec moratur quidem, quia priorem superveniens praecipitat, sic ordinem fati rerum aeterna series rotat, cuius haec prima lex est, stare decreto.

36. Quid enim intellegis fatum? existimo necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis

17 *cf. Aetnae v. 323 et primos (fluctus) ultimus urget.*

1 res] signa Δ ars *Madv.* | uerum] rerum **Z** | praedixisset] praedixerint (-xerunt ε) Δ praedixit sed **E** ‖ **2** delevit] debent λ ‖ **4** si bene] sibi ne Φ sive **E** | primo ausp.] nec primo ausp. δ nec primum auspicium ε ‖ **5** interit] uicerit **P**, interest **E** intererit *vulgo* ‖ **6** quidem] *om.* Δ**Z** *Madv.* ‖ **7** queritur] querimus Δ**E**J^2**Z** | mutari fulmine *coll.* A^1**B** | non] *om.* A^1**B**$\varepsilon(\Delta)$ ‖ **8** q. nam] *fort.* 'quidni?' dicam: *Ge.* ‖ **11** rig.] frigidam **E**J^2 | excipiunt] exsibilunt *Fromond.*, despiciunt *vel* reiciunt *Madv.*, explodunt *Schult.* extinguunt *Ge.* | ista] istas *intell. Ge.* ista arti *Joh. Müller*, ista vota *Gron.* ‖ **12** aliud esse *coll.* Δ ‖ **13** aequaliter *Ge.*] Aliter *trad.*, irrevocabiliter **E** ‖ **14** flecti *Haase*] flectit ‖ **15** sciunt (*vel* Sciunt)] Servant Δ | ingressa *Haase*] ingesta (*vel* Ingesta) ‖ **17** nec] ne *Gertz* ‖ **18** rerum] *om.* Δ**E**^{1} series aeterna rerum *coll.* **P** ‖ **19** rotat] regit Δ | decr.] de cetero (certo **B**) Δ ‖ **21** omnium] *ante* rerum **F**λ**P** *om.* $A^1$$L^1$

rumpat. hanc si sacrificiis aut capite niveae agnae exorari iudicas, divina non nosti: sapientis quoque viri sententiam negatis posse mutari — quanto magis dei? cum sapiens quid sit optimum in praesentia sciat, illius divinitati omne praesens sit.

37. Agere nunc causam eorum volo, qui procu- 1
randa existimant fulmina et expiationes non dubitant prodesse aliquando ad summovenda pericula, aliquando ad levanda, aliquando ad differenda. quid sit 2
quod sequatur, paulo post persequar: interim hoc habent commune nobiscum, quod nos quoque existimamus vota proficere salva vi ac potestate fatorum. quaedam enim a diis immortalibus ita suspensa relicta sunt, ut in bonum vertant, si admotae diis preces fuerint, si vota suscepta: ita non est hoc contra fatum sed ipsum quoque in fato est. 'aut futurum', inquit, 3
'est aut non: si futurum est, fiet, etiamsi vota non suscipis. si non est futurum, etiamsi susceperis vota, non fiet.' falsa est ista interrogatio, quia illam mediam inter ista exceptionem praeteris: futurum hoc est, sed si vota suscepta fuerint.

38. 'Hoc quoque', inquit, 'ipsum necesse est fato 1
comprehensum sit, ut aut suscipias vota aut non.' puta me tibi manus dare et fateri hoc quoque fato esse comprehensum, ut utique fiant vota: ideo fient. fatum est, ut hic disertus sit, sed si litteras didicerit; 2

1 si] *om.* Δ | aut] et Δ, *fort.* aliis aut *Ge.*, flecti aut *Leo, ceterum cf. IV b 6 sq.* ‖ **2** exorari] exorare λ ‖ **5** sit] est **E** ‖ **6** nunc] tamen *add.* Δ (*ante* n. ε) | causam] *post* uolo Δ | qui] *ante* procur. **B**ε**EZ** *post* procuranda **A**Φ procurandi **EF** ‖ **7** exist.] estimant **F**(λ?) ‖ **8** prodesse Δ**E**] prodest $\vartheta\lambda$**Z** potest **P** ‖ **9** leuanda] leuianda m, lenienda (ε)δ ‖ **10** sequatur Δ**EHZ**] sequitur **F**λ**P** | pers.] prosequar Δ ‖ **15** ita $\Delta\vartheta$**Z**] itaque λ**P** ‖ **16** sed Δ**HL**^{2}**P**] si **E**λ**Z** | in fato quoque *coll.* δ | est inquit *coll.* λ ‖ **17** uota — **18** etiamsi] *om.* ε | **17** non s. — **18** uota] *om.* **E** ‖ **18** etiam si] non *add.* **B** ‖ **19** interrogatio] illatio Δ ‖ **22** inquit] *post* futurum *l.* **20** Δ | ipsum] *om.* ε**F**λ

at eodem fato continetur, ut litteras discat: ideo docendus est. hic dives erit, sed si navigaverit; at in illo fati ordine, quo patrimonium illi grande promittitur, hoc quoque protinus adfatum est, ut etiam naviget: ideo navigabit. idem tibi de expiationibus dico: effugiet pericula, si expiaverit praedictas divinitus minas; at hoc quoque in fato est, ut expiet: ideo expiabit.
3 ista nobis opponi solent, ut probetur nihil voluntati nostrae relictum et omne ius fati faciendi ⟨alii⟩ traditum. cum de ista re agetur, dicam, quemadmodum manente fato aliquid sit in hominis arbitrio: nunc vero id, de quo agitur, explicui, quomodo, si fati certus est ordo, expiationes procurationesque prodigiorum pericula avertant: quia non cum fato pugnant, sed ipsa in lege
4 data sunt. 'quid ergo', inquis, 'aruspex mihi prodest? utique enim expiare mihi etiam non suadente illo necesse est.' hoc prodest, quod fati minister est; sic cum sanitas *deb*eatur fato, debetur et medico, quia ad nos beneficium fati per huius manus venit.

1 39. Genera fulgurum tria esse ait Caecina, consiliarium, auctoritatis et quod status dicitur. consiliarium ante rem fit sed post cogitationem, cum aliquid in animo versantibus aut suadetur fulminis ictu aut dissuadetur. auctoritatis est, ubi post rem factam venit,

20 *Caecina: p. 34 sqq. Zim.* ‖ **21—24** *Amm. Marc. 23, 5, 13 interpretes . . affirmabant fulmen consiliarium esse monstrantes: ita enim appellantur quae dissuadent aliquid fieri vel suadent.*

1 At **Φ**] ab **Δ** atqui **E** | docendus est] discat **δ** discet **ε** ‖ **4** etiam **λP**] et **ϑZ** *om.* **Δ** ‖ **6** diuinitus] diutius **Δ** ‖ **7** est **ΔEJ²**] *om.* **Φ** | expiabit **Δ**] expiat **Φ** ‖ **8** ista] *p. 73, 22/3* ‖ **9** faciendi] fato *Erasmus,* fac. fato *Leo,* alii *add. Ge., nisi* fati ordini *corr. praefers* ‖ **12** id] *om.* **EP** ‖ **13** procurationesque] propitiationesque **Δ** ‖ **14** cum fato non *coll.* **Δ** | ipsa] *pericula, non* ipsae quoque . . datae | in lege] in legem *Ge.* ‖ **15** data] dati **PZ** i. fati lege fiunt **E** ‖ **16** mihi] *om.* **Δ** | non **ΔE**] con- **λPZ** uel cum con- **J¹K** cum **FH** ‖ **18** debeatur **E** *m. rec.*] uideatur **Φ** uid. esse **Δ**, *fort.* uindicetur *Ge.* ‖ **20** fulgurum] fulminum **Bε** ‖ **23** uersantibus] cogitantibus **Δ** ‖ **24** est] *om.* **δ**

quam bono futuram malove significat. status est, ubi 2
quietis, nec agentibus quicquam nec cogitantibus quidem, fulmen intervenit et aut minatur aut promittit aut monet. hoc monitorium vocat, sed nescio, quare non idem sit quod consiliarium: nam et qui monet, consilium dat. sed habeat aliquam distinctionem et 3
ob hoc separetur a consiliario, quia illud suadet dissuadetque, hoc solam evitationem impendentis periculi continet, ut cum timemus ignem, fraudem a proximis, insidias [aut] a servis. etiamnunc tamen aliam distinc- 4
tionem utriusque video: consiliarium est, quod cogitanti factum est, monitorium, quod nihil cogitanti; habet autem utraque res suam proprietatem: suadetur deliberantibus〈, non deliberantes〉 et ultro monentur.

40. Primo omnium non sunt fulminum genera sed 1
significationum. nam fulminum genera sunt illa: quod terebrat, quod discutit, quod urit. quod terebrat subtile est et flammeum, cui per angustissimum fuga est ob sinceram et puram flammae tenuitatem. quod dis- 2
sipat conglobatum est et habet admixtam vim spiritus coacti ac procellosi; itaque illud fulmen per id foramen, quod ingressum est, redit et evadit: huius late sparsa vis rumpit icta, non perforat. tertium illud genus, 3
quod urit, multum terreni habet et igneum magis est quam flammeum; itaque relinquit magnas ignium notas, quae percussis inhaereant. nullum quidem sine igne fulmen venit, sed tamen hoc proprie igneum dicimus,

1 bono f. maloue] bonam f. malamue *Δ* ‖ **2** nec cog.] ne cog. *Madvig* ‖ **3** et] hoc *Δ* ‖ **6** habeat] habet *ΔE* | et ob hoc] ideoque *Δ* ‖ **7** separetur] separatur *ε* ‖ **8** euit. imp. p.] imp. per. uitationem *Δ* ‖ **9** fraudem] aut fraudem *Δ* ‖ **10** aut *del. vulgo*] *ante* insidias *Δ* a *om.* $E^1\lambda$ | tamen] *om.* **AFP** | aliam] et aliam **Z** illam EJ^2 *vulgo* ‖ **11** utriusque] *om.* *ϑ* ‖ **13** res] *om.* *λ* ‖ **14** non deliberantes *add. Ge.* | et] at *Fort. Haupt*, sed *Madv.* | monentur] monetur *Haupt* ‖ **17** terebrat **A***ϑλ*(**P**)**Z**] terrebat P^1 *priore l.* terebat H^1B (*bis*) **O** (*bis*), tenebrat *bis* *ε***F** ⌈ **19** ob] per *ε* ‖ **20** admixtam] commixtam *Δ*

quod manifesta ardoris vestigia imprimit, quod aut
4 urit aut fuscat. tribus modis urit: aut afflat et levi iniuria laedit aut comburit aut accendit. omnia ista urunt sed genere et modo differunt: quodcumque combustum est, utique et ustum est, at quod ustum est, 5
5 non utique combustum est; item quod † accensum est: potest enim illud ipso transitu ignis ussisse. quis nescit uri quidem nec ardere, nihil autem ardere, quod non et uratur? unum hoc adiciam: potest aliquid esse combustum nec accensum, potest accensum 10
6 esse nec combustum. nunc ad id transeo genus fulminis, quo icta fuscantur; hoc aut decolorat aut colorat (utrique distinctionem suam reddam): decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur; coloratur id, cuius alia fit quam fuit facies, tamquam caerulea vel nigra 15 vel pallida.

1 41. Haec adhuc Etruscis philosophisque communia sunt: in illo dissentiunt, quod fulmina a Iove dicunt mitti et tres illi manubias dant. prima, ut aiunt, monet et placata est et ipsius Iovis consilio mittitur. 20 secundam mittit quidem Iupiter sed ex consilii sententia, duodecim enim deos advocat; hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, sed tunc quoque non aliter,
2 quam ut noceat: ne prodest quidem impune. tertiam

1 ardoris] arboris **λ** | uestigia] signa **Δ** | quod] quo *vel* quia *Ge.* | aut urit aut] urit **Δ** ‖ **2** urit:] urit et fuscat **ε** ‖ **5** at] at non omne **Δ** ‖ **6** non] *om.* **Δ** | quod] *add.* gliscit, non utique *et* hoc *l. 7 (ante* quis*) vel* gliscit nec *et dist.* est (potest — ussisse) quis *Ge.* ‖ **7** ussisse **BΘ(J)0Z**] usisse **AmFKLP** ‖ **8** quidem] quod **P** quid *vulgo,* quaedam *quasi ex* **E** *Fickert* | nec a.] nec (non **E**) ardescere **EJ²** ‖ **9** et **BΦ**] *om.* **AεE** ‖ **10** potest — **11** combustum] *om.* **Δ** | nec] quod non sit **Δ** ‖ **17** philosophisque] et philosophis **Δ** ‖ **18** illo] illud **Φ** | fulmina] fulmen **E** | a iove **ΔE**] novem | dicunt] *ante* a iove **Δ** ‖ **19** illi] *om.* **Δ** ‖ **20** ipsius] ipsi **B**(**ε**?) | consilio iovis *coll.* **Δ** ‖ **21** secundam **EZ**] secundum ‖ **22** hoc — **24** noceat] *om.* **Δ** ‖ **23** quoque **EFλZ**] quaeque **P** quando **H** ‖ **24** Ne] nec **E** Que **Δ** | impune] sed non impune **Δ**

manubiam idem Iupiter mittit sed adhibitis in consilium diis, quos superiores et involutos vocant, quia vastat in quae incidit et utique mutat statum privatum et publicum, quem invenit: ignis enim nihil esse quod fuit patitur.

42. In his, prima specie si intueri velis, errat antiquitas. quid enim tam imperitum est quam credere fulmina e nubibus Iovem mittere, columnas, arbores, nonnumquam statuas suas petere, uti impunitis sacrilegis percussoribus incendiariis pecudes innoxias feriat, et adsumi ⟨ad⟩ consilium a Iove deos, quasi in ipso parum consilii sit? illa laeta esse et placata fulmina, quae solus excutiat, perniciosa, quibus mittendis maior turba numinum interfuit? si a me quaeris, quid sentiam, non existimo tam hebetes fuisse, ut crederent Iovem iniquae voluntatis aut certe minus paratum: utrum enim tunc, cum emisit ignes, quibus innoxia capita percuteret, scelerata transiret, noluit iustius mittere an non successit? quid ergo secuti sunt, cum haec dicerent? ad coercendos imperitorum animos sapien-

2 et involutos] *om.* ϑ | vocant] vocat δ | quia] qu(a)e Δ ‖ **3** in que ϑLZ] inique J^1K in qua **0** in quam **P** et Δ | incidit **E**] includit | utique **E**] inique Δ ut que Φ ut quae includit. et ut quae **FH** ‖ **4** quod] quam E^1 quale **E** *m. rec.*, quo statu *Leo* | fuit **E**] sit ‖ **6** in his] *cf. 44, 1 in hoc, om.* **E** | prima specie] primam speciem *Ald., sed cf. Med. 82 si forma velit aspici (Leo)* ‖ **9** st. suas nonnumquam *coll.* **B**(ε) | petere] *fort. add.* idque agere *Ge.* | uti **A**Φ] ut **B**ε ‖ **10** percussoribus incendiariis *Schultess*] percussis ouibus, incensis aris ‖ **11** et] aduocatos **E** | adsumi ad *Ge.*] sumi L^2 *et add.* **Z** ad suum ΔΦ ad consilium suum *coll.* λ, *potes* ad suum cons. accire (adhibere *Rossb.*) deos *coni.* ‖ **12** sit] advocari *add.* Δ | et pl. esse *coll.* Δ ‖ **14** numinum turba *coll.* Δ | interfuit] interfluat Δ | a me q.] quaeris a me Δ me q. Φ ‖ **15** exist.] estimo δ**0** ‖ **16** iniqu(a)e Φ] utique **Z** ut qu(a)e **FP** aut non eque Δ | paratum] *i. e. peritum,* aut icere eminus parum aptum *Schultess* ‖ **17** utrum enim] esse, uerum si Δ | cum] *om.* ΔL^1**0** | ignes] ignem Δ ‖ **18** noluit] aut (an **A**) uoluit Δ ‖ **19** an **A**Φ] aut Δ | haec] hoc Δ

tissimi viri iudicaverunt inevitabilem metum, ut aliquid supra nos timeremus; utile erat in tanta audacia scelerum esse adversus quod nemo sibi satis potens videretur: ad conterrendos itaque eos, quibus innocentia nisi metu non placet, posuerunt supra caput vindicem et quidem armatum.

1 43. Quare ergo id fulmen, quod solus Iupiter mittit, placabile est, perniciosum id, de quo deliberavit et quod aliis quoque diis auctoribus misit? quia Iovem, id est regem, prodesse etiam solum oportet, nocere
2 non nisi compluribus visum est. discant hi, quicumque magnam inter homines adepti sunt potentiam, sine consilio ne fulmen quidem mitti: advocent, considerent multorum sententias, nociturum temperent, hoc sibi proponant, ubi aliquid percuti debet, ne Iovi quidem suum satis esse consilium.

1 44. In hoc quoque tam imperiti non fuerunt, ut Iovem existimarent tela mutare. poeticam istud licentiam decet:

> est aliud levius fulmen, cui dextra Cyclopum
> saevitiae flammaeque minus, minus addidit irae:
> tela secunda vocant superi.

2 illos vero altissimos viros error iste non tenuit, ut existimarent Iovem modo ⟨gravioribus, modo⟩ leviori-

20 *Ov. Met. III 305—307.*

1 metum *Δ* **Z**] motum ***Φ***, inevitabile malum *Madvig* ‖ **4** conterrendos **A P**] conterendos ‖ **5** supra] super *Δ* ‖ **7** ergo id] id solum *Δ* | solus] *om. Δ* ‖ **8** de quo] quod *Δ* ‖ **9** diis] *ante* quoque *λ post* auctoribus **A** ‖ **11** compluribus] cum pl. *λ* **P** ‖ **12** ad. s. p.] potentiam (potestatem **Z**) adepti sunt *Δ* **Z** ad. pot. s. **E** adepti sunt sapientiam ***Φ*** ‖ **14** nociturum] placita *Δ*, nocituri vim *Gertz: immo intell. quicquid nocebit* ‖ **15** hoc] et hoc **A** *ε* | ubi . . debet] ut . . debeat (debet **A**) *Δ* ‖ **16** suum] *om.* (?) ***ϑ*** | consilium] *i. e. consultum, cf. p. 79, 14* ‖ **18** mutare] mittere $\mathbf{E}^2$**F** | istud] illud **L P** ista *Δ* ‖ **19** decet] decent *Δ* ‖ **22** secunda] *om.* **A** *ε* ‖ **24** modo] *om. Δ*, modo gravioribus modo *Fickert, fort. praestat* modo exitialibus (*vel tale quid*) modo

bus fulminibus et lusoriis uti. sed voluerunt admonere eos, quibus adversus peccata hominum fulminandum est, non eodem modo omnia esse percutienda: quaedam stringi debere, quaedam effligi ac distringi, quaedam admoneri.

45. Ne hoc quidem crediderunt, Iovem, qualem in Capitolio et in ceteris aedibus colimus, mittere manu sua fulmina, sed eundem quem nos Iovem intellegunt: rectorem custodemque universi, animum ac spiritum mundi, operis huius dominum et artificem, cui nomen omne convenit; vis illum fatum vocare, non errabis: hic est, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum; vis illum providentiam dicere, recte dices: est enim, cuius consilio huic mundo providetur, ut inoffensus exeat et actus suos explicet; vis illum naturam vocare, non peccabis: hic est, ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu vivimus; vis illum vocare mundum, non falleris: ipse enim est hoc quod vides totum, partibus suis inditus, et se sustinens et sua. idem Etruscis quoque visum est, et ideo fulmina mitti dixerunt a Iove, quia sine illo nihil geritur.

18 *Lucan. Phars. IX 580 Iuppiter est quodcumque vides, quodcumque moveris.*

1 et lusor. fulm. *coll.* **B**ε ‖ 2 hom. fulm.] comminandum Δ ‖ 3 esse] *om.* Δ ‖ 4 stringi] frangi Δ | effligi *Leo*] eligi $\Delta\Phi$ elidi *Curio 1557* | ac] et Δ | distringi **E**(P^2?) *Curio, sc. tormento*] distingui ‖ 5 admoneri] a(m)moueri ε ‖ 6 ne] Nec **FG**λ | Iouem] quidem *add.* ε ‖ 7 colimus] uidimus ε (cmp) uidemus δ**g** ‖ 8 sua] *om.* $\Delta\Theta$**Z** ‖ 9 cust. rectoremque *coll.* ε ‖ 10 mundi op. h.] mundani huius operis Δ ‖ 12 causa causarum] ex quo sunt omnes causae creaturarum Δ ‖ 13 dices] dicis **A**Φ, *fort.* dices: is (*et tum* enim est *coll.*) *Ge.* ‖ 14 inoffensus] inconfusus δ inconcussus ε ‖ 15 exeat] *sc. e chao periculisve* ‖ 18 enim est] est enim δ**PZ** enim **F** | hoc] *om.* Δ | totum] totum, totus Δ ‖ 19 inditus] inclitus λ | et sua] ui sua Δ | Etr.] et tuscis ε | quoque] *om.* Δ ‖ 20 fulmina] *om.* Θ | a Ioue m. dix. *coll.* **B**ε

46. 'At quare Iupiter aut ferienda transit aut innoxia ferit?' in maiorem me quaestionem vocas, cui suus dies suus locus dandus est: interim hoc dico, fulmina non mitti a Iove, sed sic omnia esse disposita, ut etiam quae ab illo non fiunt, tamen sine ratione non fiant, quae illius est. nam etiamsi Iupiter illa nunc non facit, Iupiter fecit ut fierent; singulis non ad*movet* manum, *sed* vim et causam omnibus dedit.

47. Huic illorum divisioni non accedo: aiunt aut perpetua esse fulmina aut finita aut prorogativa. perpetua, quorum significatio in totam pertinet vitam nec unam rem *de*nuntiat sed contextum rerum per omnem deinceps aetatem futurarum complectitur; haec sunt fulmina, quae prima accepto patrimonio et in novo hominis aut *u*rbis statu fi*u*nt. finita ad diem utique respondent. prorogativa sunt, quorum minae differri possunt, averti tollique non possunt.

1 48. Dicam, quid sit, quare huic divisioni non consentiam. nam et quod perpetuum vocant fulmen finitum est (aeque enim ad diem respondens nec ideo minus finitum est, quia multa significat) et quod prorogativum videtur finitum est (nam illorum quoque

1 aut] *om.* **A**ε Iup. aut *om.* **P** ‖ 3 suus locus suus dies *coll.* **A**ε ‖ 4 non] *om.* $\mathbf{E}^1\mathbf{P}$ | esse] *om.* Δ ‖ 5 ut] ut ea Δ ‖ 6 fiant] fiunt **B** $\mathbf{mL}^2\mathbf{O}$ | quae illius] uis eorum (illius *add.* δ) permissio Δ | etiamsi] etsi Δ ‖ 7 Iup. f. ut f.] Iup. non fecit ut non f. Δ ‖ 8 admouet m. *Ge.*] ad omne et (set λ) manum Φ adest sed signum Δ et manum *post* causam *coll.* **E** | sed *Ge.*] et (*om.* **Z**) | causam] curam Δ | omnibus] *post* dedit **A**ε omnibus et uim et c. omnibus λ**P** ‖ 9 aut — 10 finita] autem perp. aut fin. esse fulm. ε | prorogatiua **JLZ**] prorogat(ur ?)a **EGK** prorogura **B** pro(pre-**A**)rogatam **AF** pre(per-**P**)rogatiua **HOP** ‖ 11 uitam pertinet *coll.* Δ ‖ 12 denuntiat **O** *ut Haase*] id enuntiat ‖ 14 prima] primo $\Delta\mathbf{E}^2$ ‖ 15 urbis *Fort.*] orbis | fiunt *Ge.*] fiant | utique] utrique Δ ‖ 16 prorog.] prerog. $\mathbf{AH}^1\mathbf{O}$ progatiua **B** ‖ 20 aeque — 21 minus finitum est] *om.* ϑ ‖ 20 enim **Z**] enim est Φ enim tali Δ | respondens *Ge.*] respondent | minus finitum est] finita non sunt Δ ‖ 21 quia multa significat] *om.* λ quia multum tempus significant Δ | prorog.] prerog. **A**(λ)

confessione certum est, quousque impetretur dilatio; privata enim fulgura negant ultra decimum annum, publica ultra tricesimum posse differri: hoc modo et ista finita sunt, quia ultra quod non prorogentur inclusum est): omnium ergo fulminum et omnis eventus dies stata sit, non potest enim ulla incerti esse comprehensio. quae inspicienda sint in fulgure, passim et vage dicunt, cum possint sic dividere, quemadmodum ab Attalo philosopho, qui se huic disciplinae dederat, divisa sunt: ut inspiciant, ubi factum sit, quando, cui, in qua re, quale, quantum. haec si digerere in partes suas voluero, quid postea faciam? in immensa procedam. 2

49. Nunc nomina fulgurum, quae a Caecina 1 ponuntur, *per*stringam et quid de eis sentiam exponam. ait esse postulatoria, quibus sacrificia intermissa aut non rite facta repetuntur, monitoria, quibus docetur, quid cavendum sit, pestifera, quae mortem exiliumque portendunt, fallacia, quae per speciem alicuius boni nocent (dant consulatum malo futurum gerentibus, et hereditatem, cuius compendium magno luendum sit incommodo), *ost*entanea, quae speciem

9 *Attalus: cf. Pauly-Wissowa II 2, 2179 n. 21* ‖ **14** *Caecina: p. 39 Zim.*

1 confessione] confusione **Aεz** | impetretur] impetratur **Φ** ‖ **4** non] *om.* **ΔP** | prorogentur] -getur **O** -gantur **E** -garentur **Δ** prorogatur *Haase* ‖ **5** ergo] igitur **λ** ‖ **6** dies] *fort. add.* sequitur ut *Ge.* ‖ **7** sint] sunt **∂EH**^{1} ‖ **8** cum p. sic diuidere] et sic passiones eorum debere diuidi **Δ** ‖ **9** attalo] athalo (**A**)**εEF** atholo **Bλ** | dediderat **EFJ0Z**] crediderat **P** dederat **ΔHKL** ‖ **10** inspiciant] -ciantur **Δ** ‖ **11** in qua re] ubi . quare **Fλ** in quarum **P** qua re **EZ** | dig.] degerere **λ** ‖ **12** immensa **ϑJ**^{2}] immensam **λP** immensum **ΔZ** ‖ **15** perstr. *Pincianus*] aperte stringam **ΔΦ** a. distinguam **E** | eis] his **Δ** ‖ **19** portendunt **BZ**] pretendunt ‖ **21** gerent.] gentibus **g**^{2}**E0** ‖ **22** incomodo **A**(**∂**)**H0** *praebent* | ostentanea *Schmeisser 1872 conl.* ostentatorium *Servii ad Verg. Aen. VIII 429*] dentanea

2 periculi sine periculo afferunt, peremptalia, quibus tolluntur priorum fulminum minae, attestata, quae prioribus consentiunt, atterranea, quae incluso †fiunt, obruta, quibus iam prius percussa nec procurata feriuntur. regalia, cum forum tangitur vel comitium vel principalia urbis liberae loca, quorum significatio regnum
3 civitati minatur, inferna, cum e terra exilivit ignis, hospitalia, ⟨iuxta⟩ quae sacrificiis ad nos Iovem arcessunt et, ut verbo eorum molliori utar, invitant (sed non *ira*sceretur invitatus: nunc venire eum magno invitantium periculo affirmant), auxiliaria, quae invocata sed advocantium bono veniunt.

1 50. Quanto simplicior divisio est, qua utebatur Attalus noster, vir egregius, qui Etruscorum disciplinam Graeca subtilitate miscuerat: ex fulminibus quaedam sunt, quae significant id, quod ad nos pertinet, quaedam aut nihil significant aut id, cuius intellectus
2 ad nos non pervenit. ex his, quae significant, quae-

14 *Attalus: cf. p. 81, 9* ‖ **17** *Amm. Marc. 23, 5, 14 contra philosophi candorem ignis sacri repente conspecti nihil significare aiebant.*

1 peremptalia δ**E**(**K**)] peremtalia ε**0** peremitalia **FH**λ**PZ** ‖ **3** atterranea **J**^{1}] adterranea **E** atertanea **H0PZ** attertanea **F** atterrauca **B** attertauca **A** artercanta ε alteranea **K** aterterranea **J**^{2} | incluso] in cluso *vulgo, fort.* inclusa *et* feriunt *Ge.* ‖ **4** nec procurata] *om.* Δ | feriuntur] feruntur λ ‖ **5** cum forum *Haase*] cum eorum Φ quorum vi Δ | uel princ.] aut princ. Φ ‖ **6** significatio] significatione Φ | regnum] regimen λ ‖ **7** minatur Δ] minuatur Φ *Od. Müller, immo i. e.* minitatur | exiliuit] exiluit **FL** exiliunt Δ**0** | ignis **B**^{2}(Φ)] ignes Δ ‖ **8** iuxta *vel* secundum *add. Ge.* | arcessunt] accersunt Δ**E**^{1}**L**^{2} ‖ **9** eorum uerbo (m. e. u. **Am**) *coll.* Δ | sed non **EL**^{1}] se dño (*i. e.* domino) ‖ **10** irasceretur *Ge. cum* **g**] irascentur ε nasceretur **A**Φ *om.* **B** arcesseretur **E** | inuitatus] *om.* **B** imitatus **A** inuitantur (ε) inuitus **Eg** | eum] cum Δ**Z** ‖ **11** inuit. Δ] insultantium Φ inconsult. **0** consult. *Haase*] | inuocata] aduocata Δ ‖ **14** attalus] athalus **BEF**λ atalus **P** ‖ **17** aut n.] autem n. **gEF**(λ) ‖ **18** non] *om.* Δ**E**(λ?)

dam sunt laeta, quaedam adversa, ⟨quaedam mixta⟩, quaedam nec adversa nec laeta. adversorum hae species sunt: aut inevitabilia mala portendunt aut evitabilia aut quae minui possunt aut quae prorogari. laeta aut mansura significant aut caduca. mixta aut partem 3 habent boni partem mali aut mala in bonum [aut] bona in malum vertunt. nec adversa nec laeta sunt, quae aliquam nobis actionem significant, qua nec terreri nec laetari debemus, ut peregrinationem, in qua nec metus quicquam nec spei sit.

51. Revertor ad ea fulmina, quae significant quidem aliquid sed quod ad nos non pertineat: tamquam iterum eodem anno idem [hominum] futurum fulmen, quod factum est. nihil significant fulmina aut id, cuius notitia nos effugit, ut illa, quae in vastum mare sparguntur aut in desertas solitudines: quorum significatio vel nulla est vel perit.

52. Pauca adhuc adiciam ad enarrandam vim ful- 1 minis, quae non eodem modo omnem materiam vexat. valentiora, quia resistunt, vehementius dissipat, cedentia nonnumquam sine iniuria transit; cum lapide ferroque et durissimis quibusque confligit, quia viam necesse est per illa impetu quaerat: itaque facit qua effugiat;

11—13 *cf. Plin. HN 2, 141 in fulgurum quoque interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die praecinat.*

1 quaedam mixta *add. Haase*, quaedam et adversa et laeta *Rossb.* ‖ 5 mansura] bona *add. Gertz* | aut *ante* partem] a *vel om.* λ ‖ 6 boni] aut *add.* Δ| | aut *del. Ge.* ‖ 9 ut] aut Δ**EFJKZ** ‖ 10 nec spei quicquam *coll.* Δ | sit] fit **HKOP** ‖ 11 reuertor ad] *i. e.: me verto ad ea quae restant* ‖ 12 quod] quae λ | pertineat] pertinet **g** *fort. recte* | iterum **g** Φ] uitrum **B** utrum **A** $\varepsilon(\Delta)$ ‖ 13 idem] eidem (*et* homini *cum* $\mathbf{E}^2$ *Haase*) *Gertz,* dieve *Leo* | hominum *om.* Δ | futurum] sit *add.* Δ | fulmen quod Δ] fulmenque Φ, fulmen quoi *Gertz,* f. quo *Leo* ‖ 14 est] sit *Ald.* | fulmina] *om.* **P** *ut Schultess* | aut id] ut id Δ ‖ 15 ut illa] futilia *Schultess,* utique illa *Ge.* ‖ 19 materiam] naturam λ ‖ 23 impetu] *om.* δ | facit] f. viam Δ | qua Δ**E**] quae Φ

at teneris et rarioribus parcit, quamquam flammis oportuna videantur, quia transitu patente minus *saevit*. loculis itaque integris, ut dixi, pecunia, quae in his fuit, conflata reperitur, quia ignis tenuissimus per foramina occulta transcurrit, quicquid autem in tigno
2 solidum invenit et contumax, vincit. non uno autem, ut dixi, modo saevit, sed quid quaeque vis fecerit, ex ipso genere iniuriae intelleges et fulmen opere cognosces. interdum in eadem materia multa diversa eiusdem fulminis vis facit, sicut in arbore quod aridissimum urit, quod durissimum et solidissimum est, terebrat et frangit, summos cortices dissipat, interiores libros [in parte interiori arboris] rumpit ac scindit, folia pertundit ac stringit. vinum gelat, ferrum et aes fundit.

1 53. Illud est mirum, quod vinum fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redît, potum aut exanimat aut dementes facit. quare id accidat quaerenti mihi illud occurrit: inest vis fulmini pestifera; ex hoc aliquem remanere spiritum in eo umore, quem coegit congelavitque, simile veri est; nec enim alligari potuisset,
2 nisi aliquod illi esset additum vinculum. praeterea olei quoque et omnis unguenti taeter post fulmen odor est: ex quo apparet inesse quandam subtilissimo igni et contra naturam acto pestilentem potentiam, qua non

1 at **B**] ac **AΦ** | et rar.] rarioribusque **Δ** ‖ **2** oportuna *plerique codd.* | saevit *Erasmus*] uenit *trad.* obstaculum inuenit **E** *sed cf. l. 7,* urit *Kroll* ‖ **3** ut dixi] *sc. II 31, 1.* ut d. integris *coll.* **Δ** ‖ **4** fuit] fuerat **Bε** | occulta foramina *coll.* **Δ** ‖ **5** autem] et **A**, aedium *Schult.* | tigno] ligno *Gertz* ‖ **6** et] ut **Δ** ‖ **7** ut dixi] *p. 83, 19* | quid] *om.* **Δ** ‖ **8** genere iniuriae] *om.* **Δ** | intelleges *Ge.*] intelligis | cognosces] cognoscis **ΔE** ‖ **9** uis fulminis *coll.* **AεE** ‖ **11** sol. et dur. est (est *om.* **Bε**) *coll.* **Δ** | ter.] tenebrat **B** terebat **ε0** ‖ **12** in — **13** arboris *del. Opsopoeus*] in p. int. *del. Gothofredus* ‖ **13** interiori *Ge.*] interioris | arboris] *om.* **PZ** ‖ **14** uinum] humum **ΔK** | (a)es fundit] effundit **BP** ‖ **17** id] illud **Δ** | accidat] -dit **ε0** ‖ **18** inest] inde est **λ** | fulmini uis *coll.* **δ** ‖ **21** aliquod] aliquid **J¹KP** ‖ **22** olei] olet **Φ** solet **J¹K** | unguenti] ungenti **HLZ** uingn̄ti **P** ‖ **24** pestilentem **ΔλZ**] pestilentam **P** pestilentiam **0** pestis lentam (l. p. **E**) **ϑ** | qua] quo **Δ**

icta tantum cadunt sed et afflata. praeterea quocumque decidit fulmen, ibi odorem esse sulphuris certum est, qui quia natura gravis est, saepius haustus alienat.

Sed ad haec vacui revertemur. fortasse enim libebit 3 ostendere, quam omnia ista a philosophia parente artium fluxerint: illa primum et quaesivit causas rerum et observavit effectus et, quod in fulminis inspectione longe melius est, initiis rerum exitus contulit.

54. Nunc ad opinionem Posidonii revertor. e terra 1 terrenisque omnibus pars umida efflatur, pars sicca et fumida: haec fulminibus alimentum est, illa imbribus. quicquid in aëra sicci fumosique pervenit, id includi se nubibus non fert sed rumpit claudentia: inde est sonus, quem nos tonitrum vocamus. in ipso quo- 2 que aëre quicquid extenuatur, simul siccatur et calefit; hoc quoque si inclusum est, aeque fugam quaerit et cum sono evadit ac modo universum eruptionem facit eoque vehementius intonat, modo per partes et minutatim: ergo tonitrua hic spiritus exprimit, dum aut 3 rumpit nubes aut pervolat, volutatio autem spiritus in nube conclusi valentissimum est atterendi genus. tonitrua nihil aliud sunt quam citi aëris sonitus, qui fieri, nisi dum aut teritur aut rumpitur, non potest.

9 *Posidonii p. 80 sq. B.*

1 tantum icta *coll. A* | cadunt] cadant **E** laedat *Schultess* | et afflata *A*] afflata **ϑJ²L²P**(**Z**) sufflata **λ**, afflata vitientur *Gertz* | quoc.] quodcumque **Aε** ‖ 2 esse] *post* sulph. **δ** *post* est **ε** ‖ 3 natura **AλϱZ**] *om.* **ϑ** ‖ 4 haec **δ0ϱZ**] hoc ‖ 5 quam] quantum *A* | artium] *om. A* ‖ 6 fluxerint *H. J. Müller Symb. I 5*] fluxerunt ‖ 8 est] *om.* **BL0** | initiis **AE**(**J²**)**ϱZ**] unciis **L²** uiciis **Fλ** uitiis **H** initus **B** ‖ 9 Possidonii *trad.*] *cf. Aristotelis doctrina 12, 4—6 fort. a Posidonio tradita* ‖ 11 fumida] remanet *add. AE²* f. remeat *Schult.* ‖ 13 nubibus] *om.* **P** ‖ 14 tonitrum] -truum **Bε0Z** ‖ 15 calefit **EλT**] calfit **FHP** calet *A* ‖ 16 aeque] *om. A* ‖ 17 uniuersum **Z** *ut coni. Zimmermann*] uniuersam (-sa **P**) ‖ 20 uolutatio] uolatio *A* uoluntatio **λ** ‖ 21 ualent.] uehement. *A* ‖ 22 tonitrua] enim *add.* **E** ut puto *add.* **Z** *et in marg.* **L²** | qui fieri *A*] ferri **Φ** at cieri *Ge.* ‖ 23 teritur *Ge. sc.* ἀὴρ πεπληγμένος terit, terit aut rumpit *Leo*

1 55. 'Et*iam*si colliduntur inter se', inquit, 'nubes, fit is quem desideras ictus.' sed non universus, neque enim tota totis concurrunt sed partibus partes; nec sonant mollia, nisi illisa duris sint: itaque non auditur 2 fluctus, nisi impactus est. 'ignis', inquit, 'demissus in aquam sonat, dum extinguitur.' puta ita esse: pro me est; non enim ignis tunc sonum efficit sed spiritus per extinguentia effugiens; ut dem tibi et fieri ignem in 3 nube et extingui: spiritu nascitur et attritu. 'quid ergo?' inquit: 'non potest aliqua ex his transcurrentibus stellis incidere in nubem et extingui?' existimemus posse aliquando et hoc fieri: nunc naturalem causam quaerimus et assiduam, non raram fortuitamque. puta enim me confiteri verum esse, quod dicis, aliquando post tonitrua emicare ignes stellis transversis et cadentibus similes: non ob hoc tonitrua facta sunt, sed cum hoc fieret, tonitrua facta sunt.

4 Clidemos ait fulgurationem [et] speciem inanem esse, non ignem: sic enim per noctem splendorem mot*u* remor*um mic*are. dissimile est exemplum: illic enim splendor intra ipsam aquam apparet; qui fit in aëre, erumpit et exilit.

18 *Clidemi fr. 30, FHG I 365, ex Arist. Meteor. 2, 9*

1 etiamsi *Ge. sec. observationem Haasii*] et si | nubes i. se *coll.* **ε** | inquit] *post* colliduntur **ΔZ** *post* nubes **E** *om.* **AT** ‖ **2** non un. neque] uniu. non **Δ** ‖ **3** tota] totae *Haase, sed cf. p. 59, 8; 72, 11* ‖ **4** sint] sunt **AZ**, *sed cf. Uhl quaest. crit. 46* ‖ **5** est] *om.* **Aε** | demissus **B**] dimissus ‖ **6** puta **ΔE**] putat **Φ** ‖ **7** tunc ignis *coll.* **ΔE** ‖ **9** spir.] e spiritu **ε** ‖ **12** hoc] id **Δ** ‖ **13** fortuitamque] et fortuitam **Δ** ‖ **14** enim] *om.* **ΔT** ‖ **16** sed cum — **17** facta sunt] *om.* **Δ** ‖ **18** Clidemos] Elidemas **λ** Clidonios (-as **ε**) **Δ** | ait — **19** esse] autem fulgurationes ait esse et sp. in. **Δ** ‖ **18** et] *om.* **ET** | inanem] in auem **λ** ‖ **19** enim] igneum *Schult.*, *immo* lunarem *subaudi* ‖ **20** motu *Aldina*] motum **Φ** *om.* **Δ** | remorum micare *Joh. Müller*] remorare **Φ** remorari **Z** memorare **F** rememorare **T** reuocare **E** remorum uideri **Δ**, splendere motum remorum *Kroll*, splendorem motum r. sectari *Ge.* ‖ **21** intra **AΦ**] inter **ΔOT** | qui fit] qui sic **λP** hic quod **Δ**

56. Heraclitus existimat fulgurationem esse velut 1
apud nos incipientium ignium conatum et primam
flammam incertam, modo intereuntem, modo resurgen-
tem: haec antiqui fulgetra dicebant. tonitrua nos plu-
raliter dicimus, antiqui autem tonitrum dixerunt aut
tonum. hoc apud Caecinam invenio, facundum virum
(*qui* habuisset aliquando in eloquentia nomen, nisi illum
Ciceronis umbra pressisset). etiamnunc illo verbo ute- 2
bantur antiqui, quo nos producta una syllaba utimur:
dicimus enim ut splendēre sic fulgēre, at illis ad sig-
nificandum hanc e nubibus subitae lucis eruptionem
mos erat correpta media syllaba uti, ut dicerent fulgĕre.

57. Quid ipse existimem, quaeris (adhuc enim alie- 1
nis opinionibus commodavi manum). dicam. fulgurat,
cum repentinum late lumen emicuit; id evenit, ubi in
ignem aër extenuatis nubibus vertitur nec vires, quibus
longius prosiliret, invenit. non miraris, puto, si aëra 2
aut motus extenuat aut extenuatio incendit: sic liquescit
excussa glans funda et attritu aëris velut igne destillat.
ideo plurima aestate sunt fulmina, qua plurimum calidi
est: facilius autem attritu calidorum ignis existit. eodem 3
autem modo fit fulgur, quod tantum splendet, et ful-

1 *cf. Heracliti A 14 Diels p. 64* ‖ 6 *Caecina: p. 42 Zim.* ‖ 18 *sq. cf. Lucan. b. c. VII 513 et calido liquefactae pondere glandes.*

1 heraclitus] herodotus *Δ* ‖ 2 conatum] conatus *Δ* ‖ 4 tonitrua **AΦ**] -truum ‖ 5 dixerunt] dixerant **FHλ** ‖ 6 hoc] haec **λT** ‖ 7 qui *Muret.*] si *trad.* et qui **ET** | aliquando] *om. Δ* | nisi] et nisi *Δ* ‖ 8 etiamnunc **L²Z**] etiam non, etiamnum *Leo* ‖ 9 quo] correpto, quo *Δ* | sillaba *trad.*] *om. λ* ‖ 10 ut] *om. Q* ‖ 11 subitae] subitam *ante* e nub. *Δ* | luc. erupt. **AΦ**] erupt. luc. *Δ* ‖ 12 corr. — uti] uti media sill. corr. (corr. m. s. **A**) *Δ* ‖ 14 comm.] accommodaui *Δ* ‖ 15 cum] cur *λ* ‖ 16 aer] *om. εϑ* (**FGH**) ‖ 17 prosiliret] prosiliat *Δ* | si] set *λ* ‖ 19 dest. *Ge.*] distillat ‖ 20 (a)estate plurima *coll. Δ* | qua *Haase*] quia | calidi] calida *Δ* ‖ 21 calidorum] calidior *Δ* ‖ 22 fulgur *ϑ*] fulgor | quod] qui *ΔT* | splendet] fulget *Δ*

men, quod mittitur. sed illi levior vis alimentique minus est, et, ut breviter dicam quod sentio, fulmen est fulgur intentum. ergo ubi calidi fumidique natura, emissa terris, in nubes incidit et diu in illarum sinu volutata est, novissime erumpit et, quia vires non
4 habet, splendor est; at ubi illa fulgura plus habuere materiae et maiore impetu arserunt, non apparent tantum sed decidunt. quidam existimant utique fulmen reverti, quidam subsidere, ubi alimenta praegravaverunt et fulmen ictu languidiore delatum est.

1 58. At quare fulmen subitum apparet nec continuatur assiduus ignis? quia celere mirique motus simul et nubes rumpit et aëra incendit, deinde desinit flamma motu quiescente. non enim assiduus est spiritus cursus, ut ignis possit extendi. sed quotiens fortius ipsa iactatione se accendit, fugiendi impetum capit; deinde cum evasit et pugna desinit, ex eadem causa modo usque ad terram profertur modo ante dissolvitur,
2 si minore vi pressus est. quare oblique fertur? quia spiritu constat, spiritus autem obliquus est flexuosusque; et quia natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum premit. incipit autem obliquum esse iter, dum neutra vis alteri cedit et ignis in superiora nititur et in in-
3 feriora deprimitur. quare frequenter cacumina montium feriuntur? quia opposita sunt nubibus et e caelo cadentibus per haec transeundum est.

1 59. Intellego, quid dudum desideres, quid efflagites: 'malo', inquis, 'fulmina non timere quam nosse; itaque

1 mittitur **Δ H**] emittitur **T** mentitur **F λ P Z** intenditur **E** incendit *vulgo* ‖ **2** est minus *coll.* **Δ** ‖ **4** illarum **A ε F T**] illorum **B Φ** ‖ **6** splendor est. at] splendores dat. *Schultess* | illa] *om.* **Δ** ‖ **7** ars.] asserunt **λ** ‖ **9** quidam] quodam **Δ** ‖ **12** celere *Ge.*] celer est δ^2 **λ P** celerum est $A^1(\varepsilon)$ **ϑ L Z** celer ignis undique (*pro* mirique) **E T** ‖ **14** ass. est **Φ**] est ass. **Δ L T** ‖ **17** pugna] pugnare *Kroll* | desinit] desiuit *vulgo* | causa] esse **Δ** ‖ **18** ante] autem **E λ T** *om.* **Δ** ‖ **21** quia **B E (T)**] qui **Φ** quod **A** quum *vel* quam **ε** ‖ **22** iter dum **ϑ T Z**] inter dum **P** interdum dum **λ** interdum autem **Δ** ‖ **26** haec] hoc **F H**

alios doce, quemadmodum fiant: ego mihi metum illorum excuti volo, non naturam indicari.' sequor quo 2
vocas: omnibus enim rebus omnibusque sermonibus
aliquid salutare miscendum est. cum imus per occulta
naturae, cum divina tractamus, vindicandus est a malis
suis animus ac subinde firmandus, quod etiam eruditis
et hoc unum agentibus necessarium est, non ut effugiamus ictus rerum (undique enim in nos tela iaciuntur), sed ut fortiter constanterque patiamur. invicti 3
esse possumus, inconcussi non possumus, quamquam
interim spes subit, inconcussos quoque esse nos posse.
'quemadmodum?' inquis. contemne mortem: et omnia,
quae ad mortem ducunt, contempta sunt, sive illa bella
sunt sive naufragia, seu morsus ferarum seu ruinarum
subito lapsu procidentium pondera. numquid facere 4
amplius possunt, quam ut corpus ab animo resolvant? hoc nulla diligentia evitat, nulla felicitas donat,
nulla potentia evincit. alia varia fors† . . dine disponit:
mors omnes aeque vocat, iratis diis propitiisque moriendum est. animus ex ipsa desperatione sumatur: 5
ignavissima animalia, quae natura ad fugam genuit,
ubi exitus non patet, temptant pugnam corpore imbelli;
nullus perniciosior hostis est quam quem audacem
angustiae faciunt, longeque violentius semper ex ne-

2 non] *om.* H^1 quam Δ | sequor] sequar Δ ‖ **5** tractamus ΔEM^2T] tractauimus Φ ‖ **6** firm.] formandus λ ‖ **8** rerum] *off. Ge.* | in nos tela δT] tela in nos ‖ **11** spes] species $B^1\lambda P$ | esse] *post* nos $F\lambda$ | nos p. — **13** contempta sint *om.* Δ ‖ **12** contempne *trad. ut semper* ‖ **13** c. sunt **ET**] c. sint, contempseris *Leo* | siue] licet Δ ‖ **14** sunt g^2Z *vulgo*] sint *trad. Kroll* ‖ **16** amplius facere *coll.* ΔJK ‖ **17** donat *i. e. condonat*] domat $K(L^1?)$ *Erasmus* ‖ **18** alia **BC** *Haupt*] talia | fors . . dine] fortitudine $A\varepsilon\Phi$ formidine **BCE** fors libidine *Haase,* vario fors ordine *Haupt,* fors ratione *Skutsch vel* varie fortuna *Skutsch Kroll* | disponit] disponuntur Δ ‖ **21** *sqq. de ipsa re cf. IV a 2, 13 sqq., quae Seneca antea conscripserat* ‖ **22** patet ΔET] patent Φ | pugnam *Gron.*] fugam *trad.* pugnant Z | i(m)belli $A\Phi$] imbecilli ‖ **23** perniciosior] pernitior $CmF\lambda$ | audacem] -ces $F\lambda$

cessitate quam ex virtute con*fl*igitur, aut certe paria
6 conantur animus magnus ac perditus. cogitemus nos,
quantum ad mortem, perditos esse: et † sumus. ita
est, Lucili: omnes reservamur ad mortem; totum hunc,
quem vides populum, totum quem usquam cogitas
esse, cito natura revocabit et condet, nec de re sed de
7 die quaeritur: eodem citius tardius veniendum est. quid
ergo? non tibi timidissimus omnium videtur et in-
sipientissimus, qui magno ambitu rogat moram mortis?
nonne contemneres eum, qui inter perituros constitutus
beneficii loco peteret, ut ultimus cervicem praeberet?
8 idem facimus: magno aestimamus mori tardius. in
omnes constitutum est capitale supplicium et quidem
constitutione iustissima [nam], quod maximum solet
esse solacium extrema passuris. quorum enim causa,
sors eadem est; s*i* *duc*eremur traditi a iudice aut magi-
stratu, [et] carnifici nostro praestaremus obsequium: quid
9 interest, utrum ad mortem iussi eamus an nati? o te
dementem et oblitum fragilitatis tuae, si tunc mortem
times, cum tonat! itane? in hoc salus tua vertitur?
vives, si fulmen effugeris? petet te gladius, petet lapis,
petet bilis: non maximum ex periculis tuis sed specio-

1 confligitur *Haupt*] corrigitur, concurritur *Madvig*, colliditur *Rossb.* | aut] maiora aut *Δ* ‖ 2 conantur *Φ Kroll*] conatur *Δ***EM**^{2}**T** ‖ 3 sumus *sc. perditi*] *immo* sumemus animum *Joh. Müller*, timere desiimus *Ge.* vicimus *Leo* ‖ 5 uides *Φ*] uidemus *Δ***T** | totum] *om.* *Δ***J**^{2} | quem usquam] quem usque **E**(**F**^{1} *?*)**O T** quousquam **A** quousque *Δ* ‖ 6 de die] die *λ***T**^{1} ‖ 7 eodem] quod *λ* | citius] citiusue *Δ* | tardius] tardiusue *Δ***T** tardiusque **E** ‖ 8 et insip. uid. *coll.* *δ***ET** ‖ 11 ut] *om.* *Φ* | praeberet] *om.* *Φ* praebere *ante* ceru. **T** extendere *ante* ceru. **E** *man. rec.* ‖ 12 idem] id *Δ* ‖ 14 iustissima] dignissima *Δ* | nam *del. Fort.* natura *Rossb.* ‖ 15 enim] eadem *Gronov* ‖ 16 sors] et sors **EM**^{2}**T** | si duc. *Badstübner*] sequeremur *trad.* si seq. **ET** ‖ 17 et] *om.* **E** etiam **T** ‖ 18 utrum] *om.* *Δ***E** | nati] ultronei *Δ* ‖ 20 itane *δ*] itemne *vel* iterumne *ε* ita est *Φ* | salus tua in hoc *coll.* *Δ* ‖ 21 petet te] repetet te *Φ* ‖ 22 bilis] febris *Δ* | ex] est *Δ*

sissimum fulmen est. male scilicet actum erit tecum, si sensum mortis tuae celeritas infinita praeveniet, si mors tua procuratur, si *ne* tunc quidem, cum ⟨ex⟩piras, supervacuus sed alicuius magnae rei signum es. male scilicet tecum agitur, si cum fulmine conderis. sed pavescis ad caeli fragorem et ad inane nubilum trepidas et, quotiens aliquid effulsit, expiras. quid ergo? honestius putas † dilectione perire quam fulmine? eo itaque fortior adversus caeli minas surge et, cum undique mundus exarserit, cogita nihil habere te tanta morte pendendum. quod si tibi parari credis illam caeli confusionem, illam tempestatum discordiam, si propter te ingestae illisaeque nubes strepunt, si in tuum exitium tanta vis ignium excutitur: at tu solacii loco numera tanti esse mortem tuam. sed non erit huic cogitationi locus; casus iste donat metum et inter cetera hoc quoque commodum eius, quod expectationem suam antecedit: nemo umquam timuit fulmen, nisi quod effugit.

2 praeueniet] praeueniat **BCT** praeuenerit **A**(*ε*), praeuenit *Leo* | si m.] *fort.* male scilicet agitur tecum, si m. *Ge.* male — conderis. *(l. 5 ante l. 2—4)* si mors — signum es. sic pav. *Gertz* ‖ **3** proc.] praedicetur *Δ* | si ne *Gruter*] sine te *Φ* si tu *Δ*, *fort.* si tu ne *Ge.* | exspiras *Fort.*] spiras ‖ **4** superuacuus] non superuacue *Δ* ‖ **5** conderis] eciderís *Δ* ‖ **6** inane] mane **AFλZ** ‖ **7** expiras] desperas *Leo* ‖ **8** putas] iudicas *Δ* | dilectione **AΦ**] deiectione **ΔT** animi *add. Δ* defectione *Haase, fort.* bilis eiectione *Ge.* ‖ **9** itaque] utique *λ* ‖ **10** exarserit] exarsit **BCEOT** exarseris **Z** | te nihil habere *Δ* ‖ **11** pend. *Kroll*] perdendum | credis parari *coll. λ* ‖ **13** illiseque **CϑλT**] illeseque **ΔOP** ‖ **14** ignium uis *coll. ϑλZ* ‖ **16** donat *Φ, cf. p. 89, 17*] demat **Aε**(*Δ*) demit **BC** ‖ **17** quoque hoc *coll. ελ* ‖ **18** suam] tuam *Δ* sui **Z** | fulmen timuit *coll.* **ΔT** ‖ **19** quod **AΦ**] qui

NATURALIUM QUAESTIONUM LIBER III QUI FERTUR.

Liber primus.

De aquis terrestribus.

[PRAEFATIO TOTIVS OPERIS.]

1 Non praeterit me, Lucili virorum optime, quam magnarum rerum fundamenta ponam senex, qui mundum circuire constitui et causas secretaque eius eruere atque aliis noscenda producere: quando tam multa consequar, tam sparsa colligam, tam occulta perspiciam? 2 premit *a* tergo senectus et obicit annos inter vana studia consumptos: 'tanto magis urgeamus et damna aetatis male exemptae labor sarciat; nox ad diem accedat, occupationes recidantur, patrimonii longe a domino iacentis cura solvatur, sibi totus animus vacet et ad contemplationem sui saltem in ipso fine respiciat.' 3 faciet ac sibi instabit et cotidie brevitatem temporis metietur; quicquid amissum est, id diligenti usu praesentis vitae recolliget: fidelissimus est ad honesta ex

10 *cf. Sen. ep. 19, 1 satis multum temporis sparsimus: incipiamus vasa in senectute colligere. adde ep. 1, 1*

2 liber tertius *vulgo*] l. nonus **GHM** l. septimus **TU²** l. sextus *Esc.* **U¹**, l. primus *secundum Diels Ge., cf. St. I 122 sqq.* | de aquis terrestribus *add. Ge. conl. p. 97, 3* ‖ **5** Praefatio *add. Fort.* tot. op. *add. Ge.* ‖ **6** pr(a)eterit **ABC** *Pal. 1579 Vat. 2 Chis. 2* **Φ**] preteriit **ε** *Vat. 1, 3 Chis. 1* | me] *ante* pr. **ABC** ‖ **7** magnarum] magna **Λ** ‖ **9** producere] prodere **Φ** ‖ **11** premit a tergo *Herm. Barbaro*] premittat ergo | obicit *Hermol.*] obiciat ‖ **13** exempt(a)e] exacte **B**(**δ** *?*) | sarciat **ΛϑTZ**] sarcinat **λP** ‖ **14** rec. patr. **AΦ**] patr. rec. ‖ **15** cura] causa (*add.* **B**) **Λ** | sibi] *om.* **δ** ‖ **16** saltem **BεEH**] saltim | fine] fuge **P** *Mem.* fuge impetu **δ** impetu **ε** ‖ **17** faciet] *Lucilio respondet Sen. me iudice, cf. p. 93, 1 et fort. p. 93, 8*

paenitentia transitus.] 'libet igitur mihi exclamare illum poetae incliti versum

> tollimus ingentes animos et maxima parvo
> tempore molimur.'

hoc dicerem, si puer iuvenisque molirer (nullum enim non tam magnis rebus tempus angustum est): nunc vero ad rem seriam, gravem, immensam post meridianas horas accessimus. 'faciamus quod in itinere fieri solet: qui tardius exierunt, velocitate pensant moram — festinemus et opus nescio an superabile, magnum certe, sine aetatis excusatione tractemus.' crescit animus, quotiens coepti magnitudinem ostendis, et cogitat, quantum proposito, non quantum sibi supersit.

Consumpsere se quidam, dum acta regum externorum componunt quaeque passi invicem ausique sunt populi: quanto satius est, sua mala extinguere quam aliena posteris tradere? quanto potius, deorum opera celebrare quam Philippi aut Alexandri latrocinia ceterorumque, qui exitio gentium clari non minores fuere pestes mortalium quam inundatio, qua planum omne perfusum est, quam conflagratio, qua magna pars animantium exaruit? quemadmodum Hannibal Alpes superiecerit, scribunt, quemadmodum confirmatum Hispaniae cladibus bellum Italiae inopinatus intulerit frac-

3 *FPR p. 362 Baehr. cf. Aetnae v. 24 fortius ignotas molimur pectore curas.*

1 igitur] *om.* **Δ T** | mihi] *interlocutori licebat haec dicere* | illum **B Φ**] illius **Δ T** ‖ 2 poetae] *adulescentis puto, fort. Neronis. Agellii conl. VI 2, 7 coni. R. Unger* ‖ 3 paruo] facta (*add.* **ε**) **Δ** ‖ 5 si] et si *Gertz falso* | enim] *om.* **Δ E T** ‖ 8 fieri solet **B Φ**] solet fieri ‖ 9 qui] quo **Δ** ‖ 12 ostendis, *Ge.*] ostendit *trad.* aspexit **Z** attendit *Hermol.* ‖ 20 qua **δ g F H J² L² M T Z**] quia **p λ** quam **c n E P** | planum] plenum **λ** ‖ 22 a. superiecerit **Φ**] superiecerit a. **T** superauerit alpes **Δ** a. superauerit **Z** ‖ 23 confirmatum] -tus *Haase*

tisque rebus, etiam post Carthaginem pertinax, reges
pererraverit contra Romanos ducem promittens exer-
citum petens; quemadmodum non desierit omnibus
angulis bellum senex quaerere: adeo sine patria pati
7 poterat, sine hoste non poterat. quanto satius est,
quid faciendum sit quam quid factum, quaerere ac
docere eos, qui sua permisere fortunae, nihil stabile
ab illa datum esse, eius omnia aura fluere mobilius?
nescit enim quiescere, gaudet laetis tristia substituere,
utique miscere; itaque secundis nemo confidat, adversis
8 nemo deficiat: alternae sunt vices rerum. quid exultas?
ista, quibus eveheris in summum, nescis, ubi te relic-
tura sint: habebunt suum, non tuum finem. quid
iaces? ad imum delatus es: nunc locus est resurgendi;
9 in melius adversa, in deterius optata flectuntur. ita
concipienda est animo varietas non privatarum tantum
domuum, quas levis casus impellit, sed publicarum.
regna ex infimo coorta supra imperantes constiterunt,
vetera imperia in ipso flore ceciderunt; inveniri non
potest numerus, quam multa ab aliis fracta sint: nunc
cum maxime deus extruit alia, alia summittit nec
molliter ponit sed ex fastigio suo nullas habitura re-
10 liquias iactat. magna ista, quia parvi sumus, credimus:

1 etiam] et **E O Z** *vulgo* | post C. *(sc. fractam)* pert.] *cf. Dial. 6, 17, 5 cupidus etiam post Platonem* ‖ **2** contra Romanos] *om.* ϑ | ducem] se *s. l. add.* *Δ* | exercitum petens] etiam sine exercitu *Δ* ‖ **4** senex] *ante* omnibus *Δ* **T** | pati] esse pati *Δ*, *sed cf. Sen. Herc. f. 353, Thy. 470, Lucan. 2, 559; 5, 313* ‖ **5** est **B Φ**] *om.* **A** (**A**^{2}*?*) **ε** ‖ **6** quid factum] quid (quod **A ε**) factum sit *Δ* ‖ 8 ab illa] ad illam *Δ* | o. a. fl.] autem o. fl. a. *Δ* ‖ **9** substituere, utique] sustinere et utraque *Δ* ‖ **10** sec.] in secundis *Δ* | adu.] in adu. *Δ* ‖ **11** uices] uires *Δ* ‖ **12** eueh.] ueheris ε **E F**^{1} | ubi] si *Δ* ‖ **14** locus] *ante* in *Δ* **T** ‖ **15** ita] ista **g**^{2} **E T** *Gron.* ‖ **16** conc.] accipienda *Δ* ‖ **17** publicarum] etiam r(ei) p(ublicae) *Δ* ‖ **19** uetera] uerum ϑ | inueniri] iniri *Mur. Kämmermann conl. Lud. 11, 5* ‖ **20** sint **A** ϑ **λ Z**] sunt **B ε E O Q** ‖ 21 extruit a. ϑ **Q Z**] extruxit a. **λ** a. exaltat *Δ* | su(m)mittit] -tat **λ** ‖ **22** hab.] medi(t)atura **λ** ‖ **23** ista] *om.* *Δ*

multis rebus non ex natura sua sed ex humilitate nostra magnitudo est. quid praecipuum in rebus humanis est? non classibus maria complesse nec in rubri maris litore signa fixisse nec deficiente ad iniurias terra errasse in oceano ignota quaerentem, sed animo omne vidisse et, qua maior nulla victoria est, vitia domuisse: innumerabiles sunt, qui populos, qui urbes habuerunt in potestate, paucissimi, qui se. quid est praecipuum? 11 erigere animum supra minas et promissa fortunae, nihil dignum putare, quod speres. quid enim [dignum] habet, quod concupiscas? qui a divinorum conversatione quotiens ad humana recideris, non aliter caligabis quam quorum oculi in densam umbram ex claro sole redierunt. quid est praecipuum? posse laeto animo 12 adversa tolerare; quicquid acciderit, sic ferre, quasi tibi volueris accidere (debuisses enim velle, si scisses omnia ex decreto dei fieri: flere, queri et gemere desciscere est). quid est praecipuum? animus contra 13 calamitates fortis et contumax, luxuriae non adversus tantum sed infestus, nec avidus periculi nec fugax, qui sciat fortunam non expectare sed facere et adversus utramque intrepidus inconfususque prodire, nec illius tumultu nec huius fulgore percussus. quid est prae- 14 cipuum? non admittere in animo mala consilia, puras ad caelum manus tollere, nullum bonum petere, quod ut ad te transeat, aliquis dare debet aliquis amittere,

1 sua nat. *coll.* λ ‖ 2 in rebus Δ**EL**^{2}**TZ**] rebus Φ ‖ 4 littore *trad.* | fixisse nec] posuisse non (nec ε) Δ | ad in. t.] t. ad iniurias aliorum Δ ‖ 5 oceano **HJKZ**] occeano | omne] omnia **EM** ‖ 6 q. nulla m. uict. est *coll.* Δ ‖ 7 q. urbes q. populos *coll.* Δ ‖ 10 dignum] d. illam habere **ET** d. habere illum **M** | dignum *om.* **Z** *Skutsch* ‖ 11 habet] *om.* **J**^{2}**T** habes **Z** | qui a **ETZ**] quia Φ quia a Δ ‖ 12 ad] in δ ‖ 16 tibi uol. Δ**T**] uol. tibi ‖ 17 et gemere] ingemere Δ ‖ 20 sed] sed et δ**g**(Δ?) | qui — 22 prodire] prosperitatem expectans sed utrimque intrepidus (et ε) inconfusus (que **A**) Δ ‖ 25 tollere] extollere **ET** ‖ 26 al. — amittere] *om.* **B** al. possit dare, al. (d. al. *om.* **A**) am. Δ

optare, quod sine adversario optatur, bonam mentem: cetera magno aestimata mortalibus, etiamsi quis domum casus adtulerit, sic intueri quasi exitura, qua
15 venerint. quid est praecipuum? altos supra fortuita spiritus tollere, hominis meminisse, ut, sive felix eris, 5
scias hoc non futurum diu, sive infelix, scias hoc
16 te non esse, si non putes. quid est praecipuum? in primis labris animam habere: haec res efficit non e iure Quiritium liberum sed e iure naturae. liber est autem, qui servitutem suam effugit: haec est assidua 10
et ineluctabilis et per diem ac noctem aequaliter pre-
17 mens, sine intervallo sine commeatu. sibi servire gravissima est servitus: quam discutere facile est, si desieris multa te poscere, si desieris tibi referre mercedem, si ante oculos et naturam tuam posueris et 15
aetatem, licet prima sit, ac tibi ipse dixeris 'quid insanio? quid anhelo? quid sudo? quid terram, quid
18 forum verso? — nec multo opus est nec diu.' ad hoc proderit nobis inspicere rerum naturam: primo discedemus a sordidis; deinde animum ipsum, quo summo 20
magnoque opus est, seducemus a corpore; deinde in occultis exercitata subtilitas non erit in aperta deterior. nihil est autem apertius his salutaribus, quae contra

2 (a)estimata] estima **λ** | domum . . adt.] *sc. ea* ‖ **3** qua] quae **δ** ‖ **4** uenerint **ΔGHJKM¹Z**] uenerunt **E**(**L**)**OP** | fortuita] fortunam **Δ** ‖ **5** tollere] *post* hominis **Δ** attollere **ε** | hominis] *i. e.* humanitatis ‖ **7** si non putes] nisi cum putes **Δ** ‖ **8/9** e iure *bis*] euenire **ΔP** *bis* ‖ **9** quiritium (-tum **FGλ**) liberum] quiriti ut sit liber **Δ** *ut videtur* | est autem] autem est **E** *vulgo* ‖ **10** suam] sui *Mur. cf.* sibi s. *l. 12, immo communem exspecto, non magis naturalem quam civilem* | assidua] seruitus *add.* **Δ** ‖ **11** ac] *om.* **J¹K** et per **EPT** ‖ **12** sibi] sibi se **δ** ‖ **13** est] *post* seru. **Δ** *om.* **λ** ‖ **16** licet pr. sit] *om.* **Δ** ‖ **17** anhelo **BCεHTZ**] hanelo **EFλP** anelo **GL** ‖ **18** uerso **BCΦ**] uiso **Aε** ‖ **21** deinde] *fort.* denique *vel* tum dem(um) *Ge.* ‖ **22** aperta] aperto **M²T** *Ald., immo intell.* εἰς τὰ κοινά ‖ **23** est] *post* autem **ΔET** *om.* **Cg**

nequitiam nostram furoremque discuntur, quae damnamus nec ponimus.

1. Quaeramus ergo de terr*estr*ibus aquis et investigemus, qua ratione fiant (sive, ut ait Ovidius, 1

fons erat illimis nitidis argenteus undis,

sive, ut ait Vergilius,

unde per ora novem vasto cum murmure montis
it mare praeruptum et pelago premit arva sonanti,

sive, ut apud te, Iunior karissime, invenio,

Eli*u*s Siculis de fontibus exilit amnis),

si qua ratio aquas submenistr*at*; quomodo tot flumina ingentia per diem noctemque decurrant; quare alia hibernis aquis intumescant, alia in defectu ceterorum amnium crescant. Nilum interim seponemus a turba, 2 propriae naturae ac singularis, et illi suum diem dabimus. nunc vulgares aquas prosequamur, tam frigidas quam calentes: in quibus [calentibus] quaerendum erit, utrum calidae nascantur an fiant. de ceteris quoque disseremus, quas insignes aut sapor aut aliqua reddit utilitas: quaedam enim oculos, quaedam nervos iuvant,

5 *Ov. Met. III 407* ‖ 7 *sq. Verg. Aen. I 245 sq.* ‖ 10 *FPL p. 363 Baehr.*

3 terrestribus *Schultess*] terris quibus **Φ** *om.* **Δ** terris de quibus **T** quibus rebus **E** *Vinc. cf. St. I 62; 70 II 29* | aquis] aquae fiant **ET**(*Vinc.*) ‖ 6 uerg.] uirgilius *trad.* ‖ 8 it] in **ΔZ** id **FG** | praer. **ΔΦ** *Servius*] proruptum *Verg. codd.* ‖ 9 kar.] kme **ΔΦ** carissime **ε**(?)**Z** ‖ 10 Elius *Ge.*] fluis (?)**C** elisus **ϑTZ** *vulgo* elisius **AεFλP** eleus **B** *Pinc. cf. 26, 5* ‖ 11 si qua *i. e. nisi ratio (cf. l. 4) prorsus deest*] que **δ** quomodo **ε** | submenistrat **E**] -straret **ϑ0ϱZ** -stret **Δλ** | flum.] fulmina **FλZ** ‖ 12 noctemque] et noctem **Δ** ‖ 14 amnium] animum **λP** annuum **FT**^{1} annium **GT**^{2}**Z** | nilum] nullum **PT** illum nilum **Δ** ‖ 15 ac] et **Δ** | suum] *om.* **Δ** | diem] *cf. liber IV a* ‖ 16 pros.] pers. **F** persequemur **Δ** ‖ 17 quam calentes] quas *s. l. add.* **λ** | calentibus *del. Fort.* ‖ 20 neruos] numeros neruos **λ**

quaedam inveterata et desperata a medicis vitia percurant; quaedam medentur ulceribus, quaedam interiora potu fovent et pulmonis ac viscerum querelas levant, quaedam supprimunt sanguinem: tam varius singulis usus quam gustus est.

1 2. Aut stant omnes aquae aut eunt aut colliguntur aut varias habent venas. aliae dulces sunt, aliae varie asperae; quippe interveniunt salsae amaraeque aut medicatae, ex quibus sulphuratas dicimus ferratas alumi-
2 nosas: indicat vim sapor. habent praeterea multa discrimina, primum tactus: frigidae calidaeque sunt, deinde ponderis: leves et graves sunt, deinde coloris: purae sunt, turbidae, caeruleae, luridae; deinde salubritatis: sunt enim utiles, sunt mortiferae, sunt quae cogantur in lapidem, quaedam tenues, quaedam pingues; quaedam alunt, quaedam sine ulla bibentis ope transeunt, quaedam haustae fecunditatem afferunt.

3. Ut stet aqua aut fluat, loci positio efficit: in devexo fluit, in plano et *con*vexo continetur et stagnat. aliquando in adversum spiritu impellitur: tunc cogitur, non fluit. colligitur ex imbribus, ex suo fonte nativa est. nihil tamen prohibet eodem loco aquam colligi et nasci, quod in Fucino videmus, in quem montes circumiecti, quicquid fudit *p*luvia, derivant, sed et magnae in ipso latentesque v*en*ae sunt: itaque etiam cum hiberni defluxere torrentes, faciem suam servat.

1 inueterata] ueterata *Φ* uetera **ϱZ** | percurant] percurrant **B**[1]**g**-**H**[1]**L**[1]**O** procurant **ET** ‖ 7 sunt dulces *coll. Δ* | uarie asperae *Gertz*] uari(a)e: asper(a)e ‖ 8 salsae] salseque *Δ* ‖ 13 sunt — 14 mortiferae] *om. δ* ‖ 13 c(a)erule(a)e **ε**EH] cerule | luridae *Georg Müller conl. ep. 95, 16*; *Med. 789*] lucidae ‖ 15 pingues] sunt *add. δ* ‖ 19 et conuexo *Leo et Pusch meus*] et deuexo *Φ* aut supino **Z** *om. Δ vulgo*, et depresso *Ge.* et deiecto *Kroll* ‖ 20 aliq.] et aliq. *Δ* | spiritu] spiritum **L**[2]**PZ** ‖ 21 non] nunc *Δ* ‖ 23 fuc.] fuscino **ABEGOTZ** | quem] quam **λP** | montes] montis *Δ* ‖ 24 quicquid fudit] *om. Δ* | pluuia **ET**] fluuia *Φ* fluuii *Δ* | deriuant] deriuantur *Δ* | sed et] sed *Φ* ‖ 25 in ipso *om. δ*, *post* latentesque **ε** | uenae **Z**] undae *trad.* uel (uelut *Memm.*) uene (uelut *add.* **T**) unde **JKP** *Memm.* **T** ‖ 26 seruat] seruant *Φ*

4. Primum ergo quaeramus, quomodo ad continuandos fluminum cursus terra sufficiat, unde tantum aquarum exeat. miramur, quod accessionem fluminum maria non sentiant: aeque mirandum est, quod detrimentum exeuntium terra non sentit. quid est, quod illam aut sic impleverit, ut praebere tantum ex recondito possit, aut subinde sic suppleat? quamcumque rationem reddiderimus de flumine, eadem erit rivorum ac fontium.

5. Quidam iudicant terram, quicquid aquarum emisit, rursus accipere et ob hoc maria non crescere, quia quod influxit, non in suum vertunt sed protinus reddunt. occulto enim itinere subit terras et ⟨quod⟩ palam venit, secreto revertitur, colaturque in transitu mare, quod per multiplices terrarum anfractus verberatum amaritudinem ponit et pravitatem in tanta soli varietate saporum exuit et in sinceram aquam transit.

6. Quidam existimant, quicquid ex imbribus terra 1
concepit, id illam rursus emittere et hoc argumenti loco ponunt, quod paucissima flumina in his sunt locis, quibus rarus est imber. ideo siccas aiunt Aethiopiae 2
solitudines esse paucosque inveniri in interiori Africa fontes, quia fervida natura caeli sit et paene semper aestiva; squalidae itaque sine arbore sine cultore harenae iacent raris imbribus sparsae, quos statim combibunt. at contra constat Germaniam Galliamque et proxime ab illis Italiam abundare rivis et fluminibus, quia caelo umido utuntur et ne aestas quidem imbribus caret.

4 detrimentum] -ta *Δ* ‖ **6** aut] *om. Δ* ‖ **7** aut] ac *Δ* ‖ **9** em. rursus] cursus emisit *Δ* ‖ **11** reddunt] reddant *δ* ‖ **12** et] sed **ABp** quod *vel* postquam *add. Ge.* et palans venis secretis *coni. Haupt* ‖ **13** secreto]que *add.* **Bε** ‖ **16** saporum *Skutsch*] saporem *Φ* saporis **E** *et ante* in t. *Δ, del. Fickert* ‖ **18** concepit *Skutsch*] concipit | id illam] ad illam **KϱZ** ad ima trahi et ad illam **ET** in flumina *Δ* | emittere] emitti *Δ***ET** ‖ **19** flumina] *om. Δ* | sunt in his *coll. Δ***E** ‖ **20** quibus] in quibus *Δ* ‖ **21** esse] *ante* aiunt *Δ* | interiori *δ*] -ore | africa **Z**] affrica ‖ **22** caeli natura *coll.* **JK***Δ* ‖ **23** iacent harenae *coll. λ* ‖ **26** illis] his *Δ* | habundare *trad. ut semper* | flum. et rivis *Skutsch*

1 7. Adversus hoc multa posse dici vides. primum ego tibi vinearum diligens fossor affirmo, nullam pluviam esse tam magnam, quae terram ultra decem in altitudinem pedes madefaciat; omnis umor intra primam crustam consumitur nec in inferiora descendit:
2 quomodo ergo imber suggerere potest amnibus vires, qui summam humum tinguit? pars maior eius per fluminum alveos in mare aufertur; exiguum est quod sorbeat terra, nec id servat: aut enim arida est et absumit in se, quicquid infusum est, aut satiata, si quid supra desiderium cecidit, excludit, et ideo primis imbribus non augentur amnes, quia totos in se terra
3 sitiens trahit. quid, quod quaedam flumina erumpunt saxis et montibus? his quid conferent pluviae, quae per nudas rupes deferuntur nec habent terram, cui insidant? adice, quod siccissimis locis putei in altum acti ultra ducentorum aut trecentorum pedum spatium inveniunt aquarum uberes venas in ea altitudine, in quam *gutta* non penetrat, ut scias illic non caelestem esse nec collecticium umorem, sed, quod dici solet,
4 vivam aquam. illo quoque argumento haec opinio refellitur, quod quidam fontes in summo montis cacumine redundant: apparet illos sursum agi aut ibi concipi, cum omnis pluvialis aqua decurrat.

1 hoc] haec **EJK** | dici posse *coll.* **Δ** ‖ **3** pedes in altit. *coll.* **ΔE** ‖ **5** crustam] ectam **δ** ‖ **6** potest] *ante* imber **Δ** ‖ **7** tinguit] tingit **EJ²LO** tangunt **Δ** | pars] inquit *add. Joh. Müller* ‖ **8** aufertur **AΦ**] *id est: statim rapitur,* effertur **Δ** | **9** sorbeat] sorbet **Δ** | nec id] *et ne hoc quidem* ‖ **10** infusum] effusum **Δ** ‖ **11** cecidit] ceciderit **λ** ‖ **12** terra] *om.* **δ** sitiens terra *coll.* **E** ‖ **13** quaedam] *om.* **Δ** *in lacuna* ‖ **14** conferent] conferrent **δ** ‖ **15** nudas] undas in **Δ** | terram] *om.* **ΔE** | insidant] insidantur **H** insidiant **O** insideant **GL** *vulgo* ‖ **17** ultra] per **Δ** | spatium] spatia **Δ** ‖ **19** gutta *Ge.*] aqua **ΦΔ**, pluuia **Z** *et var. lect.* **L²** | illic] *om.* **δ** ‖ **20** nec **AΦ**] non **Δ** | collecticium **FHJLOZ**] *cf. VII 23, 2.* collectuum **K**, collectiuum **ΔEϱ** *vulgo* ‖ **21** haec opinio] *om.* **Δ** ‖ **23** apparet] ergo *add.* **δ** ‖ **24** aqua pluuialis *coll.* **Δ**

8. Quidam existimant, quemadmodum in exteriori parte terrarum vastae paludes iacent magnique et navigabiles lacus, quemadmodum ingenti spatio maria porrecta sunt infusa vallibus, sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus nec minus illas stagnare quam apud nos oceanum et sinus eius, immo eo latius, quo plus terra in altum patet. ergo ex illa profunda copia isti amnes egeruntur: quos quid miraris, si terra detractos non sentit, cum adiectos maria non sentiant?

9. Quibus[dam] haec placet causa, aiunt habere 1 terram intra se recessus cavos et multum spiritus, qui necessario frigescit umbra gravi pressus, deinde piger et immotus in aquam, cum se desiit ferre, convertitur: quemadmodum supra nos mutatio aëris imbrem facit, 2 ita infra terras flumen aut rivum; supra nos non potest stare segnis diu et gravis (aliquando enim sole tenuatur, aliquando ventis expanditur, itaque intervalla magna imbribus sunt), sub terra vero quicquid est, quod illum in aquam convertat, idem semper est, umbra perpetua, frigus aeternum, inexercitata densitas: semper ergo praebebit fonti aut flumini causas. 'placet nobis ter- 3 ram esse mutabilem.' haec quoque quicquid efflavit, quia non libero aëre concipitur, crassescit protinus et in umorem convertitur: habes primam aquarum sub terra nascentium causam.

10. Adicias etiam licet, quod fiunt omnia ex omnibus, ex aqua aër, ex aëre aqua, ignis ex aëre, ex igne aër: quare ergo non ex terra fiat aqua? quae si 1

1 exteriori] -ore Δ ‖ **2** et] *om.* $\Delta\lambda$ ‖ **6** occeanum *trad.*] *om.* δ | quo **AT**] quia $\Delta\Phi$ quod **E** ‖ **7** terra] *om.* δ ‖ **9** sentiat] cum aduectos *add.* Δ ‖ **10** quibus *Ge.*] quibusdam ‖ **11** intra se] inter δ(Δ?) | cauos recessus *coll.* Δ**L** | et] etiam Δ ‖ **13** se *et* ferre] *om.* Δ ‖ **15** flumen aut r.] riuum agit Δ | stare non potest *coll.* Δ ‖ **21** praebebit] *sc. idem* | aut] ac ϱ et **E** | causas] causam δ ‖ **23** quia] quando **F**λ | et protinus *coll.* Δ ‖ **28** ex] e $\varrho\delta$ (ergo ne **Bg**) | aqua? quae si] ex aqua quasi δ

in alia mutabilis, est etiam in aquam, immo maxime in hanc: utraque enim cognata res est, utraque gravis, utraque densa, utraque in extremum mundi compulsa.
2 ex aqua terra fit: cur non aqua fiat e terra? 'at magna flumina sunt.' cum videris, quanta sint, rursus ex quanto prodeant adspice. miraris, cum labantur assidue quaedam vero concitata rapiantur, quod praesto sit illis aqua semper nova: quid, si mireris, quod, cum venti totum aëra impellant, non deficit spiritus sed per dies noctesque aequaliter fluit, nec (ut flumina) certo alveo fertur sed per vastum caeli spatium lato impetu vadit? quid, si ullam undam superesse mireris,
3 quae superveniat tot fluctibus fractis? nihil deficit, quod in se redit: omnium elementorum alterni recursus sunt; quicquid alteri perit, in alterum transit, et natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat, ne portionum aequitate turbata mundus praeponderet.
4 omnia in omnibus sunt: non tantum aër in ignem transit sed numquam sine igne est (detrahe illi calorem: rigescet, stabit, durabitur); transit aër in umorem sed ⟨est⟩ nihilominus non sine umore; et aëra et aquam facit terra sed non magis umquam sine aqua est quam sine aëre — et ideo facilior est invicem transitus, quia
5 illis, in quae transeundum est, iam mixta sunt. habet ergo terra umorem: hunc exprimit; habet aëra: hunc umbra hiberni frigoris densat, ut faciat umorem; ipsa quoque mutabilis est in umorem: natura sua utitur.

1 mutabilis] -bilitas **B** -bilitatis **A** | etiam] et Δ**E** | aquam] aqua δ ‖ 2 hanc] hoc Δ | enim] *om.* Δ | cognata] cognita **B** λ ? | utraque gravis] *om.* δ ‖ 4 fiat e] *fort.* fiet e *Ge.* ‖ 5 sint *Ge. cum* pZ] sunt ‖ 7 quod] quae λ ‖ 8 semper aqua *coll.* Δ ‖ 11 fertur δ] feruntur $\Phi\varepsilon$ ‖ 12 quid] quod ε**L**^{2} | ullam] illam **F** λ ‖ 14 quod **B** *Fort.*] quia | alterni] *cf. ad Helv. 20, 2 et Stud. I 65* ‖ 15 alteri p.] in altero p. Δ ‖ 18 omnia] omnibus λ ‖ 20 transit *Fort.*] transiet ‖ 21 est] *add. post* sed *Ge., post* sine humore **E** *post* non **L**^{2}**Z** ‖ 22 terra facit *coll.* ϱ ‖ 23 est] *ante* quia Δ ‖ 24 sunt] est Δ

11. 'Quid ergo?' inquit, 'si perpetuae sunt causae, 1
quibus flumina oriuntur ac fontes, quare aliquando
siccantur aliquando quibus non fuerunt locis exeunt?'
saepe motu terrarum itinera turbantur et ruina inter-
scindit cursum aquis, quae retentae novos exitus quae-
runt et aliquo impetum faciunt aut ipsius quassatione
terrae aliunde alio transferuntur. apud nos solet eve- 2
nire, ut amisso canali suo flumina primum refundantur,
deinde, quia perdiderunt viam, faciant. hoc ait acci-
disse Theophrastus in Coryco monte, in quo
post terrarum tremorem nova vis fontium emersit.
[sunt] cui alias quoque causas intervenire opinatur, 3
quae [aliter] evocent aquas aut cursu suo deiciant et
avertant: fuit aliquando aquarum inops Haemus, sed
cum Gallorum gens a Cassandro obsessa in illum se
contulisset et silvas cecidisset, ingens aquarum copia
apparuit, quas videlicet in alimentum suum nemora
ducebant; quibus eversis umor, qui desiit in arbusta
consumi, superfusus est. idem ait et circa Magnesiam 4
accidisse. sed pace Theophrasti dixisse liceat: non
est hoc simile veri, quia fere aquosissima sunt quae-

1 *cf. Aetnae v. 25 causa perennis (?)* ‖ 10 — *p. 104, 11 Theophrasti fragm. deest apud Wim.*

1 inquit] inquis δ ‖ 2 ac] et δ ‖ 3 fuerunt] fuere Δ | locis] *om.* ϱ ‖ 5 retentae] retentis **Z** recente **P** recentes $A^1\varepsilon(\Delta)$ resistentes δ ‖ 6 et a. i. faciunt] *om.* Δ ‖ 7 apud nos] *i. e. supra terram* | euenire solet *coll.* Δ ‖ 9 faciant] faciunt **cpEH**^{1}**LT** | acc. ait *coll.* Δ ‖ 10 Theophrastus] -atus λ**TZ** | coryco **Z**] corico $\varepsilon\vartheta\varrho$ corio $\delta\lambda$ ‖ 12 [s(un)t *vel* si]cui *Ge.*] sunt qui Φ *vulgo* sicut δ *Leo* sic et ε scilicet *Rossb.* | alias] alios ε | causas] casus Δ | opinatur] -antur Φ *vulgo, sed cf.* idem *l. 19* ‖ 13 quae] qui Δ**P** | aliter] *om.* **B** *vulgo, fort. corr.* similiter *Ge.* in aliud iter v. *Rossb.* alio perducant *Leo* | euocent *Fort.*] uocent Δ (auoce **B**) uocant Φ | aut] a *add.* Δ | deiciant et] decidant atque Δ ‖ 14 aquarum] *post* inops **B** *om.* λ ‖ 18 euersis ε (?) *Haase*] emersis Φ excisis Δ (?) | arbusta] augusta Δ 21 ueri simile *coll.* **BEH**

cumque umbrosissima; quod non eveniret, si aquas arbusta siccarent, quibus alimentum ex proximo est (fluminum vero vis ex intimo manat ultraque concipitur quam radicibus evagari licet). deinde ⟨sucidae, non⟩ succisae arbores plus umoris desiderant: non enim tantum id, quo vivant, sed quo crescant trahunt. idem ait circa Arcadiam, quae urbs in Creta insula fuit, fontes et *riv*os substitisse, quia desierit coli terra diruta urbe, postea vero, quam cultores *rec*eperit, aquas quoque recepisse. causam siccitatis hanc ponit, quod obduruerit constricta tellus nec potuerit imbres inagitata transmittere. quomodo ergo plurimos videmus in locis desertissimis fontes? plura denique invenimus, quae propter aquas coli coeperunt quam quae aquas habere coeperint, quia colebantur. non esse enim pluvialem hanc, quae vastissima flumina a fonte statim magnis apta navigiis defert, ex hoc intellegas licet, quod per hiemem aestatemque par est a capite deiectus. pluvia potest facere torrentem, non potest a*mn*em aequali inter ripas suas tenore labentem, quem non faciunt imbres sed incitant.

12. Paulo repetamus hoc altius, si videtur, et scies te non habere quod quaeras, cum ad veram *a*mnium originem accesseris. flumen nempe facit copia cursus-

1 quod] quid **F** quia λ ‖ **3** uero] modo **A**ε**P** omnis *Gruter.* | ultraque] ultra ϱ | conc.] accipitur δ excipitur ε ‖ **4** sucidae non *suppl. Ge. nisi plura de copia aquarum (cf. § 6) scripta interierunt* ‖ **5** succisae] succisse **B**^{1}**OP** ‖ **6** enim] *om.* Δ | sed] et id *add.* Δ | trahunt] *om.* Δ **7** arc. **AF**] archadiam | creta] certa **F**λ ‖ **8** fuit] est Δ | riuos **EO**] rīuos **T** uiros Φ lacus Δ ‖ **9** diruta] dirupta $\varepsilon\lambda$ direpta *Pincianus* | recep. *Erasmus*] perceperit *trad.* excep. λ, *fort.* iterum ceperit *Ge.* denuo acceperit *Skutsch* ‖ **10** recep.] percepisse Δ ‖ **11** obdur.] induruerit **T** obriguerit **E** | constr.] contricta **J**^{1}**KP** ‖ **15** enim] *ante* esse Δ *om.* **L**^{1}**O** ‖ **16** hanc] aquam ε ‖ **17** apta **B**] acta | navigîs *Skutsch* ‖ **19** amnem **Z** *ut Haase coni.*] autem Φ *om.* Δ ‖ **20** quem] que λ aque (ε) aquam δ ‖ **23** amnium *Pincianus*] omnium ‖ **24** nempe] namque **B**ε | curs.] cuiusque Δ

que aquae perennis. ergo quaeris a me, quomodo aqua fiat: interrogabo invicem, quomodo aër fiat aut terra. ⟨Aegyptii quattuor elementa fecerunt, deinde 2
ex singulis bina [maria]: aëra marem iudicant qua ventus est, feminam qua nebulosus et iners; aquam virilem vocant mare, muliebrem omnem aliam; ignem vocant masculum, qua ardet flamma, et feminam, qua lucet innoxius tactu; terram fortiorem marem vocant, saxa cautesque, feminae nomen assignant huic tractabili et cultae.⟩

Sed si in rerum natura elementa sunt quattuor, 3
non potes interrogare, unde aqua sit: quarta enim pars naturae est. quid ergo miraris, si rerum naturae tam magna portio potest aliquid ex se semper effundere? quomodo aër, et ipse quarta pars mundi, ventos et 4
auras movet, sic aqua rivos et flumina: si ventus est fluens aër, et flumen est fluens aqua. satis et multum illi virium dedi, cum dixi, 'elementum est': intellegis, quod ab illo proficiscitur non posse deficere. 13. Adi- 1
ciam, ut Thales ait, 'valentissimum elementum est': hoc fuisse primum putat, ex hoc surrexisse omnia. sed nos quoque aut in eadem sententia aut in *vicinia* eius sumus: dicimus enim ignem esse, qui occupet

11 *cf. Plin. HN 2, 10 nec de elementis video dubitari quattuor esse ea* ‖ **20** *Thaletis frg. A 12 Diels p. 11*

1 perhennis *trad.* | ergo] si *add.* **E** *Fort.* ‖ **3—10** *totam § 2 huc transposuit Haase cap. 14, 2 a. c. traditam* ‖ **3** (a)egiptii *trad.* ‖ **4** maria] *del. Skutsch,* (et **E**) feminea *add.* **ET** marem et feminam ϛ | aera **Z** *Haase*] aerem **4/5** qua *bis* **Z** *vulgo*] quia *bis trad.* ‖ **7** qua **HλPZ**] quia **OT** que **E** quo **Δ** | qua] que **EO** quia **T** ‖ **11** sed] *om.* ϛλ | si] *om.* (ε)$\dot{\mathbf{E}}^1\mathbf{L}^1$ | in *et* natura] *om.* **Δ** ‖ **12** potes i.] potest interrogare **λ** potest interrogari **Δ** | sit] fit ε fiat **ET** ‖ **13** est naturae *coll.* **λT** | tam] *om.* **Δ** ‖ **14** aliquid] aliquam **P** aquam **Fλ** | ex se semper] *ante* aliquid **ΔL**^{2} semper *om.* $\mathbf{P}^1$ ‖ **15** ipse **ΔZ**] ipsa **Φ** ‖ **17** fluens] effluens **Q** | satis et] satis *Kroll* ‖ **19** adiciam — **20** ait] aqua ait thales **Δ** ‖ **20** ut] *om.* **P** | tales *praebent* $\mathbf{A}^1\mathbf{B}^1\mathbf{LO}\mathbf{P}^1\mathbf{Z}$ ‖ **22** sed] et *add.* **Δ** | vicinia eius *Madvig*] ultima eius

mundum et in se cuncta convertat, hunc evanidum languentemque considere et nihil relinqui aliud in rerum natura igne restincto quam umorem, in hoc
2 futuri mundi spem latere: ita ignis exitus mundi est, umor primordium. miraris ex hoc posse amnes semper exire, qui pro omnibus fuit et ex quo sunt omnia? hic [umor] in diductione rerum ad quartas redactus est, sic positus, ut sufficere fluminibus edendis, ut
1 rivis, ut fontibus posset. 14. Quae sequitur Thaletis inepta sententia est. ait enim terrarum orbem aqua sustineri et vehi more navigii mobilitateque eius fluctuare tunc, cum dicitur tremere: non est ergo mirum, si abundat umor ad flumina profundenda, cum in
2 umore sit totus. hanc veterem et rudem sententiam explode: nec est, quod credas in hunc orbem aquam subire per rimas et facere sentinam. [Aegyptii — cultae.]
3 mare unum est, ab initio scilicet ita constitutum; habet suas venas, quibus impletur atque aestuat. quomodo maris sic et huius aquae mitioris vasta [maris] in occulto vis est, quam nullius fluminis cursus exhauriet. abdita est virium ratio: tantum ex illa, quantum superfluum sit, emittitur.

9 *Thaletis frg. A 15 Diels p. 12*

1 euanidum] eundem Δ | 2 languentemque] languentem δ languere ε *om.* EZ ‖ 4 spem FTZ] spe(cie) λ speciem E sp(iritu)s ΔHP, *fort.* semen *Ge.* ‖ 5 amnes] *ante* ex Δ *post* semper (*om.* posse) ϱ | exire semper *coll.* A ‖ 7 humor *del. Haase* ‖ 8 est] *fort.* est et *Ge.* | flum. edendis suff. *coll.* Δ | 11 eius] *om.* Φ ‖ 12 est] *fort.* esse *Diels* ‖ 13 habundat *trad.* abundet *vulgo et Diels dub.* | humor] humore EZ *fort. recte* | prof.] fundenda Δ | cum] mundus *add.* Δ ‖ 14 totus] totum *Kroll Skutsch* ‖ 16 et] *om.* Aε | Egiptii — cultae *hic trad. 12, 2 coll. Haase* ‖ 17 est unum *coll.* δ un(de) est? λZ ‖ 19 uasta — 20 exhauriet] *post* emittitur E ‖ 19 maris] *om.* δ (Δ?), *fort.* materia (*pro* maris uia) in occulto est *Ge. conl. 19, 4; 28, 4* ‖ 20 uis *Klammer*] uia | exhauriet] -riat δ ‖ 21 abdita] addita ϱ | uirium] eius *add.* Δ | superfluum] semper fluere Φ semper fluere opus ET *Itali, cf. Stud. A 6?* ‖ 22 sit] fit g

15. Quaedam ex istis sunt, quibus assentire possi- 1
mus. sed hoc amplius censeo: placet natura regi terram et quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus et venae sunt et arteriae, illae sanguinis hae spiritus receptacula: in terra quoque sunt alia itinera, per quae aqua, alia, per quae spiritus currit; adeoque ad similitudinem illa humanorum corporum natura formavit, ut maiores quoque nostri aquarum appellaverint venas. sed quemadmodum in nobis non tantum 2
sanguis est sed multa genera umoris, alia necessarii alia corrupti ac paulo pinguioris (in capite cerebrum, in ossibus medullae, muci salivaeque et lacrimae et quiddam additum articulis, per quod citius flectantur ex lubrico), sic in terra quoque sunt umoris genera complura: quaedam quae mature durentur (hinc est 3
omnis metallorum *ort*us, ex quibus petit aurum argentumque avaritia, et quae in lapidem ex liquore vertuntur); in quaedam vero terra umorque putrescunt, sicut bitumen et cetera huic similia. haec est causa aquarum secundum legem naturae voluntatemque nascentium. ceterum ut in nostris corporibus ita in illa 4
saepe umores vitia concipiunt: aut ictus aut quassatio aliqua aut loci senium aut frigus aut aestus corrupere naturam; et sulphuratio contraxit umorem, qui modo

4 *sqq. cf. Aetnae v. 98 sqq.* *utque animanti*
per tota errantes percurrunt corpora venae,
ad vitam sanguis omnis qua commeat † idem,
terra voraginibus conceptas digerit auras.

1 possimus A^1Q] possumus ‖ 7 illa *Haase*] illam (*ante* ad δ) | natura formauit] formauit deus δ 8 appellauerint δZ] -runt ‖ 9 non] *om.* λ ‖ 10 sed] et *add.* δp ‖ 11 pinguioris] pigrioris δ ‖ 12 muci] mucci **PZ** musci **ET** *Bong. cod.* musculi Δ ‖ 15 complura] quam plura **m**ϑ mature] natura δ ‖ 16 ortus *Ge.*] humus, omne met. genus *Fortun.* | aurum argentumque petit *coll.* Δ ‖ 18 in quaedam uero] in quibusdam uero locis Δ | putrescunt] liquescunt Δ ‖ 20 uoluntatemque] uoluntate δ ‖ 23 corrupere **A**ϑ] corrumpere

diuturnus est, modo brevis. ergo ut in corporibus nostris sanguis, cum percussa vena est, tam diu manat, donec omnis effluxit aut donec ⟨in⟩ venae scissura subsedit atque interclusit vel aliqua alia causa retro dedit sanguinem: ita in terra solutis ac patefactis venis rivus aut flumen effunditur. interest, quanta aperta sit vena: quae modo consumpta aqua deficit, modo excaecatur aliquo impedimento, modo coit velut in cicatricem comprimitque quam perfecerat viam; modo illa vis terrae, quam esse mutabilem diximus, desinit posse alimenta in umorem convertere. aliquando autem exhausta replentur modo per se viribus recollectis, modo aliunde translatis: saepe enim inania apposita plenis umorem in se avocaverunt; saepe terra, si facilis est in tabem, ipsa solvitur et umescit; idem evenit sub terra quod in nubibus, ut spissetur ⟨aër⟩ graviorque, quam ut manere in natura sua possit, *g*ignat umorem; saepe colligitur roris modo tenuis et dispersus liquor, qui ex multis in unum locis confluit (sudorem aqui-

17—19 *cf. Aetnae v. 120 sqq.*
non ille ex tenui ⟨g⟩uocumque agat, apta necesse est
(ubi legerim: rore ille ex tenui quaecumque agit, ante necesse est)
confluvia errantes arcessant undique venas
et trahat ex pleno quod fortem contrahat amnem.

1 ut] *om.* δ ‖ **2** est uena *coll.* δ**E** ‖ **3** aut d.] ac d. δ | in *add. Ge.* | subsedit] consedit ϱ ‖ **4** atque i.] *sc. eam*, viam *add. Skutsch*, seque i. *Rossb.* | alia aliqua *coll.* λ | causa] cura δ ‖ **5** in terra] inter Φ interim **E** ‖ **6** quanta] quanto δ(Δ?) ‖ **7** quae modo] quomodo δ**cp**(Δ)**L**^{1}(**O**^{2}?) | excaecatur] exsiccatur Δ ‖ **9** quam] illam quam δ | perfecerat] fecerat ε perfecerit **B** patefecerat **T** *vulgo* patefecit **A** ‖ **10** mutabilem esse *coll.* δ ‖ **13** translatis] transactis δ ‖ **14** auocauerunt] attrahunt Δ | terra — **15** ipsa] transire facilis in aliud ipsa terra δ ipsa *post* est *coll.* ε ‖ **15** idem] saepe idem *Haase* | sub — **16** graviorque] si sub terra spissetur grauioremque δ ‖ **16** quod] qua (?) ϱ | aer *add. Haase*, uapor *Fromondus add.* ‖ **17** manere] *ante* possit *coll.* δ | gignat **T**] gignit **E** signat *trad.* ‖ **19** sudorem] sudores λ**Z** | aquileges] aque leges Δ, aqua leges **L**^{2} aqua liges **Z**

leges vocant, quia guttae quaedam vel pressura loci eliduntur vel aestu evocantur). haec tenuis unda vix 8
fonti sufficit: et ex magnis cavcis magnisque conceptibus excidunt amnes, nonnumquam leviter emissi, si aqua pondere suo se tantum detulit, nonnumquam vehementer et cum sono, si illam spiritus intermixtus eiecit.

16. 'Sed quare quidam fontes senis horis pleni 1
senisque sicci sunt?' supervacuum est nominare singula flumina, quae certis mensibus magna certis angusta sunt, et occasionem singulis quaerere, cum possim eandem causam omnibus reddere. quemadmodum quar- 2
tana ad horam venit, quemadmodum ad tempus podagra respondet, quemadmodum purgatio, si nihil obstitit, statum diem servat, quemadmodum praesto est ad mensem suum partus: sic aquae intervalla habent, quibus se retrahant et quibus redeant. quaedam autem intervalla minora sunt et ideo notabilia, quaedam maiora nec minus certa. ecquid hic mirum est, cum 3
videas ordinem rerum et naturam per constituta procedere? hiems numquam aberravit, aestas suo tempore incaluit, autumni verisque, unde solet, facta mutatio

3 *cf. Aetnae v. 126 occulta fluunt tectis adoperta cavernis.*

1 quia] que δ ‖ 2 eliduntur] eduntur δ ‖ 3 fonti] forti δ | et] uel ϱ at *Pinc.* sed *Ge. del. Rossb.* | caueis *Diels*] causis ‖ 4 excidunt] excedunt $\delta \mathbf{E}^1$, exeunt *Haase* | amnes] annes $\mathbf{F}\varrho$ | nonn. leu. emissi] *om.* δ | leuiter] *i. e. leise* ‖ 6 illam] illa δ ‖ 11 sing.] in singulis *Madvig* | possim] possis λ ‖ 12 omn.] de omnibus **ET** omnium **Z** ‖ 15 statum] statutum Δ**ET** ‖ 17 redeant ε**E**] reddant $\Phi\delta$ ‖ 18 min. — et] quia min. sunt Δ | notabilia] sunt *add.* δ ‖ 19 ecquid *Haase*] et quid | hic] hoc Δ | est mirum *coll.* $\mathbf{F}\lambda$ ‖ 20 ordinem] ordine *Gertz, Joh. Müller* | et nat.] naturam *Gertz* naturam et *Joh. Müller conl. 29, 4* | per constituta] *om.* **E** *Gertz* ‖ 22 incaluit] incanduit δ | unde] ut δ, quando *Haase,* unde solet *sc. mutari interpr. G. Müller Leo, qui* stata *pro* facta *coni., fort.* unde solis *Ge.*

est; tam solstitium quam aequinoctium suos dies rettulit.

4 Sunt et sub terra minus nota nobis iura naturae sed non minus certa: crede infra, quicquid vides supra. sunt et illic specus vasti [sunt] ingentesque recessus 5 ac spatia suspensis hinc et inde montibus laxa; sunt abrupti in infinitum hiatus, qui saepe illapsas urbes receperunt et ingentem ruinam in alto condiderunt — 5 haec spiritu plena sunt, nihil enim usquam inane est — et stagna obsessa tenebris et locis † amplis. ani- 10 malia quoque illis innascuntur, sed tarda et informia ut in aëre caeco pinguique concepta et aquis torpentibus situ, pleraque ex his caeca ut talpae et subterranei mures, quia deest lumen, quod supervacuum est; inde, ut Theophrastus affirmat, pisces quibus- 15 dam locis eruuntur.

1 17. Multa hoc loco tibi in mentem veniunt *dicta* urbane in re incredibili. fabulam dicas, non cum retibus

3 *cf. Aetnae v. 135 sq. certis tibi pignera rebus atque oculis haesura tuis dabit ordine tellus. add. 143—145.* ‖ **4—8** *cf. Aetnae v. 302 sq. credendumst etiam ventorum existere causas sub terra similis harum, quas cernimus extra. 117 sqq. quis enim non credit inanis esse sinus penitus eqs. (p. 108).* ‖ **5** *cf. Aetnae v. 160 vastosque recessus* ‖ **5—10** *cf. Aetnae v. 137 sqq. immensos plerumque sinus . . densaque abscondita nocte . . chaos vastum et sine fine ruinas . . aër tantum effugit ultra* ‖ **15** *cf. Theophr. fr. 171, 7 Wim.*

1 suos dies] dies suos δ suus d. *Michaelis. sed cf. Kühner § 103, 2* ‖ **2** rettulit *Gertz*] retulit ‖ **5** sunt *del. Ge. cum* J^2 | que] *om.* Λ**E** ‖ **9** enim] *om.* ϱ ‖ **10** et] ac **Z** etiam **E**, sunt etiam *Madvig, sed cf. l. 5* | locis amplis] lacus ampli *Haupt, fort.* luto amplissima *Ge.* ‖ **12** pinguique] pigroque δ ‖ **13** situ *i. e. luto*] facta Λ | pleraque] pluraque (ε)λ | caeca ex his *coll.* $\delta\varrho$ ‖ **14** quia] quibus **E**1 | quod] quia Φ ‖ **16** eruuntur] *fort. plura exciderunt velut* adhuc spirantes *vel* qui reuiuiscunt cum (in olla) coquuntur, *cf. Theophr. de pisc. 7 sq. et infra* ‖ **17** dicta *Ge.*] quae, *nisi ad* quae *addere . .* poetae iocantur *vis* | **18** in] ut in **ET** | incredibili.] *distinxi cum Skutsch*, credibili δ | fabulam] fabulae **Z**, *del. Haase*, fabulamur: *Leo*

aliquem nec cum hamis sed cum dolabra ire piscatum. 'expecto, ut aliquis in mari ve*n*etur.' quid est autem, quare non pisces in terram transeant, si nos maria transimus, permutabimus sedes? hoc miraris accidere: 2 quanto incredibiliora sunt opera luxuriae, quotiens naturam aut mentitur aut vincit? in cubili natant pisces, et sub ipsa mensa capitur qui statim transferatur in mensam: parum videtur recens mullus, nisi qui in convivae manu moritur; vitreis ollis inclusi afferuntur et observatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante spiritu vertit; alios necant in garo et cond*i*unt vivos. hi sunt qui fabulas 3 putant, piscem vivere posse sub terra et effodi, non capi! quam incredibile illis videretur, si audirent natare in garo piscem nec cenae causa occidi *sed* super cenam, cum multum in deliciis fuit et oculos ante quam gulam pavit? 18. Permitte mihi quaestione 1 seposita castigare luxuriam. 'nihil est', inquis, 'mullo expirante ill*o* formosius: ipsa colluctatione animae *de*ficientis rubor primum, deinde pallor subfunditur, *s*quamaeque variantur et ⟨in⟩ incertas facies inter vitam ac mortem coloris est vagatio. l*ang*o*r* som-

1 nec] aut **δ** ‖ **2** expecto] expecta **δ p** | uenetur] *Pincianus*] uersetur | autem] *om.* **δ T** ‖ **3** non] *hic om.* **B** *ante* trans. *coll.* **δ** (*bis* **A**) | maria] in maria **E** ‖ **4** permutabimus] permutavimus *Haase* | accidere] accedere **λ** me addere **δ** ‖ **5** quotiens] cum **δ** ‖ **6** naturam **δ**] natura | uincit **Δ P**] *sc. luxuria*, uincitur (**ε**) **Φ** ‖ **9** in] *om.* **A ϱ** ‖ **12** in garo] in gula **δ** | condiunt **E¹ Z**] condunt, *post* uiuos **δ** *Erasmus* | hii sunt] hii **δ p** ubi sunt . . ? *Madvig* ‖ **13** posse] *ante* piscem **δ** *ante* uiuere **E** | effodi] effundi **δ** **15** in garo] *om.* **δ** *post* piscem **E** | piscem] *om.* **P** occidi sed *Pincianus*] occidisse **Φ** occisum esse (esse *om.* **B c**) **Δ**, occidi nisi *Schultess* ‖ **16** super] per *Kroll* ‖ **19** [illegible] **T**] illis **Φ** illic **E** *om.* **Δ J¹ K** | animae] animam **Δ** ‖ **20** deficientis *Ge.*] afficienti **Φ** efflantis **δ** sese afficienti **E T** sese affligenti *Haase*, sese inficiente *Madvig* ‖ **21** squamaeque *Leo-Skutsch*] quam aeque | uariantur] uariatur **Δ** | in incertas *Ge.*] incertas **δ** in ceteras **ε Φ** *vulgo*, incerta . . est. vagatio longa *Curio* ‖ **22** ac] et **Δ ϱ** langor *Leo*] longa

niculosae inertisque luxuriae quam sero exp*errectus* circumscribi se et fraudari tanto bono sensit: hoc ad-
2 huc tam pulchro spectaculo piscatores fruebantur — quo coctum piscem, quo exanimem? in ipso ferculo expiret.' mirabamur tantum illis inesse fastidium, ut nollent attingere nisi eodem die captum, qui, ut aiunt, saperet ipsum mare: ideo cursu advehebatur, ideo gerulis cum anhelitu et clamore properantibus dabatur via.
3 quo pervenere deliciae? iam pro putrido his est piscis occisus. 'hodie eductus est.' "nescio de re magna tibi credere: ipse oportet me † credas, huc afferatur, coram me animam agat." ad hunc fastum pervenit venter delicatorum, ut gustare non possint, nisi quem in ipso convivio natantem palpitantemque viderunt: quantum ad sollertiam, luxuriae pereunt † his accedit, tantoque subtilius cotidie et elegantius aliquid excogitat furor usitata
4 contemnens. illa audiebamus: 'nihil est melius saxatili mullo', at nunc audimus: 'nihil est moriente formosius; ad mihi in manus vitreum, in quo exsultet ⟨et⟩ trepidet.' ubi multum diuque *luct*atus est, ex illo per-

1 luxuriae] negligentia *add.* **Z** | experrectus *Leo secundum Hermolaum Barb.*] expressero $\delta\Phi$ et expressero ε expectatio (expectio **T**) *sed ante* quam *coll.* **ET** ‖ **3** pulcro λQ ‖ **4** quo] et *add.* δ ‖ **5** expiret] experirentur δ | illis inesse **A**Φ] in illis esse Δ**T** illis esse **Z** inesse illis **E** ‖ **6** attingere] *om.* δ | captum] piscem *add.* Δ comedere *praeterea* δ ‖ **7** saperet] saporet δ sep(ar)et ε**T** ‖ **9** iam — **10** est] is pro putrido (putido δ) iam piscis offertur (affertur ε), qui non hodie eductus, hodie occisus est Δ ‖ **9** his est] *valet luxuriosis, cf. 17, 3 hi sunt* ‖ **11** credere] *cf. V 11, 1* | me credas,] me tibi credas, δ, *unde* ne tibi credas: *effici potest,* ne caedas, *Haase,* ipsi op. mensae credas, *Joh. Müller,* nec caesus *Kroll,* integer nans *Leo,* intrepidus *Ge.* ‖ **12** hunc] hoc $\Delta\lambda$**P**^{2} | fastum **ET**] festum peruenit uenter] peruenerunt uentres Δ ‖ **13** possint] piscem *add.* Δ ‖ **14** quantum] quanti Δ quanto . . . plures eunt *Fortun.* tantum . . luxuria pereuntibus acc. *Haase* ‖ **15** sollertiam,] *distinxit Leo* | pereunt, his (hic **LO**) *trad.*] pereuntis *Gronov.* semper euentus *Leo,* pertaesum esse *vel* iteratio *Ge.* | tantoque] tantaque λ tanto *Fortun.* ‖ **17** saxatili] salatili ε**L**^{1} saxatile *Haase versum Ennianum esse ratus* | **19** uitreum] uas uitreum ε | et *add.* λ in quo Δ ‖ **20** diuque]

lucido vivario extrahitur. tunc, ut quisque peritior est, monstrat: 'vide, quomodo exarserit rubor omni acrior minio; vide, quas per latera venas agat! ecce sanguineum putes ventrem! quam lucidum quiddam caeruleumque sub ipso tempore effulsit! iam porrigitur et pallet et in unum colorem componitur.' ex his nemo morienti amico assidet, nemo videre mortem patris sui sustinet, quam optavit. quotusquisque funus domesticum ad rogum prosequitur? fratrum propinquorumque extrema hora deseritur, ad mortem mulli concurritur: 'nihil est enim illa formosius.' non tempero mihi, quin utar interdum temerarie verbis et proprietatis modum excedam: non sunt ad popinam dentibus et ventre et ore contenti — oculis quoque gulosi sunt. 6 7

19. Sed ut ad propositum revertar, accipe argumentum, magnam vim aquarum in subterraneis occuli fertilem foedorum situ piscium: si quando erupit, effert secum immensam animalium turbam, horridam aspici et turpem ac noxiam gustu. certe cum in Caria circa Idumum urbem talis exiluisset unda, perierunt quicumque illos ederant pisces, quos ignoto ante eam diem caelo novus amnis ostendit. nec id mirum: erant enim pinguia et differta ut ex longo otio corpora, 1 2

ubique **Φ** | luctatus **g** *cf. 18, 1 colluctatione*] laudatus ‖ **1** ut peritior quisque *coll.* **ϱZ** *Skutsch*, p. ut q. $\mathbf{Z}^1$ q. et p. **JK** ‖ **3** agat uenas *coll.* **Fλ** ‖ **4** sanguineum] sanguinem (ε?) **E** ‖ **5** que] *om.* **δ** | porrigitur] *sc. moriens* ‖ **6** et] *ante* in *om.* **δ** ‖ **7** uidere] *post* sui **δ** *ante* nemo **Z** ‖ **9** quotus] quietus **Φ** ‖ **9** proseq.] sequitur **Φ** | fratrum] fratrem (?) **FλZ** ‖ **10** mulli] nulli **δλZ** ‖ **14** et] *ante* uentre *om.* **Φe** ‖ **17** occuli **δ**] occultis ‖ **18** foedorum] foedo **δp** ‖ **19** effert] adfert **BE** ‖ **20** aspici] *om.* **ϱ** | et t.] ac t. **δ** | Caria] Paria **Φ** ‖ **21** Idumum **Bλ**] idymum **Z**, u *vel* y *Haupt conl. Ptol. Geogr. V 2, 20,* idimum **H**(**ϑ**) idunum **AFP** ydimum **E** ‖ **22** ederant] ederunt **λ** | ignoto] -tos $\mathbf{E}^2\mathbf{Z}$ ‖ **23** amnis] annis **Fϱ** *ut saepe* ‖ **24** diff.] discreta **δ** | ocio *trad.*

ceterum inexercitata et tenebris saginata et lucis ex-
3 pertia, ex qua salubritas ducitur; nasci autem posse
pisces in illo terrarum profundo sit indicium, quod
anguillae latebrosis locis nascuntur, gravis et ipsae
cibus ob ignaviam, utique si altitudo illas luti penitus
4 abscondit. habet ergo non tantum venas aquarum
terra, ex quibus conrivatis flumina effici possint, sed
amnes magnitudinis vastae, quorum aliis semper in
occulto cursus est, ⟨alii aliquatenus aperte fluunt,⟩
donec aliquo sinu terrae devorentur, alii sub aliquo
lacu emergunt. iam quis ignorat esse quaedam stagna
sine fundo? quorsus hoc pertinet? ut appareat hanc
aquam magnis amnibus aeternam esse materiam, cuius
non tanguntur extrema sicut fluminum fontes.

1 20. 'At quare aquis sapor varius?' propter quattuor
causas: ex solo prima est, per quod fertur; secunda ex
eodem, si mutatione eius nascitur; tertia ex spiritu,

6—14 *cf. Lucan. Phars. X 263 sq.*
quasdam . . aquas post mundi sera peracti
saecula concussis terrarum erumpere venis.
8—10 *cf. Aetnae v. 123 sqq.*
flumina quin etiam latis currentia rivis
occasus habuere suos: aut illa vorago
derepta in praeceps fatali condidit ore.
aut occulta fluunt tectis adoperta cavernis
atque inopinatos referunt procul edita cursus.
132 sq. quod si praecipiti conduntur flumina terra (fort. raptu),
condita si redeunt, si qua etiam incondita surgunt . .

1 expertia] inexperta **ε** ‖ 2 pisces posse *coll.* **Q** ‖ 5 luti] luci **EO** lucis (*ante* illas) **ε** ‖ 7 conr.] inriuatis **λ** | possint] possunt **ΔET** | sed] et *add.* **δ** ‖ 8 semper] *s. l.* **λ** | in occulto] *om.* **δ** ‖ 9 alii a. a. fluunt *add. Ge.* ‖ 11 iam] nam *Kroll* | esse] *post* stagna **λ** ‖ 12 quorsus] quorsum **Δ** | pert.] attinet **δ** | hanc aquam] *fort.* hinc aquae *Ge.* ‖ 14 sicut] sic **EJ²Z** | fluminum **A**] flumina | fontes] fontium **Δ** 15 *hic capp. 22 et 23 coll. Haase sagacissime* ‖ 16 per quod fertur] ex quo efferuntur **δ** ‖ 17 eodem **ϑL²Z**] eadem | si mutatione *Gronov.*] simulatione **Φ** similitudine **Δ** | eius] *om.* **δ**

qui in aquam transfiguratus est; quarta ex vitio, quod saepe concipiunt corruptae per iniuriam. hae causae 2
saporem dant aquis varium, hae medicatam potentiam, hae gravem spiritum coloremque pestiferum, hae levitatem gravitatemque, ⟨hae⟩ aut calorem aut nimium rigorem. interest, utrum loca sulphure an nitro an bitumine plena transierint; hac ratione corruptae cum vitae periculo bibuntur. illinc illud, de quo Ovi- 3
dius ait

> flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
> viscera, quod tactis inducit marmora rebus,

medicatum est et eius naturae habet limum, ut corpora adglutinet et obduret. quemadmodum Puteolanus pulvis, si aquam attigit, saxum est, sic e contrario haec aqua, si solidum tetigit, haeret et affigitur. inde est, 4
quod res abiectae in eundem† lacum lapideae subinde extrahuntur; quod in Italia quibusdam in locis evenit: sive virgam sive frondem demerseris, lapidem post paucos dies extrahis; circumfunditur enim corpori limus

3—7 *Lyd. de mens. IV 108* διὸ καὶ βλεννώδης ἡ φύσις τῶν τοιούτων ὑδάτων, ἐπεὶ καὶ θαλάττια [*leg.* θαλαττία] τῷ δὲ πυρὶ [*immo* τῷ ἐδάφῳ] τὸ ἅλμυρὸν ἐπὶ τὸ σικχὸν μεταβάλλουσα ἀσφαλτώδης τε ἅμα καὶ στυπτηρίας καὶ θείου ἔμπλεως γίνεται. ‖ 10 *sq. Ov. Met. X 2 sq.*

1 aquam transfiguratus] tantum fuga** δ ‖ 3 dant a. saporem *coll.* δ ‖ 4 colorem] odorem **TZ** *Albertus Magnus* | pestif. — 5 que] *om.* δ ‖ 5 hae *add. Haase* | aut] ut δ | aut nimium] nimium et δ ‖ 6 loca] per loca δ | nitro] uitro (ε?)**F** λ ‖ 7 transierint δ**E**] -ierunt Φ -eant ε ‖ 8 illinc] illinc est δ illic Φ hinc **E** | illud de quo] quod **B** ‖ 10 flumen] fulmen λ**Z** | reddit] reddunt λ ‖ 12 medicatum] medicamentum δ**Z** *Albertus* | corpora] corporibus Φ ‖ 13 adgl.] et glutinet δ se adglutinet **E** ‖ 14 saxum est] *om.* δ ‖ 16 ab.] adiectae ϱ | eundem] eiusmodi *Gertz, fort. lutet* Tyaneum *(cf. Vitr. 8, 3, 9) vel tale aliquid* ‖ 17 in] *ante* quibusdam δ *om.* ε**Z** ‖ 18 siue] si ε**E** | siue] sine J^1K uel **E** | frondem] fraudem λ | dem. $\Delta\vartheta L^2Z$] dimerseris **AF** $\lambda\varrho$

adliniturque paulatim. hoc minus tibi videbitur mirum, si notaveris Albulas et fere sulphuratam aquam circa canales suos rivosque durari.

Aliquam harum habent causam illi lacus, 'quos quisquis faucibus hausit', ut idem poeta ait,

'aut furit aut patitur mirum gravitate soporem':

similem habent vim mero, sed vehementiorem (nam quemadmodum ebrietas, donec exsiccetur, dementia est et nimia gravitate defertur in somnum, sic huius aquae sulphurea vis habens quoddam acrius ex aëre noxio virus mentem aut furore movet aut sopore opprimit).

hoc habet mali

Lynceius amnis,
quem quicumque parum moderato gutture traxit,
haut aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

21. In quosdam specus qui despexere, moriuntur; tam velox malum est, ut transvolantes aves deiciat: talis est aër, talis locus, ex quo letalis aqua distillat. quod si remissior fuit aëris et loci pestis, ipsa quoque temperatior noxa nihil amplius quam temptat nervos velut ebrietate torpentes. nec miror, si locus atque aër aquas inficit similesque regionibus reddit, per quas

4—6 *Ov. Met. XV 320 sq.* ‖ 13—15 *Ov. Met. XV 329 sqq.*

1 uidebitur tibi *coll. Δ* ‖ 2 Albulas] -lam *δ* ‖ 3 riuosque *δ*] cimbosque *ε* cibosque *Φ* ripasque **ET** tubosque *Alberti cod. Mur. cf. 24, 3, ep. 90, 25* ‖ 4 aliquam] aliam *Haase* | harum] *om.* *εϑT Haase* ‖ 5 quisquis] quisque *ε*P quisque ut **ET** si quis *vel* quisquis *Ovidii codd.* ‖ 7 habent **B**] habet ‖ 8 exsic.] siccetur *δ* ‖ 10 habens *Haase*] et habens *Φ* habet *Δ* | quoddam *Δ***F***ϱ***Z**] quiddam **A***ϑλ* | aere] ipso *add.* **F***λ* ‖ 11 uirus] quod *add.* *δ* | furore] furorem *ε***O**P, in furorem *δ* ‖ 13 Lync.] linceius **A***ϑϱ***Z** liceius **BH**^{1} linceus **E** lintheus *λ* Lincestius *Ov. codd. ubi* Lyncestius *ed.* ‖ 14 quem] quam *δ*P ‖ 15 haut] aut *λ*P ‖ 17 est] *om.* *ϱ* ‖ 18 est] *om.* *δ* ‖ 19 fuit] fuerit *Δ* ‖ 20 temperatior] -antior *δλ*

et ex quibus veniunt: pabuli sapor apparet in lacte, et vini vis existit in aceto — nulla res est, quae non eius, quo nascitur, notas reddat.

22. Aliud est aquarum genus, quod nobis placet coepisse cum mundo: sive ille aeternus est, hoc quoque fuit semper, sive initium aliquod est illi, hoc quoque cum toto dispositum est. quae *sint* haec, quaeris? Oceanus et quodcumque ex illo mare terras interluit. iudicant quidam flumina quoque, quorum inenarrabilis natura est, cum ipso mundo traxisse principia, ut Histrum, ut Nilum, vastos amnes magisque insignes, quam ut dici possit eandem illis originem quam ceteris esse. 23. haec est ergo aquarum divisio: quaedam, ut videtur *praestitum* ex posterioribus, caelestes, quas nubila excutiunt; ex terrenis aliae sunt ut ita dicam supernatantes, quae in summa humo repunt, aliae abditae, quarum reddita est ratio.

24. Quare quaedam aquae caleant, quaedam etiam 1

10 *cf. Lucan. Phars. X 265 sq. quasdam (aquas) compage sub ipsa cum toto (mundo) coepisse reor* ‖ 18 — *p. 118, 3 Lyd. de mens. IV 108* ὅτι ὅπη ἂν πυρὸς νομὴ καίοιτο, σηραγγώδη ἀνάγκη τυγχάνειν τὴν ἐν βάθει γῆν· ἐξ ἧς αἰτίας τὰ θερμὰ ὕδατα [*num* θερμὰ τὰ ὕδατα ?].

3 notas] naturam *Δ*Z causas T ‖ 4 *capp. 22/23 ante caput 20 coll. Haase* ‖ 5 hoc] hac K hic L¹OP haec *Fickert* ‖ 6 semper *om. δ* | siue] sine initio *δ* | hoc] haec *Φ vulgo* ‖ 7 dispositum] disposita *Φ vulgo* | quae sint haec (*vel* hae) *Ge.*] quae sit haec *Φ* quid sit hoc A quid (quod g) si hoc *Δ* ‖ 8 oceanus HZ] occeanus *Φ* occeanum *δ* | ex] cum *δ* | interluit] interfluit A¹B ‖ 9 iudicant quidam] *ante* cum ipso *δ* ‖ 10 est natura *coll.* A *om.* B ‖ 11 histrum *trad.* ‖ 13 esse] *supra* originem *λ post* quam *ϱ* | quaedam ut] ut quibusdam *Δ* ‖ 14 praestitum *Ge.*] post illum *Φ* post illam *Δ*ET prostillant (ex sup.) *Schultess* | ex posterioribus] *sc. libro IV b*; ex superioribus ET | cael.] scelestes (sunt celestes A) *ante* ex *δ* | quas AHL²PZ] aquas *Δ*ET aqua(s *?*) *λ* ‖ 15 terrenis] *cf. p. 97, 3* | ut ita dicam, alie sunt *coll. δ* ‖ 17 reddita] *cap. 23, cf. 19, 4* | ratio est *coll. δ* ‖ 18 quaedam e.] quare e. *δ*

ferveant in tantum, ut non possint esse usui, nisi aut in aperto evanuerunt aut mixtura frigidae intepuerunt, plures causae redduntur. Empedocles existimat ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam calescere, si subiecti sunt *ei* solo, per quod aquis trans- 5
2 cursus est. facere solemus dracones et miliaria et complures formas, in quibus aere tenui fistulas struimus per declive circumdatas, ut saepe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatii, quantum efficiendo calori sat est: frigida itaque intrat, effluit calida. 10
3 idem sub terra Empedocles existimat fieri, quem non falli crede *Baianis*, quibus balnearia sine igne calefiunt, spiritus in illa fervens loco aestu*a*rii infunditur; hic per tu*b*os lapsus non aliter quam igne subdito parietes et vasa balnei calefacit, omnis denique frigida 15 transitu mutatur in calidam nec trahit saporem e va-
4 pora*r*io, quia clausa praelabitur. quidam existimant per loca sulphure plena vel nitro euntes aquas calorem beneficio materiae, per quam fluunt, trahere: quod ipso odore gustuque testantur; reddunt enim qualitatem 20

3—11 *Emp. fr. A 68 Diels p. 172* ‖ 12—19 *Lyd. de mens. IV 108* ⟨*ἡ δὲ θερμότης*⟩ *οὐ καθαίρει μᾶλλον ὑποξηραίνουσα* (*sc. τὰ ὕδατα*), *τῶν ἀτμῶν τῆς ἀσφάλτου τῇ πλείονι τῶν ὑδάτων ὑγρότητι βυθιζομένων.*

1 non] *om.* **BP** ‖ 5 ei *Haase, Michaelis*] et **Φ** *om.* **ΔT** | aquis] aquarum **δ** ‖ 7 (a)ere tenui **ελP**] tenui ere **Z** tenui creta **δ** ere **ϑ** ereas **ET** | struimus] facimus **δ** ‖ 8 circumdatas] *corr.* c. ductas *vel* c. latas *Ge.* ‖ 10 intrat] intra (**λ**)**P** | calida] aqua *add.* **δ** ‖ 11 sub] *om.* **δ** | Emp.] *post* fieri **δ** *ante* sub **E** ‖ 12 crede Baianis. *G. Müller conl. Plin. 31, 5*] credebant. In **Φ** credent ii *Pincian. cf. VI 24, 6* | sine igne] super igne **δ** *om.* **EJ¹K** | calef.] calfiunt **FOZ** ‖ 13 aestuarii *Haase*] aestuanti ‖ 14 per tubos *Muret.*] pertusos **Φ** per riuos **Δ** ‖ 16 trahit] tradit *Gronov.* | e uaporario *Gronov.*] euaporatio ‖ 17 prael.] perlabitur **Δ** ‖ 18 uel] exeuntes uel **δ** | nitro e. **H** *ut coni. Gertz, cf. 20, 2*] introeuntes | calorem beneficio] beneficium **δ** ‖ 19 fluunt] transeunt **δ** ‖ 20 enim] *om.* **J¹KT** | qualitatem eius] *om.* **λ**

eius, qua caluere, materiae. quod ne accidere mireris, vivae calci aquam infunde: fervebit.

25. Quaedam aquae mortiferae sunt nec odore no- 1
tabiles nec sapore. circa Nonacri*n* in Arcadia Styx
appellata ab incolis advenas fallit, quia non facie, non
odore suspecta est: qualia sunt magnorum artificum
venena, quae deprehendi nisi morte non possunt. haec
autem, de qua paulo ante rettuli, aqua summa celeritate
corrumpit, nec remedio locus est, quia protinus hausta
duratur, nec aliter quam gypsum sub umore con-
stringitur et alligat viscera. est *i*tem noxia aqua in 2
Thessalia circa Tempe, quam et fera et pecus omne
devitat: per ferrum et aes exit, tanta vis illi est etiam
dura mordendi; nec arbusta quidem ulla alit et her-
bas necat. quibusdam fluminibus vis inest mira; alia 3
enim sunt, quae pota inficiunt greges ovium intraque
certum tempus, quae fuere nigr*ae*, albam ferunt lanam,
quae albae venerant, nigrae abeunt. hoc in Boeotia
amnes duo efficiunt, quorum alteri ab effectu Melas
nomen est: uterque ex eodem lacu exeunt diversa fac-
turi. in Macedonia quoque, ut ait Theophrastus, 4

21 *Theophrastus: inter fragm. W. deest.*

3 odore Δ**ET**] ore ‖ 4 Nonacrin *Fortun.*] nonacrinum | archadia stix *trad.* ‖ 6 artificum] -cium ϱ ‖ 7 deprehendi] deprendi **LP** ‖ 8 retuli *trad.* ‖ 9 est] *ante* remedio δ ‖ 10 duratur] durat δ | gipsum — 11 uiscera] gypsum constringit et alligat humore δ ‖ 11 item *Skutsch*] autem | noxia] et noxia δ ‖ 13 exit] transit δ | illi est] est illi **ET**, illi inest Δ ‖ 14 nec] ne *Gertz* | ulla quidem *coll.* ϱ ‖ 15 inest] est **OPT** ut est $\mathbf{J}^1\mathbf{K}$ | alia] *respondet* quosdam *p. 120, 8* ‖ 17 certum] breue δ | fuere] fuerunt Δ**E** | nigr(a)e **n**T] nigra ‖ 18 uenerant] ueniunt δ uenerunt *aut l. 17 f*uerant *Gertz* | hoc **B**Φ] haec **A**ε | boeotia] boetia (ε)Φ boetica ϛ**T** ‖ 19 duo amnes *coll.* δ | amnes] annes **FPT** | Melas] *cf. Vitruv. VIII 3, 14* ‖ 20 uterque] *cf. Kühner II § 9, 2.* utrique Δ utraque **E** utrumque **F** ‖ 21 theofrastus **F**λ

qui facere albas oves volunt, ⟨ad Haliacmonem⟩ adducunt, quem ut diutius potavere, non aliter quam infectae mutantur; at si illis lana opus fuit pulla, paratus gratuitus infector est: ad Peneion eundem gregem appellunt. auctores *bono*s habeo esse in Galatia flumen, quod idem in omnibus efficiat, esse in Cappadocia, quo poto equis nec ulli praeterea animali color mutetur et spargatur albo cutis. quosdam lacus esse, qui nandi imperitos ferant, notum est: erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres et mergi proiecta non possunt, licet gravia sint. huius rei palam causa est: quamcumque vis rem expende et contra aquam statue, dummodo utriusque par sit modus: si aqua gravior est, leviorem rem, quam ipsa est, fert, et tanto supra se extollet, quanto erit levior; graviora descendunt. at si aquae et eius rei, quam contra pensabis, par pondus erit, nec pessum ibit nec extabit sed exaequabitur aquae et natabit quidem sed paene mersa ac nulla eminens parte.

6 Hoc est, cur quaedam tigna supra aquam paene tota efferantur, quaedam ad medium submissa sint,

1 qui] amnis est ad quem qui **ET** est flumen ad quod qui (qui *om.* **ε**) **Δ** | uolunt oues albas *coll.* **δ** | ad Haliacmonem *add. Ge., cf. Plin. H. N. 31, 14 item in Macedonia qui velint sibi candida nasci ad Haliacmonem ducere, qui nigra aut fusca ad Axium.* ‖ 3 si illis] sullis **λP** fullis **BL** | fuit] sit **δ** ‖ 4 ad] et ad **δ** | peneion] Ceronem *Harduinus ad Plin. 31, 13* ‖ 5 appellunt **FZ**] appellant | bonos *Gronov.*] *Posidonium, puto, habebat vel Iubam, aut Sotionem (cf. Bergk, op. II 309, 7),* nouos **ΦΘ** bono uos **Z** | esse] *post* galatia **Fλ** ‖ 6 omnibus] *sc. animalibus,* ouibus **δETZ**, *cf. Plin. 31, 14 idem omnia fusca nasci . . quibusdam in locis dicit.* | esse] est et **ET** | capadocia *trad.* ‖ 8 spargatur] -gitur **εE** | albo **BΦ**] alba **Aε** ‖ 9 est *poster.*] et est **Bε** est et **AE** ‖ 10 syria **AεEFPT**] siria **BHOZ** ‖ 11 palam **ΘZ**] *post* causa **ελ** *om.* **δϱ** ‖ 12 uis rem] uim rerum **δ** ‖ 14 fert] feret **Δ** ‖ 15 extollet **ΘλZ**] -lit **δL**^{1}**ϱ** ‖ 16 descendunt **ΔE**] -dent **Φ** | aquae] aqua **ϱ** ‖ 18 exaeq.] equabitur **ε0ϱ** | aqu(a)e **AΦ**] aq̄ **EP** aqua **B**(**ε**) | et] sed **P** nec **T** ‖ 20 tigna] stagna **0**^{1}**P** tinna **J**^{1}**K** ‖ 21 efferantur] *hinc cetera*

quaedam ad aequilibrium aquae descendant. namque cum utriusque pondus par est, neutra res alteri cedit, graviora descendunt, leviora gestantur. grave autem et leve est non aestimatione nostra, sed comparatione eius, quo vehi debet. itaque ubi aqua gravior est 7 hominis corpore aut saxo, non sinit id, quo non vincitur, mergi: sic evenit, ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pessum eant. de solidis et duris loquor. sunt enim multi pumicosi et leves, ex quibus quae constant insulae in *Lydia*, natant: Theophrastus est 8 auctor. ipse ad Cutilias natantem insulam *vidi*, et alia in Vadimonis lacu vehitur (lacus in Statoniensi est). Cutiliarum insula et arbores habet et herbas nutrit: tamen aqua sustinetur et in hanc atque illam partem non vento tantum sed aura impellitur, nec umquam illi per diem ac noctem uno loco statio est: adeo movetur levi flatu. huic duplex causa est: aquae gravitas 9 medicatae et ob hoc ponderosae, et ipsius insulae materia vectabilis, quae non est corporis solidi, quamvis arbores alat. fortasse enim leves truncos frondesque in lacu sparsas pinguis umor apprehendit ac vinxit. itaque etiam si qua in illa saxa sunt, invenies exesa 10

10 *Theophrastus: inter fragm. W. deest.*

l. III et l. IV a om. $\delta(\Delta)$, *sed* efferantur *add. Chisiani Vat. 2 Prag.*^{2}, *ex* $\Phi(\vartheta)$ *pendet* ε *iam* η *nom.* ‖ **2** p. par est Φ] par est p ϱ | n. res] *cf. haec res III pr. 16, n. uis II 58, 2,* neutraque res ηJ^2 ‖ **3** descendunt η] decedunt **H**λ**Z** decendunt **E**(?)**T** discedunt **F** decidunt **P** ‖ **5** eius] *om.* ϱ ‖ **6** corpore (η?)**ETZ**] corporis | saxo *Skutsch*] saxi ‖ **10** Lydia *Hermol. Barb. ad Plin. H. N. 2,209*] india ‖ **11** Cutilias *Hermol.*] cutillas | uidi *Fortun.*] uado | et alia] ialia **HT**, in alia **Z** italia **P** ‖ **12** Vadimonis *Fort.*] uadosis | lacus in] alia in lacu *Hermol. aut Fortun., fort.* l. in agro *Ge,* | Statoniensi *Hermol. Barb. sec. Plin.*] statione uisi (nisi ς**EFJ**^{2}**Z** tusi **T**) Φ ‖ **13** cutiliarum *Hermol.*] cutillarum ‖ **15** impellitur **F**λ] comp. ‖ **18** et λ] *om.* $\vartheta\varrho$**Z** | materia] *om.* **EJ**^{2}**T** ‖ **21** lacu (η)**0Z** *Pinc.*] lacus ‖ **22** exesa **FH**$^2\lambda$**Z**] aquosa **EH**^{1}**J**$^2\varrho$

et fistulosa, qualia sunt quae duratus umor efficit, utique circa medicatorum fontium rivos, [quae] ubi purgamenta aquarum coaluerunt et spuma solidatur: necessario leve est, quod ex ventoso inanique concre-
11 tum est. quorundam causa non potest reddi: quare aqua Nilotica fecundiores feminas faciat, adeo ut quarundam viscera longa sterilitate praeclusa ad conceptum relaxaverit; quare quaedam in Lycia aquae conceptum feminarum custodiant, quas solent petere, quibus parum tenax vulva est. quod ad me attinet, pono ista inter temere vulgata. creditum est quasdam aquas scabiem afferre corporibus, quasdam vitiliginem et foedam ex albo varietatem, sive infusa sive pota sit: quod vitium dicunt habere aquam ex rore collectam.
12 quis non gravissimas esse aquas credat, quae in crystallum coeunt? contra autem est: tenuissimis enim hoc evenit, quas frigus ob ipsam tenuitatem facillime gelat. unde autem fiat eiusmodi lapis, apud Graecos ex ipso nomine apparet: κρύσταλλον enim appellant aeque hunc perlucidum lapidem quam illam glaciem, ex qua fieri lapis creditur. aqua enim caelestis minimum in se terreni habens cum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis, donec omni aëre excluso in se tota compressa est et umor, qui fuerat, lapis effectus est.

1 26. Aestate quaedam flumina augentur ut Nilus, cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est auctor,

27 *Theophrastus: inter fragmenta W. deest.*

2 qu(a)e] *del. Ge.* quare *Haase,* ⟨stagna⟩ riuosque *Skutsch* ‖ 3 coaluerunt *vulgo*] colluerunt ‖ 8 Lycia] licia *Φ* | aquae . . 9 custodiant] aqua . . custodiunt *λ* (?) ‖ 12 uitiliginem *vulgo*] uituliginem T uitii (uiciis *λ* ?) legem *Φ om.* E ‖ 13 siue p.] seu p. *Skutsch* ‖ 15 grau.] crassissimas *Gertz* ‖ 15/19 cristallum *bis trad.* ‖ 18 eius] huius P ‖ 21 minimum] nimium *λ* (*var. lect. in* JK) ‖ 27 alias . . reddetur] *l. IV a cap. 1* | Th.] teofrastus *λ*

in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore aestivo. quattuor esse iudicant causas: aut quia tunc maxime in umorem mutabilis terra sit, aut quia maiores in remoto imbres sint, quorum aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffunditur. tertia: si crebrio- 2
ribus ventis ostium caeditur et reverberatur fluctu, amnis resistit, qui crescere videtur, quia non effunditur. quarta siderum ratio est: haec enim quibusdam mensibus magis urgent et exhauriunt flumina; cum longius recesserunt, minus consumunt atque trahunt: ita quod impendio solebat, id incremento accidit. quae- 3
dam flumina palam in aliquem specum decidunt et sic ex oculis auferuntur. quaedam consumuntur paulatim et intercidunt; eadem ex intervallo revertuntur recipiuntque et nomen et cursum. causa manifesta est: sub terra va*cat* locus, omnis autem natura umor ad inferius et ad inane defertur: illo itaque recepta flumina cursus egere secreto; sed cum primum aliquid solidi, quod obstaret, occurrit, perrupta parte, quae minus ad exitum repugnavit, repetiere cursum suum.

2—4 *cf. Aetnae v. 128 sq. diversos emittat terra canales, hospitium fluvium.* ‖ **11—14** *et* **20** *cf. Aetnae v. 123 sqq. (supra p. 114 exscripti)* ‖ **10—14** *cf. Aetnae v. 116 sqq.*

non est hic causa docenda,
dum stet opus causae. quis enim non credit inanis
esse sinus penitus (cf. p. 110), tantos emergere fontes
cum videt ac totiens uno se mergere hiatu?

2 esse] *post* iudicant η**T** | aut] ut J^1**K** quae ut **P** | iudicant] *fort.* iudicat *cum* g^1 *Ge.* ‖ **5** suff.] superfunditur λ ‖ **6** ostium] hostium *codd. plerique* ‖ **7** resistit] restitit η**F**λ ‖ **8** siderum] *post* r. est $\eta\lambda$ *ante* est **F** ‖ **10** trahunt] extrahunt *Skutsch* ‖ **11** ita] itaque η**ET** | impendio] impendi *Koeler,* -di iis *Madv.* | accidit] accedit **E** ‖ **12** aliquem] aliquam λ | dec.] incidunt ϱ ‖ **16** uacat *Fortun. (?)*] uagatur | locus] lacus **ET** ‖ **20** repugnauit] -abat ς**Z**

sic ubi terreno Lycus est potatus hiatu,
existit procul hinc alioque renascitur ore.
sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus
redditur Argolicis ingens Erasinus in undis.

idem et in Oriente Tigris facit: absorbetur et desideratus diu tandem longe remoto loco, non tamen dubius an idem sit, emergit. quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, ut Arethusa in Sicilia quinta quaque aestate per Olympia. inde opinio est Alpheon ex Achaia eo usque penetrare et agere sub mare cursum nec ante quam in Syracusano litore emergere, ideoque his diebus, quibus Olympia sunt, victimarum stercus secundo traditum flumini illic redundare. hoc et a te creditum est, ut in prima parte ⟨dixi⟩, Lucili karissime, et a Vergilio, qui alloquitur Arethusam:

sic tibi, cum fluctus subter labere Sicanos,
Doris amara suas non intermisceat undas.

Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum intervallum temporis foeda quaedam turbidus ex intimo

1—4 *Ov. Met. XV 273—276* ‖ **8** *hinc [Arist.] de mir. ausc. 186* ‖ **14** *Lucil.: FPR p. 363 B.* ‖ **16** *sq. Verg. Ecl. 10, 4 sq.*

1 Lycus *vel potius* licus *Ov. codd.*] lacus **Φ** locus **L** (*corr.?*) **Z** | potatus] epotus *Ov. codd.* ‖ **2** hinc] huic **λ** ‖ **3** c(om)b. **Z** *Ov. codd.*] cum b. | tacito] tecto *vel* toto *Ov. codd.* ‖ **4** undis] aruis *Ov. codd.* ‖ **5** in or.] moriente **λT** ‖ **6** non — **7** tempore] *om.* **ηE** ‖ **7** emergit] emersit **Fλ** ‖ **8** eiectant] -at **ηET** | *et* **15** Areth. **EJKL**] aretus. **HϱZ** ‖ **10** mare] mari *Skutsch* ‖ **11** Syr.] sirac. *codd. plerique* | litore *vel* littore *trad.* ‖ **12** ideoque] iamque **λ** ‖ **14** creditum] traditum *vulgo* | ut in prima parte] parte *om.* **Θ**, [ut] in poemate *Mur.* ut in poemate *vulgo,* ut *(sc. extat)* in primo *Schultess conl. III 1, 1,* ut in prooemio apparet *Kroll,* dixi *add. Ge.* ‖ **15** kar.] kme **Φ** carissime **Z** | uerg. **Z**] uirgilio **Φ** ‖ **17** amara] amata **ϱ** / suas . . undas] suam . . undam *Verg. codd.* ‖ **18** chersoneso **J²Z**] -nesso **Φ** chernorensio **λ** | rhod.] thodiorum **ϱ** ‖ **19** turbidus] turbinibus **ET**

fundat, donec liberatus eliquatusque est. hoc quibus- 7
dam locis fontes faciunt, ut non tantum lutum sed folia testasque et quicquid putre iacuit expellant. ubique autem facit mare, cui haec natura est, ut omne immundum stercorosumque litoribus impingat. quaedam vero partes maris certis temporibus hoc faciunt, ut circa Messenen et Mylas fimo quiddam simile turbulentae [a]vis mare profert fervetque et aestuat non sine colore foedo, unde illic stabulare Solis boves fabula est. sed difficilis ratio est quorundam, utique *ubi* tem- 8
pus *eluviei*, de qua quaeritur, [in]observatum sed incertum est. itaque proxima quidem inveniri et vicina non potest causa; ceterum publica est illa: omnis aquarum stantium clausarumque natura se purgat. nam in his, quibus cursus est, non possunt vitia consistere, quae secunda vis defert et exportat; illae, quae non emittunt quicquid insedit, magis minusve aestuant. mare vero cadavera stramentaque et naufragorum reliqua similia ex intimo trahit, nec tantum tempestate fluctuque sed tranquillum quoque placidumque purgatur.

6—10 *cf. Plin. H. N. 2, 220 omnia plenilunio maria purgantur, quaedam et stato tempore: circa Messanam et Mylas fimo similia expuuntur in litus purgamenta, unde fabula e⟨st⟩ Solis boves ibi stabulari.*

1 fundat] *fort.* fundit *Ge. cf. p. 126, 7* ‖ 5 impingat] impingnat **F**(J²)**L**²**Z** impugnat **λ** ‖ 7 messene(m)] Messanam *vulgo* | mylas] *vel* milas *trad.* | fimum] fimo *Plin. Fortun.* | quiddam **FH**] quidem **Φ**, quoddam *Bong.* | simile] sil'e **Φ** similem *Memm.* ‖ 8 turbulentae uis *Ge.*] -t(a)e auis **Φ** -ti auis **Z** -tum luis *Fortun.*, purgamentum *Bong.* -tis aquis *Haase, cf. VII 8, 3 causis turbulentis*, -te saeviens *Leo* | (a)estuat] exestuat **EHJ**²**Z**² ‖ 9 colore] calore **ϱ** *Alb. M.* odore *vulgo, fort. recte* | stabulare] -lari **ET** ‖ 10 quoru(m)dam] *sc. fontium* | ubi **ET**] inibi (*vel* nubi) ‖ 11 eluuiei *Ge.*] eius uel **Φ** eius rei **ET** | obs. sed *Fortun.*] inobseruatum sed **Φ** inobs. uel **EOT** ‖ 13 omnis] *fort.* omnium *Ge.* ‖ 18 stramenta] ramenta *G. Müller*, instrumenta *Rossbach*, uestimenta *Skutsch* | naufragorum] naufragiorum *Haupt* | reliqua] reliquiis *Fortun.*

1 27. Sed monet me locus, ut quaeram, cum fatalis dies diluvii venerit, quemadmodum magna pars terrarum undis obruatur: utrum oceani viribus fiat et externum in nos pelagus exurgat, an crebri sine intermissione imbres et elisa aestate hiems pertinax immensam vim aquarum ruptis nubibus deiciat, an flumina tellus largius fundat aperiatque fontes novos, *an* non sit una tanto malo causa sed omnis ratio consentiat et simul imbres cadant flumina increscant maria sedibus suis excita percurrant et omnia uno agmine ad
2 exitium humani generis incumbant. ita est. nihil difficile naturae est, utique ubi in finem sui properat. ad originem rerum parce utitur viribus dispensatque se incrementis fallentibus: subito ad ruinam toto impetu venit. quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perduret infans, quantis laboribus tener educatur, quam diligenti nutrimento obnoxium novissime corpus adolescit — at quam nullo negotio solvitur! urbes constituit aetas, hora dissolvit; momento fit cinis, diu silva; magna tutela stant ac vigent
3 omnia, cito ac repente dissiliunt. quicquid ex hoc statu rerum natura flexerit, in exitium mortalium satis est. ergo cum affuerit illa necessitas temporis, multas simul fata causas movent. neque enim sine concussione mundi tanta mutatio est, ut quidam putant, inter
4 quos Fabianus est. primo immodici cadunt imbres et sine ullis solibus triste nubilo caelum est nebulaque continua et ex umido spissa caligo numquam exiccan-

26 *Fabianus: cf. Zeller III 1, 677.*

2 diluuii] diluuî *Skutsch* ‖ 3 occeanus *codd. plerique ut semper* | ext(er)num] extremum **E** ‖ 4 exurgat] insurgat ≼**T** ‖ 7 an non *Gertz*] aut non ‖ 10 perc.] procurrant *Gertz* ‖ 11 exitium] exitum ≼**F**λ ‖ 12 est] *s. l.* λ | sui] suum **E**ϱ ‖ 14 se **HJ**^{2}**L**^{2}**MPZ**] *om.* **E**λ**T** ‖ 15 ueniet] ueniet *Skutsch* ‖ 17 tener] tenet λ ‖ 22 exitium] exitum $\eta\lambda$ | mortalium] *om.* λ ‖ 23 multas] multa η**E** ‖ 24 neque] nec $\eta\Xi$ ‖ 25 mundi t. mut.] mutatio (*om.* mundi) tanta ϱ ‖ 27 nebula *vulgo ex* ≼] nubila

tibus ventis. inde vitium satis est, segetum sine fruge surgentium marcor. tunc corruptis, quae seruntur manu, palustris omnibus campis herba succrescit. mox in- 5
iuriam et validiora sensere: solutis quippe radicibus arbusta procumbunt, et vitis atque omne virgultum non tenetur solo, quod molle fluidumque est. iam nec gramina aut pabula laeta aquis sustinet: fame laboratur et manus ad antiqua alimenta porrigitur, qua ilex est et quercus, excutitur et quaecumque in 6
arduis arbor commissura astricta lapidum stetit. labant ac madent tecta, et in imum usque receptis aquis fundamenta desidunt, ac tota humus stagnat. frustra titubantium fultura temptatur: omne enim firmamentum in lubrica figitur et lutosa humo, nihil stabile est. 7
postquam magis magisque ingruunt nimbi et congestae saeculis tabuerunt nives, devolutus torrens altissimis montibus rapit silvas male haerentes et saxa revolutis remissa compagibus rotat, abluit villas et intermixtos dominis greges devehit, vulsisque minoribus tectis, quae in transitu abduxit, tandem in maiora violentus aberrat, urbes et implicitos trahit moenibus suis populos, ruinam an naufragium querantur, incertos (adeo simul et quod opprimeret et quod mergeret venit); auctus deinde processu aliquo*t* in se torrentibus raptis

10/11 *cf. Lucani Phars. IV 89 castra labant, alto restagnant flumina vallo* ‖ 17/9 *cf. id. 100 sq. absorbsit penitus rupes ac tecta ferarum detulit atque ipsas hausit.*

7 pab. laeta] *cf. Lucr. 2, 317* | aquis] aruis *Skutsch* | sustinet] *sc. solum,* -nent **F** *Madv.* ‖ 8 antiqua al.] *sc. glandes* ‖ 9 qua] quia η**HP** quare λ, *om.* **Z** *Leo* | est] *om.* **L**^{2}**Z** *Fortun. Madv. Leo* | in a.] in hi(i)s a. η**EJ**^{2}**T** ‖ 13 fultura] fulta **Z** fultum **T** ‖ 14 lubrica *Ge.*] lubrico | et] in *add.* **E** ‖ 15 ingruunt] ingruerunt **T** *Waldästel, sed cf. Kühner II § 31, 3* | nimbi ingr. (congruunt η) *coll.* η**E** ‖ 16 revolutis] resolutis **Z** *ut Gron. coni.* ‖ 19 d(omi)nis] dms **OP** *Mem.m.* demens **T** ‖ 22 an (η?)**EHTZ**] aut ς**F**λ**P** ‖ 24 aliquot *Gron.*] aliquo Φ aliisque *Madv.* obliquo *G. Müller*

plana passim populatur; novissime in materia magna
8 gentium clarus onustusque diffunditur. flumina vero
suapte natura vasta et tempestatibus rapida alveos re-
liquerunt. quid tu esse Rhodanum, quid putas Rhenum
atque Danuvium, quibus torrens etiam in canali suo
cursus est, cum superfu*si* novas sibi fecere ripas ac
9 scissa humo simul excessere alveo? quanta cum prae-
cipitatione volvuntur, ubi per campestria fluens Rhenus
ne spatio quidem languidus sed latissimas velut per
angustum aquas im*pellit*, cum Danuvius non iam radices
nec media montium stringit sed iuga ipsa sollicitat
ferens secum madefacta montium latera rupesque dis-
iectas et magnarum promontoria regionum, quae fun-
damentis laborantibus a continenti recesserunt, deinde
non inveniens exitum (omnia enim ipse sibi praeclu-
serat) in orbem redit, ingentemque terrarum ambitum
10 atque urbium uno vertice involvit. interim permanent
imbres, fit caelum gravius ac sic diu malum ex malo
colligit: quod olim fuerat nubilum, nox est et qui-
dem horrida ac terribilis intercursu luminis diri. crebra
enim micant fulmina, procellaeque quatiunt mare tunc
primum a*u*ctum fluminum accessu et sibi angustum:

4 *cf. Lucani Phars. IV 116 sq. hos campos Rhenus inundet, hos Rhodanus.* ‖ 21 *cf. Lucani Phars. IV 77 sq. nec servant fulmina flammas, quamvis crebra micent.*

1 in m. m.] in maceriam magnam **E** in ruina m. *Fortun.* in miseriam magnam *Haase,* immersarum magna ui *Schultess,* minatio m. *Ge.* ‖ 2 clarus] elatus **E**, latus *Ge.* ¦ onustus] honustus *codd. plerique* ‖ 3 rapida] rapta η**EJ**^{2}**T** ‖ 4 rhod. (**E**)**JKH**^{2}**L**^{2}] rodanum ¦ rhenum (**E**)**HZ**] renum *similiterque l. 8* ‖ 5 danubium *et sim.* 10 *trad.* ‖ 6 superfusi **T**] -fuse Φ -fuisse **Z** ‖ 10 impellit *Michaelis*] i(m)plet Φ impluit **Z** ¦ non iam] nondum λ (?) ‖ 12 madef.] labefacta *Pinc. fort. recte* ‖ 13 promont.] promuntoria **EZ** ‖ 14 laborantibus] labantibus *Haase,* labe ruentibus *G. Müller* ‖ 15 sibi ipse *coll.* η**Z** sibi *s. l.* **P** ‖ 16 que $\vartheta\lambda$**Z**] *om.* η**E**ϱ ‖ 17 permanent] -manant *Haase* ‖ 18 sic] si η**F**λ ¦ diu] dum *Kroll* ‖ 19 colligit] colligitur **ET** ‖ 21 fulm.] flumina ς**K**^{1}**OPZ** ‖ 22 auctum **ET**] autum

iam enim promovet litus nec continetur suis finibus; *ideo* prohibentur exire torrentes aguntque fluctum retro, pars tamen maior ut maligno ostio retenta restagnat et agros in formam unius laci redigit. iam omnia, 11 qua prospici potest, aquis obsidentur: omnis tumulus in profundo latet et immensa ubique altitudo est. tantum in summis montium iugis vada sunt: *eo* in excelsissima cum liberis coniugibusque fugerunt actis ante se gregibus. diremptum inter miseros commercium ac transitus, quoniam quicquid summissius erat, id unda complevit: editissimis quibusque adhaerebant re- 12 liquiae generis humani, quibus in extrema perductis hoc unum solacio fuit, quod transierat in stuporem metus. non vacabat timere mirantibus; nec dolor quidem habebat locum, quippe vim suam perdit in eo, qui ultra sensum mali miser est. ergo insularum modo 13 eminent 'montes et sparsas Cycladas augent', ut ait ille poetarum ingeniosissimus egregie, sicut illud pro magnitudine rei dixit

omnia pontus erat, deerant quoque litora ponto,

ni tantum impetum ingenii et materiae ad pueriles ineptias reduxisset:

nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.

4/5 *cf. Lucan. IV 99 sq. iam tumuli collesque latent, iam flumina cuncta condidit una palus* ‖ **17** *Ov. Met. II 264* ‖ **20** *Met. I 292* ‖ **23** *Met. I 304*

2 ideo (*vel* sic) *Ge.*] sed (*vel* set) | prohibentur *Leo*] prohibent | **3** ostio **Z**] hostio ‖ **4** formam η**E**] forma | laci] *cf. Neue I³ p. 781, Leo de Statii silvis 1892 p. 15, CIL VI 1297,* lacus **L²Z** ‖ **5** qua] qu(a)e η**P** quam **OZ** ‖ **7** eo in *Ge.*] in ea Φ ea *del. Madvig, contra* excelsissima *del. Haase* ‖ **8** coniug.] cum iug. λ ‖ **9** diremptum **T** *Fortun.*] direptum ‖ **12** extrema] -mum λ ‖ **14** nec $\lambda\varrho$] ne $\eta\vartheta$**Z**, *cf. Kühner II § 157, 8* ‖ **15** suam uim *coll.* **F**λ ‖ **17** cicladas *trad.* ‖ **20** erat Φ *et Ov. codd.* **N**λ] *cf. Verg. ecl. 8, 58; Gell. 19, 9, 13 (Leo),* erant **E** *et Ov. codd.* **M** *(man. rec.)* ε ‖ **21** ni] nisi η**E**

non est res satis sobria lascivire devorato orbe terrarum. dixit ingentia et tantae confusionis imaginem *con*cepit, cum dixit:

> expatiata ruunt per apertos flumina campos,
> ... pressaeque labant sub gurgite turres.

magnifice haec, si non curaverit, quid oves et lupi faciant. natari autem in diluvio et in illa rapina potest? aut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, mersum est? concepisti imaginem, quantam debebas obrutis omnibus terris caelo ipso in terra*m* ruente — perfer: scies, quid deceat, si cogitaveris orbem terrarum natare.

28. Nunc ad propositum revertamur. sunt qui existiment immodicis imbribus vexari terras posse, non obrui; magno impetu magna ferienda sunt; faciet pluvia segetes malas, fructum grando decutiet, intumescent rivis flumina, sed resident. quibusdam placet moveri mare et illinc causam tantae cladis accersere. non potest torrentium aut imbrium aut fluminum iniuria fieri tam grande naufragium? ubi instat illa pernicies mutarique humanum genus placuit, fluere assiduos imbres et non esse modum pluviis concesserim, suppressis aquilonibus et flatu sicciore austris nubes et amnes abundare. sed adhuc in damna profectum est:

4/5 *Ov. Met. I 285 et 290* ‖ **24** *sed ... est] versus vulgo falso perhibetur*

3 concepit *Kroll et Barthel conl. l. 9*] cepit ‖ **5** labant] latent **F** λ(?) *et Ov.* ‖ **8** aut] an **T** | omne] *om.* **ET** ‖ **10** terram ς**E**] terra ‖ **11** perfer] profer λ(?) ‖ **14** existiment **H**$_{Q}$**Z**] -mant η**E**λ ‖ **17** riuis] nimbis *Joh. Müller* | moueri] mouere *Haase, sed cf. § 7 deo uisum ordiri meliora, uetera finiri.* ‖ **18** accersere η**H**$^{2}\lambda$**Z**] accessere **E**$_{Q}$, *cf. Bücheler M. Rh. 39, 444,* accensere **H**^{1} accendere **F** ‖ **21** humanum] hominum **H**$^{1}\lambda$ hom. hum. **J** genus hum. *coll.* η**T** ‖ **23** austris] austri *Skutsch* | nubes et amnes (annes **Q**)] imbres et imbres **F**λ nubes et imbres et amnes ς *vulgo* ‖ **24** dam(p)na] dam(p)num **F**λ

sternuntur segetes et deplorata colonis
vota iacent longique perit labor irritus anni.

non laedi terrae debent sed abscondi. denique cum 3
per ista prolusum est, crescunt maria, sed super soli-
tum, et fluctum ultra extremum tempestatis maximae
vestigium mittunt; deinde a tergo ventis surgentibus
ingens aequor evolvunt, quod longe a conspectu veteris
litoris frangitur. deinde ubi litus bis terque prola-
tum est et pelagus in alieno constitit, velut admoto
malo comminus procurrit aestus ex imo recessu maris.
nam ut aëris ut aetheris, sic huius elementi larga 4
materia est multoque in abdito plenior. haec fatis
mota, non aestu (nam aestus fati ministerium est),
attollit vasto sinu fretum agitque ante se. deinde in
miram altitudinem erigitur et illis tutis hominum re-
ceptaculis superest. nec id aquis arduum est, quoniam
aequo terris fastigio ascend*unt*. si quis excelsa perlibret, 5
maria paria sunt: nam par undique sibi ipsa tellus est
(cava eius et plana [eius] inferiora sunt, sed istis † a deo
in rotundum orbis aequatus est), in parte autem eius
et maria sunt, quae in unius aequalitatem pilae coeunt.
sed quemadmodum campos intuentem quae paulatim
devexa sunt fallunt, sic ⌈cum⌉ non intellegimus cur-
vaturas maris et videtur planum quicquid apparet. at

1 *sq. Ov. Met. I 272 sq.*

4 prolusum] proclusum λQ perl. η ‖ **6** surg.] *fort.* urgentibus *Ge. conl.* premit a tergo *III praef. 1* ‖ **7** euoluunt] -uit Q (P^2**T** *Memm.*) | ueteris] interioris Q antiqui **Z** ‖ **8** terque] *om.* **H** uel ter **E** ter η (?) ‖ **10** c(om)minus] *vel* c(om)munis *vel* cum minus *trad.*, cominus **FHL** ‖ **15** illis] illinc *Kroll* ‖ **17** ascendunt *Gron.*] ascendet ‖ **19** et plana] *fort.* et(iam) planis *Ge.* | eius] *om.* **F**λ, editis *Schultess* | sunt inf. *coll.* λ | istis] totus *Schultess* | a deo] *vel* adeo *trad.* ꝛum ipsi[s] alveo *?* ‖ **21** unius] uniuersam *Schultess falso* ‖ **23** cum]·ꝙm. **T** enim ς, *potes* interdum, tantum *(conl. II 1, 4) corr.* ‖ **24** et] *om.* **E** *vulgo*

illud aequale terris est ideoque, ut effluat, non magna
mole se tollet, dum satis est illi, ut supra paria veniat,
leviter exsurgere; nec a litore, ubi inferius est, sed a
6 medio, ubi ille cumulus est, defluit. ergo ut solet
aestus aequinoctialis sub ipsum lunae solisque coitum
omnibus aliis maior undare, sic hic, qui ad occupandas
terras emittitur, solitis maximisque violentior plus aqua-
rum trahit nec, antequam supra cacumina eorum, quos
perfusurus est, montium crevit, devolvitur. per centena
milia quibusdam locis aestus excurrit innoxius et ordi-
nem servat (ad mensuram enim crescit iterumque de-
crescit): at illo tempore solutus legibus sine modo
7 fertur. 'qua ratione?' inquis: eadem, qua conflagratio
futura est. utrumque fit, cum deo visum ordiri me-
liora, vetera finiri. aqua et ignis terrenis dominantur,
ex his ortus et ex his interitus est: ergo quandoque
placuere res nov*ae* mundo, sic in nos mare emittitur
desuper, ut fervor ignisque, cum aliud genus exitii
placuit.

1 29. Quidam existimant terram quoque concuti et
dirupto solo nova fluminum capita detegere, quae am-
plius ut e pleno profundant. Berosos, qui Belum inter-
pretatus est, ait ista cursu siderum fieri; adeo quidem
affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus assignet:
arsura enim terrena contendit, quandoque omnia si-
dera, quae nunc diversos agunt cursus, in Cancrum

22 *cf. Aetnae v. 122 et trahat ex pleno quod fortem con-trahat amnem.* | *Berosi fr. 21 FHG II 510*

1 aequale] *immo* aequalius ‖ 2 se] *om.* **PZ** | tollet] tollit **EF**^{1} | dum] uerum *Ge.* | paria] maria **EJ**^{1}**K** ‖ 3 exsurg.] *vel* exurgere *trad.* ‖ 4 ille] illi *Ge.* | solet] *vel* sol et *trad.* ‖ 5 aestus] *ante* sub **T** *om.* **P** ‖ 9 deuolu.] peruoluitur **Q** ‖ 12 solutus] -tis **F**λ ‖ 14 deo] adeo λ ‖ 17 nouae *Fort.*] nouo ‖ 18 desuper] *post* ut **T** *om.* **P** | cum] cura λ | exitii] exitî *Skutsch* ‖ 22 profundant] -dantur *Skutsch* | Berosos] -sus *vulgo* | Belum *Fortun.*] bellum ‖ 25 quandoque] quando **EFT**

convenerint (sic sub eodem posita vestigio, ut recta linea exire per orbes omnium possit); inundationem futuram, cum eadem siderum turba in Capricornum convenerit. illic solstitium, hic bruma conficitur: magnae potentiae signa, quando in ipsa mutatione anni momenta sunt. et istas ego receperim causas (neque 2 enim ex uno est tanta pernicies), et illam, quae in conflagratione nostris placet, hoc quoque transferendam puto: sive animal est mundus sive corpus natura gubernabile ut arbores ut sata, ab initio eius usque ad exitum quicquid facere quicquid pati debeat, inclusum est. ut in semine omnis futuri hominis ratio com- 3 prehensa est et legem barbae canorumque nondum natus infans habet (totius enim corporis et sequentis actus in parvo occultoque liniamenta sunt), sic origo mundi non minus solem et lunam et vices siderum et animalium ortus quam quibus mutarentur terrena continuit. in his fuit inundatio, quae non secus quam hiems quam aestas lege mundi venit. itaque non 4 pluvia istud fiet sed pluvia quoque, non incursu maris ⟨sed⟩ maris quoque incursu, non terrae motu sed terrae quoque motu: omnia adiuvabunt naturam, ut naturae constituta peragantur. maximam tamen causam ad se inundandam terra ipsa praestabit, quam diximus esse mutabilem et solvi in umorem. ergo quandoque erit 5 terminus rebus humanis, cum partes eius interire debuerint abolerive funditus totae, ut de integro totae rudes innoxiaeque generentur nec supersit in deteriora praeceptor, plus umoris, quam semper fuit, fiet. nunc

1 conuenerint] -nerunt ς**T** ‖ 5 ipsa mutatione ς**Z**] ipsa mutationes **Φ** ipsas mutationes *Ge.* ‖ 8 hoc] *i. e. huc,* haec **λ** ¦ transferendam **Z**] -dum ‖ 9 siue] sine $\mathbf{J}^1\mathbf{KP}$ ¦ animal *Cudworth (Köler p. 475), cf. II 1, 4*] anima ‖ 10 ut s.] et s. **ET** ‖ 12 hominis] *ante* futuri **λ** *post* ratio ς omnis **ϱ** ‖ 15 actus] partus *Ge.* ¦ liniamenta **Z** *Fort.*] -mento ‖ 21 sed *add. Lipsius* ¦ motu] motum **P** motus $\mathbf{L}^2\mathbf{Z}$ ‖ 22 motu] *om.* **LZ** ‖ 24 inundandam] -danda **ϱ** ‖ 25 quandoque] *Waldäuel tuetur* ‖ 29 praeceptor] *om.* **λ** magister ς ¦ fuit semper] *coll.* **ϱ**

enim elementa ad id, quod debetur, pensa sunt: aliquid oportet alteri accedat, ut quae libramento stant, inaequalitas turbet. accedet umori; nunc enim habet, quo ambiat terras, non quo obruat: quicquid illi ad-
6 ieceris, necesse est in alienum locum exundet. uide ergo ne terra debeat minui, ut validiori infirma succumbat. incipiet ergo putrescere, dehinc laxata ire in umorem et assidua tabe defluere. tunc exilient sub montibus flumina ipsosque impetu quatient; inde aura
7 tacta manabunt; solum omne aquas reddet, summi scaturient montes. quemadmodum in morbum transeunt sana et ulceri vicina consentiunt, ut quaeque proxima terris fluentibus fuerint, ipsa eluentur stillabuntque, deinde current, et hiante pluribus locis saxo [per] fretum saliet et maria inter se componet. nihil erunt Adria, nihil Siculi aequoris fauces, nihil Charybdis nihil Scylla: omnes novum mare fabulas obruet et hic qui terras cingit oceanus extrema sortitus veniet in
8 medium. quid ergo est? nihilominus tenebit alienos menses hiems, aestas prohibebitur, et quodcumque terras sidus exsiccat, compresso ardore cessabit. peribunt tot nomina, Caspium et Rubrum mare, Ambracii et Cretici sinus, Propontis et Pontus, peribit omne dis-

18 *sq. cf. Anth. L. 31, 2 (PLM IV 69): Oceanus medium venit in imperium.*

1 aliquid] aliud λ ‖ **2** alteri] utri *subaudi* | accedat] cedat **E** ‖ **3** (h)umori] humor **Z** humor humori **E** | enim] *om.* λ (?) ‖ **5** alienum] *cf. l. 19: alienos menses* | vide . . ne] *i. e. forsitan, cf. Kühner II § 189, 2 adn. 1* ‖ **6** debeat minui *Madv.*] debeat minus Φ habeat minus *Fortun.* debito habeat minus *Badstübner* ‖ **9** impetu *Fortun.*] impetus ‖ **10** tacta] *fort.* tacti *sc. montes Ge. nisi* omnia *subaudire mavis* | omne solum *coll.* ϱ ‖ **12** consentiunt] *fort.* contagium sentiunt *Ge.* | quaeque . . ipsa] *sc. terrena* ‖ **14** deinde] dein *Slutsch* | saxo] saxa ϱ ‖ **15** per *del. Madvig*] par *Haase, fort.* perinde *Ge.,* per hiatum *Voss meus* ‖ **16** Char. n. Sc.] caribdis nichil scilla *trad.* ‖ **18** cingit] scingit λ (?) | in] *om.* ϱ ‖ **20** quodc.] quic(um)q(ue) **P**(ϱ) quicq(uid) **T** ‖ **22** ambracii] -aici Φ -aci **Z** ‖ **23** Cret.] certici λ

crimen; confundetur quicquid in suas partes natura digessit. non muri quemquam, non turres tuebuntur. non proderunt templa supplicibus nec urbium summa, quippe fugientes unda praeveniet et ex ipsis arcibus deferet. alia ab occasu, alia ab oriente concurrent: unus humanum genus condet dies. quicquid tam longa fortunae indulgentia excoluit, quicquid supra ceteros extulit, nobilia pariter atque adornata magnarumque gentium regna pessundabit. 9

30. Sunt omnia, ut dixi, facilia naturae, utique 1 ⟨quae⟩ a primo facere constituit, ad quae non subito sed ex denuntiato venit. iam autem a primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi unitate discederet, quando mergerentur terrena, decretum est; et ne sit quandoque velut in novo opere dura molitio, olim ad hoc maria se exercent. non vides, ut fluctus in litora 2 tamquam ⟨uumquam⟩ exiturus incurrat? non vides, ut aestus fines suos transeat et in possessionem terrarum mare inducat? non vides, ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? quid porro? istinc, unde tantum tumultum vides, metus est, e mari et magno spiritu erumpentibus fluviis. ubi non umorem natura 3 disposuit, ut undique nos, cum voluisset, aggredi posset? mentior, nisi eruentibus terram umor occurrit et, quotiens nos *aut* avaritia defodit aut aliqua causa penetrare altius cogit, eruen*di* finis aliquando est. adice, quod immanes sunt in abdito lacus et multum maris

2 quemquam] quemque η**ET** ‖ **5** oriente] occidente λ ‖ **8** adornata] *num* adulterata *?* ‖ **10** ut dixi] *cap. 27, 2* ‖ utique quae *Muret.*] utique Φ uti q(uae) λ ut quae **E** ‖ **11** ad quae] atque η**L**^{2}**Z** ‖ **13** discederet] *sc. mundus,* -derent **ET** ‖ **17** numquam *add. Ge.* ‖ **19** inducat? **FZ**] inducatur **g**$\lambda\varrho$ inducant (η?)**EHL**^{2} ‖ **22** spiritu] impetu *cod. Pal.* ‖ non] *om.* λ ‖ **25** aut] *ante* au. *Ge. post* auaritia Φ aut (*bis* **Z**) au. nos *coll.* **L**^{2}**Z**, *del. Gertz,* auri *Schultess,* aut defodit *del. Kroll* ‖ aliqua] alia *Ge.* ‖ **26** cogit] coegit *Gertz, quod reprob. Joh. Müller* ‖ eruendi *Gertz*] eruenti Φ, erumpendi *Leo* ‖ finis] f. is *Gertz* ‖ aliquando] aliquido **L**^{2}**Z**, in liquido *add. G. Müller*

4 conditi, multum fluminum per operta labentium. undique ergo erit causa diluvio, cum aliae aquae subterfluant terras, aliae circumfluant, quae diu coercitae vincent et amnes amnibus iungent, paludibus stagna. omnium tunc mare ora fontium implebit et maiore hiatu solvet. quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, quemadmodum in sudorem eunt vires, ita tellus liquefiet et aliis causis quiescentibus intra se, quo mergatur, inveniet; sed magis omnia coitura
5 crediderim. nec longa erit mora exitii: temptatur divelliturque concordia. cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus, statim undique ex aperto et abdito, superne ab infimo, aquarum fiet irruptio.
6 nihil est tam violentum, tam incontinens sui, tam contumax infestumque retinentibus quam magna vis undae: utetur libertate permissa et iubente natura, quae scindit circuitque, complebit. ut ignis diversis locis ortus cito miscet incendium flammis coire properantibus, sic momento se redundantia pluribus locis maria
7 committent. nec ea semper licentia undis erit, sed peracto exitio generis humani extinctisque pariter feris, in quarum homines ingenia transierant, iterum aquas terra sorbebit, terra pelagus stare aut intra terminos suos furere coget, et reiectus e nostris sedibus in sua secreta pelletur oceanus et antiquus ordo revocabitur.
8 omne ex integro animal *gener*abitur dabiturque terris homo inscius scelerum et melioribus auspiciis natus. sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum novi

1 conditi] condita λ ‖ **2** subterfluant *cod. Ops.*] subterfluunt $\vartheta\varrho\mathbf{Z}$ superfluunt λ subinfluunt η ‖ **3** circumfluant] -fluunt $\eta\mathbf{H}$ ‖ **4** et] *om.* ϱ | paludibus] paludes λ (?) ‖ **8** aliis] alienis *Ge.* ‖ **9** sed] si $\eta\mathbf{EJ}^2$ | coitura] ruitura *Gron.* ‖ **11** ex hac aliquid *coll.* $\mathbf{F}\lambda$ | idonea] diutina *Kroll* ‖ **16** unde *trad.* ‖ **17** ortus locis *coll.* $\mathbf{F}\lambda$ ‖ **18** miscet inc.] *incendia miscere Vergilianum est* ‖ **19** pluribus locis] *om.* $\vartheta\mathbf{J}^2$ ‖ **21** exicio $\mathbf{FHL}$ ‖ **22** homines] *i. e. ingenia hominum. cf. p. 129, 13* ‖ **23** terra p.] terram p. $\eta\mathbf{F}\lambda$(?)$\mathbf{Z}$ *fort.* auster p. *Ge.* ‖ **24** et] *num del.?* | e] est λ se ($\mathbf{L}^1$?)$\mathbf{Z}$ ‖ **26** generabitur *Fo*[illegible]*un.*] gloriabitur Φ orietur $\mathbf{Z}$

sunt; cito nequitia subrepit. virtus difficilis inventu est, rectorem ducemque desiderat: at sine magistro vitia discuntur.

NATURALIUM QUAESTIONUM
LIBER IV A QUI FERTUR.

Liber secundus.

De Nilo.

[Praefatio.] Delectat te, quemadmodum scribis, 1
Lucili virorum optime, Sicilia et officium procurationis otiosae, delectabitque, si continere id intra fines suos volueris nec efficere imperium, quod est procuratio. facturum hoc te non dubito; scio, quam sis ambitioni alienus, quam familiaris otio et litteris. turbam rerum hominumque desiderent, qui se pati nesciunt: tibi tecum optime convenit. nec est mirum paucis istud contingere 2
superiorum: nobis ipsi molesti sumus, si modo amore

8 *cf. Sen. ep. 19, 5 tulit te longe a conspectu vitae salubris rapida felicitas, provincia et procuratio . . : maiora deinde officia te excipient* ‖ 8/9 *ibid. 22, 4 contentus esto negotiis, in quae descendisti . . non est, quod ad ulteriora nitaris* ‖ 13—15 *ibid. 21, 1 maximum negotium tecum habes. tu tibi molestus es.*

1 subr.] surrepit **H** | diff. uirtus *coll.* **λ** ‖ 2 at **T**] et **λP** etiam **ϑZ** *vulgo* sed **M** ‖ 4 liber quartus *vulgo*] *cum libris III et IV b conflatus sine numero fertur in* **Δ** l. septimus *Esc. (O III 2)* l. octauus **EK²UT** l. decimus **GH** *Esc. (N III 16)* **LM**, IV a *inde ab Haasio secernitur a IV b,* l. secundus *Ge. cum Diels* ‖ 6 de Nilo *add. Ge. conl. III 1, 2 et IV a 1, 1* ‖ 7 Praefatio *vulgo add.* | delectat te] delectate **λ** (?) ‖ 9 otiosae *vulgo*] ociose *trad.*, negotiosae *Ge.* ‖ 11 ambitioni] ambitiosi **EF** ‖ 12 ocio *trad.* | hom. rerumque *coll.* **EJK** ‖ 15 superiorum *Ge.*] imperio si **Φ** in imperio, si *Fortm* in provinciis *Leo*, imperiosi *Erasmus* | ipsi] ipsis **λ** (?) ac **Z** [illegible] **E** | si] *del. Ge.*

nostri modo taedio laboramus, infelicem animum nunc superbia inflamus nunc cupiditate distendimus, alias voluptate lassamus alias sollicitudine exurimus — quod est miserrimum, numquam sumus singuli: necesse est itaque assidua sit in tam magno vitiorum contubernio
3 rixa. fac ergo, mi Lucili, quod facere consuesti: a turba te, quantum potes, separa, ne adulatoribus latus praebeas. artifices sunt ad captandos superiores: par illis, etiamsi bene caveris, non eris; sed mihi crede:
4 proditione si capieris, ipse te trades. habent hoc in se naturale blanditiae: etiam cum reiciuntur placent, saepe exclusae novissime recipiuntur. hoc enim ipsum imputant, quod repelluntur, et subigi ne contumelia quidem possunt. incredibile est quod dicturus sum, sed tamen verum: ea maxime quisque patet, qua peti-
5 tur; fortasse enim ideo, quia patet, petitur. sic ergo formare, ut scias non posse te consequi, ut sis impenetrabilis: cum omnia caveris, per ornamenta fiet. alius adulatione clam utetur, parce, alius ex aperto, palam, rusticitate simulata, quasi simplicitas illa, non ars sit. Plancus, artifex ante Villeium maximus, aiebat non esse occulte nec ex dissimulato blandiendum: 'perit',
6 inquit, 'procari, si latet.' plurimum adulator, cum de-

6/7 *cf. Sen. ep. 19, 1 ita fac, oro atque obsecro . . si potes, subduc te istis occupationibus; si minus, eripe. 7, 8 recede in te ipsum, quantum potes.* ‖ 22 *sq. versus est iambicus*

3 quod] denique quod *Ge.* et quod *Skutsch* ‖ 10 proditione *Madv.*] proditioni Φ, *fort.* proditione nisi cap. *Ge.* proditione [si] cap. *Leo,* cap. proditioni si (si *del. Haase*) **E**, capieris proditione, nisi *Madv.* ‖ 12 recipiuntur J^2T] reiciuntur ‖ 16 quia patet, petitur] quia petitur, patet *incredibile esset*, fort. — petitur *del. Leo* ‖ 17 formare] *i. e. forma te, cf. p. 141, 4* | te] *ante* non p. λ sis] si λ ‖ 18 fiet] *sc. ut penetreris.* uia fiet *Madv., immo* p. orn. pacis vulneratio fiet *vel* percussio ramento fiet *vel similia praestarent* ‖ 21 uilleium ϑ**F**]. illeum $\eta\lambda$ uilleuium **T** uitellium L^2**Z** *Leo,* Velleium *Mur.* Sui[illegible]m *Ge.* | maximus] -mum **EF**λ(?) ‖ 23 latet] lateat ϱ | deprens[illegible]u**FPZ**

prehensus est, proficit, plus etiamnunc, si obiurgatus est, si erubuit. futuros multos in persona tua Plancos cogita et hoc non esse remedium tanti mali, nolle laudari. Crispus Passienus, quo ego nil cognovi subtilius in omnibus quidem rebus, maxime in distinguendis et curandis vitiis, saepe dicebat adulationi *nos* non claudere ostium sed *o*perire, et quidem sic, quemadmodum opponi amicae solet: quae si impulit, grata est; gratior, si effregit. Demetrium egregium 7 virum memini dicere cuidam libertino potenti facilem sibi esse ad divitias viam, quo die paenituisset bonae mentis. 'nec invidebo', inquit, 'vobis hac arte, sed docebo eos, quibus quaesito opus est, quemadmodum non dubiam fortunam maris, non emendi vendendique litem subeant, non incerta*m* fide*m* ruris, incertiorem fori temptent, quemadmodum non solum facili sed etiam hilari via pecuniam faciant gaudentesque despolient.' 'te', inquit, 'longiorem Fido An*n*aeo iurabo 8 et Apollonio pycte, quamvis staturam habeas *pi*theci cum Thraece compositi; hominem quidem non esse ullum liberaliorem non mentiar, cum possis videri omnibus donasse, quicquid dereliquisti.' ita est, mi Iunior: 9

9 *Demetrii placitum deest apud Zellerum III 1³ p. 767.*

2 persona tua] provincia tua *Fortun.* personam tuam *Pincian.* p. muta *Leo,* p. tuta *Ge.* praetorio tuo *vel* [in] personatos *Rossbach* ‖ **5** rebus] *fort. sed add. Ge.* ‖ **6** vitiis] uitis *Skutsch* | adulationi nos *Muret.*] adulationibus, *cf. Dial. 9, 1, 16* ‖ **7** ost.] hostium *trad.* | operire *Mur.*] aperire ‖ **10** cuidam] quidam **λ** ‖ **12** inuidebo] inuideo **λ** ‖ **13** qu(a)esito] *cf. Cic. Parad. VI 46* ‖ **15** litem] aleam *Muret.* uicem *Köler* | incertam fidem **TZ**] incerta fide ‖ **18** 'te' inquit] *fautorem quaestuosum iam alloquitur adulator personatus* | Anneo **n**] an meo eo ‖ **19** pycte] pictae *vel* picte **Φ** pycta *Fortun. πύκτη Ge.* | pitheci cum *Kroll*] thecisum **ϛϑL²ϱZ** th^e^usum **λ**, cum *em. Lipsius, qui* Threcis cum *coni.: (at cf. P. J. Meieri de glad. Rom Bonn. 1881 p. 34.),* nani cum *Friedländer Sittengesch. Roms II · 485.* ‖ **20** Threce *trad. et vulgo scr.* ‖ **21** ullum **ϱZ**] illum ‖ **22** „ i] mi(c)hi **ηFJOT**

quo apertior est adulatio, quo improbior, quo magis frontem suam perfricuit cecidit alienam, hoc citius expugnat. eo enim iam dementiae venimus, *ut* qui parce
10 adulatur, pro maligno sit. solebam tibi dicere Gallionem, fratrem meum, quem nemo non parum amat, 5
etiam qui amare plus non potest, alia vitia non nosse, hoc eum odisse. ab omni illum parte temptasti: ingenium suspicere coepisti omnium maximum et dignissimum, quod consecrari mallet quam conteri: pedes abstulit; frugalitatem laudare coepisti, quae sic a nobis 10
resiluit, ut illos † nec habere nec damnare videatur:
11 prima statim verba praecidit; coepisti mirari comitatem et incompositam suavitatem, quae illos quoque quos transit abducit, gratuitum etiam in obvios meritum (nemo enim mortalium uni tam dulcis est quam hic 15
omnibus): cum interim (tanta naturalis boni vis est), ubi artem simulationemque non redolet, nemo non imputari sibi bonitatem publicam patitur — hoc quoque loco blanditiis tuis restitit, ut exclamares invenisse te inexpugnabilem virum adversus insidias, quas nemo 20
12 non in sinum recipit. eo quidem magis hanc eius prudentiam et in evitando inevitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia speraveras posse apertis auribus recipi, quamvis blanda diceres, quia vera dicebas; sed eo magis intellexit obstandum: semper enim 25

8/9 *cf. Aetnae v. 227 ingenium sacrare.*

2 alienam **Z**] aliam | citius] potius **ϱ** ‖ **3** ut . . . **4** sit *vulgo*] quod . . . fit ‖ **3** parce] *vel* parte *trad.* ‖ **4** solebam tibi] solebant ibi **ϱ** solebas mihi *Pincian* ‖ **4—21**] *de distinctione cf. Stud. I 157* | **6** etiam] et **λ** (?) | alia **g** *Pinc.*] talia ‖ **8** suspicere **Z** *vulgo*] suscipere ‖ **9** conteri] interi **λ**, consectari malles (*sic vulgo*) q. contueri *Schultess* ‖ **10** quae] qua *vulgo* | nobis] nostris moribus (maioribus L^2) L^2Z, nouis moribus *Haase*, nummis *Turn.* saeculi moribus *Schultess* ‖ **11** illos] opes, libidines, inuidos *temptavi* | hab.] havere *Kroll* ‖ **13** quoque] (uel) propter **λ** ‖ **17** ubi . . . redolet] ut (*sic* **cn**) . . . redoleat *Fortun.* ‖ **20** in] ui **λ** ‖ **23** suspicere *vulgo*] suscipere **Φ** concipere **λ** | sperau.] superaueras **λ**

falsis a vero petitur *auctor*itas. nolo tamen displiceas tibi, quasi male egeris mimum et quasi ille aliquid iocorum aut doli suspicatus sit: non deprehendit te sed reppulit. ad hoc exemplar componere. cum quis 13 ad te adulator accesserit, dicito: 'vis tu ista verba, quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeunt, ferre ad aliquem, qui paria facturus vult, quicquid dixeri*m*, audire? ego nec decipere volo nec decipi possum: laudari me a vobis, nisi laudaretis etiam malos, vellem.' quid autem necesse est in hoc descendere, ut te petere comminus possint? longum inter vos intervallum sit. cum cupieris bene laudari, 14 quare hoc ulli debeas? ipse te lauda, dic: 'liberalibus me studiis tradidi. quamquam paupertas alia *s*uaderet et ingenium *eo* duceret, ubi praesens studii pretium est, ad gratuita carmina deflexi me et ad salutare philosophiae contuli studium. ostendi in omne pectus 15 cadere virtutem et eluctatus natalium angustias nec sorte me sed animo mensus par maximis steti. non mihi in amicitia Gaetulici Gaius fidem eripuit; non in aliorum persona infeliciter amatorum Messal*lina* et Narcissus, diu publici hostes antequam sui, propositum meum potuerunt evertere: cervicem pro fide opposui,

1 a uero petitur] petita *add.* λ **P** a uero petitura **Z** a fronte (*vel* aperte) optenditur *Madvig,* umbra petitur *et deinde* ueritatis *Joh. Müller* | auctoritas *Ge.*] ueritas Φ, *cf. III 17, 2* '*naturam mentitur*' ‖ **2** mimum **H**] nimium *codd. plerique* in unum **LOZ** ‖ **4** reppulit $\mathbf{L}^{2}\mathbf{Z}$] repulit Φ depulit ϱ | componere] *i. e. compone te* (*sic* $\mathbf{J}^{2}$) ‖ **5** uis tu] *i. e. iubeo te, cf. Bentley ad Hor. Serm. II 6, 92* ‖ **8** dixerim *Ge.*] dixerit Φ dixeris *Gron.* ‖ **9** a uobis me *coll.* λ ‖ **10** in hoc] hoc, *i. e. huc, Skutsch* ‖ **11** comminus **K**] cominus ‖ **12** sit] fit λ (?) ‖ **14** paupertas] pauper ϑ | alia suad. **gZ**] alias uaderet ‖ **15** eo duc. *Mur.*] obduceret | studii] studî *Skutsch* ‖ **16** deflexi] -xit ϱ ‖ **17** studium] *ante* cont. **F** λ *ante* phil. η**E** ¦ cont.] me contuli **EM** ‖ **20** in amic.] inimicitia η**E**$\mathbf{J}^{2}$ | G(a)etulici] *est Cn. Cornelius Lentulus G. poeta, cos. a. 779/26, qui obiit a. 792/39* ‖ **21** am.] armatorum **T**, *quod propos. G. Müller* | Messallina *Fortun.*] messala (messalia **OZ**) Φ, *sed cf. Cass. Dio 61, 16. Suet. Claud. 29. Sen. Lud. 13, 5* ‖ **23** opp.] apposui η**HM**ϱ

nullum verbum mihi, quod non salva bona conscientia procederet, excussum est; pro amicis omnia timui, pro
16 me nihil, nisi ne parum bonus amicus fuissem. non mihi muliebres fluxere lacrimae, non e manibus ullius supplex pependi, nihil indecorum nec bono nec viro feci. periculis meis maior, paratus ire in ea, quae minabantur, egi gratias fortunae, quod experiri voluisset, quanti aestimarem fidem (non debebat mihi parvo res tanta constare); ne examinav*i* quidem me diu (neque enim paria pendebant), utrum satius esset me perire
17 pro fide an fidem pro me; non praecipiti impetu in ultimum consilium, quo me eriperem furori potentium, misi. videbam apud Gaium tormenta, videbam ignes, sciebam olim sub illo in eum statum res humanas decidisse, ut inter misericordiae opera haber*et*ur occi*d*i — non tamen ferro incubui nec in mare aperto ore
18 desilui, ne viderer pro fide tantum mori posse.' adice invictum muneribus animum et in tanto avaritiae certamine numquam suppositam manum lucro, adice victus parsimoniam sermonis modestiam, adversus minores humanitatem adversus maiores reverentiam. post haec ipse te consule, verane an falsa memoraveri*s*: si vera sunt, coram magno teste laudatus es, si falsa, sine
19 teste derisus es. possum et ipse nunc videri [a] te aut captare aut experiri: utrumlibet crede et omnes timere a me incipe. Vergilianum illud ex*a*udi 'nus-

26 sq. Verg. Aen. IV 373

2 t., pro] pro timui pro λ ‖ **5** supplex] suplex **FHP** ‖ **7** gratias egi *coll.* **EM** ‖ **8** (a)est.] existimarem η**H**λ ‖ **9** ne **ng**^{1}ϑ**ZT** *Madv.*] nec (η)λ**P** | examinaui *Michaelis*] -auit Φ | quidem me] quidem **Z** *Madv.* me quidem η**E** me **T** ‖ **10** satius] satis $\eta\vartheta$ ‖ **12** ultimum] ultima *Schultess, fort.* ultimum me *Ge.* | potentium] *om.* ϑJ^2 ‖ **13** misi] me misi *aut* iui *Gertz* ‖ **14** in eum] meum λ ‖ **15** misericordiae] miserie λ**FP** | opera] exempla **Z** | haberetur occidi *Fortun.*] haberentur occisi ‖ **17** des.] dissilui η**E**λ | adice] nunc *add.* $\eta\lambda$ nunc quoque *add.* **E** ‖ **22** memoraueris **MT** *vulgo*] -uerim ‖ **23** teste] *sc. te* ‖ **24** es] est λ *(?)* | a *del. Fortun.* ‖ **26** exaudi *vulgo*] excludi

quam tuta fides' aut Ovidianum 'qua terra patet, fera regnat Erinys: in facinus iurasse putes' aut illud Menandri (quis enim non in hoc magnitudinem ingenii sui concitavit, detestatus consensum humani generis tendentis ad vitia?): omnes ait malos vivere et in scaenam velut rusticus poeta prosiluit, non senem excipit non puerum non feminam non virum et adicit non singulos peccare nec paucos, sed iam scelus esse contextum. fugiendum ergo et in se recedendum est, immo etiam a se recedendum. hoc tibi, etsi dividimur mari, praestare temptabo, ut subinde te iniecta manu ad meliora perducam; et ne solitudinem sentias, hinc tecum miscebo sermones: erimus una, qua parte optimi sumus, dabimus invicem consilia non ex vultu audientis pendentia; longe te ab ista provincia abducam, ne forte magnam historiis esse fidem credas et placere tibi incipias, quotiens cogitaveris: hanc ego habeo sub meo iure provinciam, quae maximarum urbium exercitus et sustinuit et fregit, cum inter Carthaginem et Romam ingentis belli pretium iacuit; *quae* quattuor Romanorum principum id est totius imperii vires contractas in

1 *Ov. Met. I 241 sq.* ‖ 5 *Menandri fr. 951 FCG III p. 245 Kock* ‖ 9—14 *cf. Sen. ep. 10, 1 fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum non habeo, cum quo te communicatum velim. 7, 8 recede in te ipsum, quantum potes. cum his versare, qui te meliorem facturi sunt; illos admitte, quos tu potes facere meliores: mutuo ista fiunt, et homines, dum docent, discunt.*

2 Erinys] erinis *trad.* ‖ 4 sui ingenii *coll.* λ ‖ 5 ait] aut λ ut **P** | malos] male **H** ‖ 6 poeta] *ante* rusticus λ potus *Schultess conl. Hor. ep. I 19, 7* ‖ 7 adicit] aditum λ (?) ‖ 8 non sing.] in sing. η J^2**T** | nec ϑλ**Z**] non ηϱ ‖ 9 reced.] redeundum (η?)**E** ‖ 11 mari] malim η(λ) | subinde te] subinde me J^2**T** dubium me η dubium viae *Fortun.* ‖ 12 perducam ad meliora *coll.* λ ‖ 14 sumus optimi *coll.* ϱ *Skutsch* | non] et ηE^1 et non E^2 *om.* **T** ‖ 17 sub] pro λ ‖ 18 et] *om.* **ET** ‖ 19 carth. **JKZ**] cartaginem ‖ 20 quae *Gertz*] cum | quatuor *trad.*

unum locum vidit, *Antonii atque* Pompeii fortunam *flexit*, Caesaris fatigavit, Lepidi transtulit, omnium
22 cepit; quae illi ingenti spectaculo interfuit, ex quo liquere mortalibus posset, quam velox foret ad imum lapsus e summo, quamque diversa via magnam potentiam fortuna destrueret: uno enim tempore vidit Pompeium Lepidumque ex maximo fastigio aliter ad extrema deiectos, cum Pompeius alienum exercitum fugeret, Lepidus suum.

1 1. Itaque, ut totum inde te abducam, quamvis multa habeat Sicilia in se circaque se mirabilia, omnes interim provinciae tuae quaestiones praeteribo et in diversum cogitationes tuas abstraham. quaeram enim tecum id, quod libro superiore distuli, quid ita Nilus aestivis mensibus abundet. cui Danuvium similem habere naturam philosophi tradiderunt, quod et fontis
2 ignoti et aestate quam hieme maior sit. utrumque apparuit falsum: nam et caput eius in Germania esse comperimus, et aestate quidem incipit crescere sed, adhuc manente intra mensuram suam Nilo, primis caloribus, cum sol vehementior intra extrema veris nives mollit, quas ante consumit, quam tumescere Nilus incipiat; reliquo vero aestatis minuitur et ad hibernam magnitudinem redit atque ex ea demittitur.

1 Antonii atque *Ge.*] aliudque $\vartheta\varrho$ aliumque η aliud quoque λ altamque *Ald.* hanc quae *Köler,* aluitque *G. Müller et* (*add.* cum) *Gertz,* animumque *et deinde* fortuna (*sic* ς) *Pincian.* | P.] pompei **F** *fort. recte* ‖ **2** flexit *Schultess*] erexit Φ rexit **ET** *Pal.* mersit *Gertz* | transtulit] transduxit *Schultess* | omnium] Antonii *Schultess* ‖ **3** cepit] caepit **HK** decepit *Schultess,* vertit *Michaelis, sed cf. Lucan. I 111 (Rossb.)* ‖ **4** posset] posse λ potest **E** | imum] unum η**FJ**(**K**?)**P** ‖ **10** in(de) te] mente η(**J**)**K** ‖ **11** se] *supra* que λ ‖ **14** libro] in libro λ | superiore] *cf. III 1, 2; 26, 1. ante* libro **E** *om.* **Z** ‖ **15** abundet **T**] habundet | danubium *trad.* ‖ **16** habere] *om.* $\eta\vartheta$ | philosophi] *num* philologi *? cf. VI 26, 3* ‖ **19** aest. . incipit] *cf. Thomas Philol. Suppl. 8, 215* ‖ **21** intra $\vartheta\varrho$] inter η**F**λ**Z** ‖ **22** n. mollit] n. (niuis **E**) emollit η**E** ‖ **23** uero] *om.* ϱ ‖ **24** dem. **gnpHJ**^{2}**L**$^{2}\varrho$] dimittitur **cmEF**λ**P**^{2}**Z**

at Nilus ante exortum Caniculae augetur mediis aestibus ultra aequinoctium.

2. Hunc nobilissimum amnium natura extulit ante 1
humani generis oculos et ita disposuit, ut eo tempore
inundaret Aegyptum, quo maxime usta fervoribus terra
undas altius traheret tantum usura, quantum siccitati
annuae sufficere possit. nam in ea parte, quae in
Aethiopiam vergit, aut nulli imbres sunt aut rari et
qui insuetam aquis caelestibus terram non adiuvent.
unam, ut scis, Aegyptus in hoc spem suam habet: 2
proinde aut sterilis annus aut fertilis est, prout ille
magnus influxit aut parcior; 'nemo aratorum respicit
caelum'. quare non cum poeta meo iocor et illi Ovi-
dium suum impingo? qui ait

nec Pluvio supplicat herba Iovi.

unde crescere incipiat si comprehendi posset, causae 3
quoque incrementi invenirentur: nunc vero magnas

1 *Lucan. Phars. X 225 sq. Nilus neque suscitat undas ante Canis radios . .* ‖ **8** *Amm. Marc. 22, 15, 6 imbres enim apud Aethiopas aut numquam aut per intervalla temporum longa cadere memorantur* ‖ **10** *Lucan. VIII 147 in solo tanta est fiducia Nilo* ‖ **12** *fort. Lucilii verba sunt (Ruhkopf)* ‖ **15** *Tibulli I 7, 26* ‖ **16** *cf. Lucan. X 237* ‖ **17** — *p. 146, 3 Lucan. X 309 sq. nunc omnes unum vires collectus in amnem nunc vagus et spargens facilem tibi cedere ripam*

1 exortum] ortum η**Z** ortus **gE** ‖ **3** amnium] annium **FPT** *ut saepe,* animum $\mathbf{E^1J^1K}$ amnem $\eta\mathbf{E}^3$ ‖ **6** tantum] *non* tanto, *cf. Kühner II § 72, 4 adn. 9* | usura] mensura ϱ, hausura *Fortun.* ‖ **7** parte] *sc. terrae vel Aegypti* | quae **H**λ**P**] qua η**FTZ** quam **E** ‖ **10** spem] speciem λ**P** ‖ **11** ster.] fertilis **Z** | fert.] sterilis λ**Z** ‖ **12** infl.] inluxit ϱ | partior *trad.*] patior $\mathbf{J^1TZ}$ | resp.] aspicit η**E**, *fort.* in *add. versus causa; ceterum* non (*ante* nemo) *poeta addere, Seneca consulto propter iocum omittere potuit.* ‖ **13** quare non] q. nunc **EK** | poeta meo] *i. e. Lucilio* | Ouidium] *immo Tibulli versum adferri Muretus observavit* ‖ **14** suum] *cf.* '*Ovidianus poeta*' *CIL 10, 6271* ‖ **16** crescere] *fort.* Nilus *add. Ge.*

solitudines pervagatus et in paludes diffusus † gentibus sparsus circa Philas primum ex vago et errante colligitur. Philae insula est aspera et undique praerupta; duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur et eius nomen ferunt; urbem tota com- 5
4 plectitur. ab hac Nilus magnus magis quam violentus egressus Aethiopiam harenas[que], per quas iter ad commercia Indici maris est, praelabitur. excipiunt eum
5 Cataractae, nobilis insigni spectaculo locus: ibi per arduas excisasque pluribus locis rupes Nilus insurgit 10 et vires suas concitat. frangitur enim occurrentibus saxis et per angusta eluctatus, ubicumque vincit aut vincitur, fluctuat et illic excitatis primum aquis, quas sine tumultu leni alveo duxerat, violentus et torrens per malignos transitus prosilit dissimilis sibi, quippe 15 ad id lutosus et turbidus fluit; at ubi [in] scopulos cautium verberavit, spumat, et illi non ex natura sua sed ex iniuria loci color est, tandemque eluctatus obstantia in vastam altitudinem subito ⟨solo⟩ destitutus cadit cum ingenti circumiacentium regionum strepitu. quem 20

7—8 *Lucan. X 308 praeveheris sterilesque diu metiris harenas. 314 qua redimunt (?) nostrum rubro commercia ponto* ‖ **8—9** *id. 318 (lapsus) excepere tuos et praecipites cataractae* ‖ **12 . 17** *cf. id. vv. 319—322* ‖ **20** *— p. 147, 3 Sen. ep. 56, 3 . . quamvis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit.*

1 gentibus $\eta\vartheta$**J**^{2}**Z**] et gentibus **T** ingentibus **J**^{1}**K**(λ) et ingentibus **LOP**, arenisque ingentibus *Diels conl. Lucan. X 311: rursus multifidas revocat piger alveus undas,* ripisque cedentibus *Ge. cf. Stud. I 110 et Luc. X 310,* centum riuis *Leo* ‖ **2** Philas] *immo Meroën: confusionem post Koelerum W. Barthel (diss. Gryph. 1904 sent. contr.) animadvertit* | ex] a λ ‖ **5** urbem tota *Ge.*] urbem totam Φ urbs totam *Fortun.* ‖ **7** que *om.* **O** *Haase* ‖ **8** eum] enim **P** autem η**E** *om.* **Z** ‖ **9** insigni] insigno **F**λ**P** ‖ **13** primum] *ante* exc. **EZ** prius λ ‖ **14** leni *vulgo*] leui ‖ **16** fluit] fluxit *Skutsch* | in] *om.* **g**^{2}**Z** *Fort.* idem *Diels* ‖ **17** cautium *vel* cantium *codd.* | illi et *coll.* λ ‖ **19** uastam altitudinem] uasta -dine ϱ | solo *add. Rossb.* ‖ **20** ingenti] ingentium λ | regionum] *post* strepitu ϱ *ante* circ. **Z**

perferre gens ibi a Persis collocata non potuit obtusis assiduo fragore auribus et ob hoc sedibus ad quietiora translatis. inter miracula fluminis incredibilem inco- 6
larum audaciam accepi: bini parvula navigia conscendunt, quorum alter navem regit alter exhaurit, deinde multum inter rapidam insaniam Nili et reciprocos fluctus volutati tandem tenuissimos canales tenent, per quos angusta rupium effugiunt, et cum toto flumine effusi navigium ruens manu temperant magnoque spectantium metu in caput missi, cum iam adploraveris mersosque atque obrutos tanta mole credideris, longe ab eo, in quem ceciderunt, loco navigant tormenti modo missi; nec mergit illos cadens unda sed planis aquis tradit. primum incrementum Nili circa insulam, 7
quam modo rettuli, Philas visitur: exiguo ab hac spatio petra dividitur (Ἄβατον Graeci vocant, nec illam ulli nisi antistites calcant), illa primum saxa auctum fluminis sentiunt. post magnum deinde spatium duo eminent scopuli (Nili venas vocant incolae), ex quibus magna vis funditur, non tamen quanta operire possit Aegyptum. in haec ora stipem sacerdotes et aurea

Amm. Marc. 22, 15, 9 unde atos (num accitos?) olim accolas usu aurium fragore assiduo deminuto necessitas vertere solum ad quietiora coegit. ‖ **16—19** *et p. 148, 2 Lucan. Phars. X 323 sqq.*
hinc, Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas,
terra patens primos sentit perculsa tumultus
et scopuli, placuit fluvii quos dicere venas,
quod (num qui?) manifesta novi primum dant signa tumoris.

1 a Persis] aspersis **J**[1]**KP** asperis η ‖ **2** fragore] frangore **P** frangere η | quiet.] equietiora **KOP** *Ald.* ‖ **6** multum] *om.* **ET** ‖ **10** adpl.] deploraueris *Madv.* ‖ **11** que] *om.* **mE** *itemque Madv.* | atque] et ϱ ‖ **14** incrementum] *annuum puto cl. p. 148, 11; non ortus unius Nili (§ 3) neque accessio (VI 8,5) est; de torrente (§ 5) cogitabat Lucanus* ‖ **15** rett. **E**] retuli Φ | uisitur **FH**[2]λ**Z**] nascitur η**EH**[1]**L**ϱ *Diels, cf. § 3* | ab hac **TZ**] ab hoc $\vartheta\lambda$**P** ob hoc η**EC** ‖ **16** abaton]·abatan λ ‖ **17** illa — **18** sentiunt.] *post* incolae *l. 19 coll. Gertz, immo prope Philas auctus visitur petra observata* ‖ **20** uis] ui *Haase, sed cf. VI 8,4 et p. 153, 9.* aquae uis *Rossb.* uis fluminis *Ge.*

dona praefecti, cum sollemne venit sacrum, iaciunt.
8 hinc iam manifestus novarum virium Nilus alto ac
profundo alveo fertur, ne in *la*titudinem excedat, ob-
iectu montium pressus. circa Memphim demum liber
et per campestria vagus in plura scinditur flumina
manuque canalibus factis, ut sit modus in derivantium
potestate, per totam discurrit Aegyptum. initio didu-
citur, deinde continuatis aquis in faciem lati ac turbidi
maris stagnat: cursum illi violentiamque eripit latitudo
regionum, in quas extenditur dextra laevaque totam
9 amplexus Aegyptum. quantum crevit Nilus, tantum
spei in annum est; nec computatio fallit agricolam:
adeo ad mensuram fluminis . . respondet, quam fertilem
facit Nilus. is harenoso ac sitienti solo et aquam in-
ducit et terram: nam cum turbulentus *fuit*, omnem in
siccis atque hiantibus locis faecem relinquit et, quic-
quid pingue secum tulit, arentibus locis allinit iuvatque
agros duabus ex causis, et quod inundat et quod ob-
limat. itaque quicquid non ad*ivit*, sterile ac squalidum
10 iacet; si crevit super debitum, nocuit. mira itaque
natura fluminis, quod cum ceteri amnes abluant terras
et eviscerent, Nilus, tanto ceteris maior, adeo nihil
exedit nec abradit, ut contra adiciat vires nimiumque
in eo sit, quod solum temperat: illato enim limo hare-

2—5 *cf. Lucani vv. 327—331*

1 sollemne **JL**] solle(m)pne ‖ 2 manifestus iam *coll.* **λ** ‖ 3 latit. *Fortun.*] altitudinem **Φ**, *fort.* ne ⟨nisi⟩ in altit. *Ge.* ‖ 4 demum M. *coll.* **ϱ** ‖ 6 der.] diriuantium **Hϱ** ‖ 9 cursum] que *add.* **EO** ‖ 13 ad mens.] *cf. III 16, 2: ad tempus podagra respondet* | respondet] terra resp. **Z** resp. terra *Haase*, regio *add. Leo*, ubertas humi *add. Ge.* ‖ 14 harenoso **EHOϱZ**] ar. **ηFλ** | ac] et **ηEJ**(**L**?) ‖ 15 terram ind. et aquam *coll.* **ϱ** | fuit *Ge.*] *cf.* omnem, *sed fort.* turbo lentescit *praestat*, fiat **Φ** fluat **TZ** *Fort.* ‖ 16 locis] sulcis *Skutsch* ‖ 18 oblimat **ηL**^{2}] obliniat **FTZ** oblinat **ϑλP** ‖ 19 adiuit *Leo et Skutsch*] adiit *Fortun.* adiuuit (aud-**KO**) **Φ** ‖ 20 nocuit] nocet *Diels dub.* ‖ 23 nimium **ηELϱ**] *i. e. permultum?* minimum **FHλP**, *fort.* nimirum *et* temperet *Ge.* remedium *Leo et Skutsch* ‖ 24 temperat] -peret **ϱ** | har. **HJKOPTZ**] ar.

nas saturat ac iungit, debetque illi Aegyptus non tantum fertilitatem terrarum sed ipsas. illa facies pul- 11
cherrima est, cum iam se in agros Nilus ingessit: latent campi opertaeque sunt valles, oppida insularum modo exstant, nullum in mediterraneis nisi per navigia commercium est, maiorque est laetitia gentibus, quo minus terrarum suarum vident. sic quoque, cum se 12
ripis continet Nilus, per septena ostia in mare emittitur: quodcumque ex his elegeris, mare est, multos nihilominus ignobiles ramos in aliud † aquae litus porrigit.

Ceterum beluas marinis vel magnitudine vel noxa pares educat, et ex eo, quantus sit, aestimari potest, quod ingentia animalia et pabulo sufficienti et ad vagandum loco continet. Balbillus, virorum optimus 13
perfectusque in omni litterarum genere rarissime, auctor est, cum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum a mari occurrentium et cocodrillorum a flumine adversum agmen agentium velut pro partibus proelium; cocodrillos ab animalibus placidis morsuque innoxiis victos. his superior pars cor- 14
poris dura et impenetrabilis est etiam maiorum animalium dentibus, at inferior mollis ac tenera. hanc delphini spinis, quas dorso eminentes gerunt, submersi

3 est] *om.* η**P** ‖ **6** que est] que **O**ϱ est **E** ‖ **8** ostia **HKL**] hostia ‖ **9** eleg. ex his *coll.* η**E** ‖ **10** in aliud (alium ς**F**) aqu(a)e] in aliud atque (et $\mathbf{L}^2$) aliud $\mathbf{L}^2$**Z** *Fort., fort.* in aliud aliunde *Ge.* fluuiis (?) inaequalibus porr. *Skutsch* ‖ **11** porrigit] -gitur λ ‖ **13** pares] parces $\mathbf{J}^1\mathbf{K}^1$ partes η | (a)estimari] ext. **FL** exst. **K** exist. η *om.* **P** ‖ **15** Balb.] babillus η**EO** ‖ **16** perf.] profectusque *Fickert* | litt.] literarum (**HJ**) | rarissime λ] -me uel -mus **JK** -mus ϱ -mi $\eta\vartheta\mathbf{L}^2$**Z** *vulgo* ‖ **17** heracleotico] -eatico ϱ -iotico **E** -utio η ‖ **18** ostio η**LZ**] hostio | spect. *Fortun.*] ex(s)pectaculo Φ, ex septem, spect. *Diels* ‖ **19** occurr.] concurr. η**E** | cocodrill. Φ] *sic semper, cf. Ritscheli op. II 461, Diels et Brugmann Idg. Forsch. XV 1* ‖ **21** pro partibus] per partes ϱ, *var. lect. in* **JK** | proelium;] tum *add. Kroll,* quo *Ge.*

vulnerabant et in adversum enisi dividebant, rescissis hoc modo pluribus ceteri velut acie versa refugerunt:
15 fugax animal audaci, audacissimum timido! nec illos Tentyritae generis aut sanguinis proprietate superant sed contemptu et temeritate, ultro enim insecuntur 5 fugientesque iniecto trahunt laqueo: plerique pereunt, quibus minus praesens animus ad persequendum fuit.
16 Nilum aliquando marinam aquam detulisse Theophrastus est auctor. biennio continuo regnante Cleopatra non ascendisse, decimo regni anno et undecimo, 10 constat. significatam aiunt duobus rerum potientibus defectionem: Antonii enim Cleopatraeque defecit imperium. per novem annos non ascendisse Nilum superioribus saeculis Callimachus est auctor.
17 Sed nunc ad inspiciendas causas, propter quas aestate 15 Nilus crescat, accedam et ab antiquissimis incipiam. Anaxagoras ait, ex Aethiopiae iugis solutas nives ad Nilum usque decurrere. in eadem opinione omnis vetustas fuit: hoc Aeschylus, Sophocles, Euri-

3 *Amm. Marc. 22, 15, 20 audax tamen crocodilus monstrum fugacibus; ubi audacem senserit, timidissimum* ‖ **8** *Theophr. cf. fr. 159 Wim.* ‖ **14** *Callimachea ed. Schneider fr. 182* ‖ **16**—*p. 151, 1 cf. Lucan. Phars. X 219 sq.*

vana fides veterum Nilo, quod crescat in arva,
Aethiopum prodesse nives ‖

17 *Anax. fr. A 91, Diels p. 322* ‖ **17**—*p. 151, 1 Ioh. Laurentius Lydus de mens. IV 68 p. 144 W.* περὶ τῆς ἐν θέρει τῶν ὑδάτων ἐπιδόσεως Ἀναξαγόρας φησὶ τὰς τῆς Αἰθιοπίας τηκομένας χιόνας ἀποστέλλειν τὸν Νεῖλον· καὶ ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης ὅ τ' Αἰσχύλος καὶ Σοφοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. ‖ **19** *Aesch. fr. 300 N. Suppl. 542 Kirchh.* | *Soph. fr. 797* | *Eur. fr. 228 et Hel. 3*

1 enisi ϑJ²L²O²TZ] emisi λP emissi J¹ emersi η | rescissis ηZ] rescisis FH recissis E recisis λϱ ‖ **4** Tentyritae *Fortun.*] tanti rit(a)e Φ tintiritae H tintiri te Z tincture η ‖ **5** insec. ηFOϱ] insequuntur EHλZ ‖ **8** theophrastus *sic* ηH²TZ *trad.* ‖ **11** aiunt] autem λ ‖ **12** enim] autem J *om.* λZ | Cl.que] et Cl. E et Cl. qua Z ‖ **14** Callimachus EZ] -macus ‖ **19** Aeschylus] aeschilus H eschilus Eϱ escilus η eschinus Fλ escinus L aeschirus Z | Soph.] sophodes ηOP

pides tradunt, sed falsum esse argumentis pluribus patet. primo Aethiopiam ferventissimam esse indicat 18 hominum adustus color et Trogodytae, quibus subterraneae domus sunt. saxa velut igni fervescunt non tantum medio sed inclinato quoque die, ardens pulvis nec humani vestigii patiens, argentum replumbatur, signorum coagmenta solvuntur, nullum materiae superadornatae manet operimentum. auster quoque, qui ex illo tractu venit, ventorum calidissimus est. nullum ex his animalibus, quae latent, bruma umquam reconditur, etiam per hiemes in summo et aperto serpens est. Alexandriae quoque, ⟨quae⟩ longe ab immodicis caloribus posita est, nives non cadunt; superiora pluvia carent. quemadmodum ergo regio tantis subiecta fer- 19 voribus duraturas per totam aestatem nives recipit? quas sane aliqui montes illic quoque excipiant: numquid magis quam Alpes, quam Thraciae iuga aut Cau-

1 — *p. 152, 1 Lydus pergit:* ὁ δὲ μέγιστος ἐν φιλοσόφοις Ῥωμαίοις Σενέκας ἀντιλέγει φάσκων τὴν Αἰθιοπίαν ⟨θερμοτάτην εἶναι *addidi St. I 94*⟩, ἔνθεν καὶ διακαίεσθαι (*corr.* διακαίεται) τὰ σώματα τῶν Τρωγλοδυτῶν, οἵτινες οὐ φέροντες τὸν ἥλιον ὑπὸ τὴν γῆν οἰκοῦσιν, ὅ τε ἄργυρος κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ἀπομολυβοῦται καὶ οὐδεμία ὕλη οὐκ ἀποτήκεται. ἄλλως τε δὲ πολλοὺς εἶναι ποταμοὺς ἐκκειμένους τῷ νότῳ, ὧν οὐδένα ὁρῶμεν καίπερ ὑπερκειμένων ὀρῶν ⟨χιονωδῶν *addidi*⟩ πλημμυροῦντα τῷ θέρει. ‖
3. 8 *Lucan. Phars. X 221 sq.* *testis tibi sole perusti*
ipse color populi calidique vaporibus austri.

1 plur. argum. *coll.* **EH**(ϑ) ‖ **2** primo] primam **F**λ**T** primum **Z** ‖ **3** color ad. *coll.* **ET** | Trogodytae *Diels rest. cf. W. Schulze (Orthogr. Marp. 1894 p. 24)*] trogodit(a)e Φ trag- η**E** Troglodytae *vulgo, cf. Lydus* ‖ **4** sunt] propter calorem *e Lydo add. Skutsch* | igni] igne *Skutsch* ‖ **9** uentorum] uentus η**E** | est] *om.* **P** *Skutsch* ‖ **10** bruma] *post* unq. *coll.* ϱ *ante* etiam **T** ‖ **12** Alexandriae *Fortun.* **O**^{1}] alexandria | quae *add.* **Z** *Fortun.* ‖ **14** regio] *om.* **JK**(λ^1) *ante* subi. *coll.* **L** ‖ **16** numquid] numquam η(?)**F**$^2\lambda$ ‖ **17** Thr.] traci(a)e Φ | aut] quam **EH**(ϑ)

casus? atqui horum montium flumina vere et prima aestate intumescunt, deinde hibernis minora sunt: quippe vernis temporibus imbres nivem diluunt, reliquias eius
20 primus calor dissipat. nec Rhenus nec Rhodanus nec Hister nec Caystrus subiacens *T*molo aestate proveniunt: et illis altissimae ut in septemtrionibus iugiter sunt nives. Phasis quoque perinde ⟨ad⟩ tempus et *B*orysthenes crescerent, ut nives flumina possent contra
21 aestatem magna producere. praeterea si haec causa attolleret Nilum, aestate prima plenissimus flueret; tunc enim maxime integrae adhuc nives ex mollissimoque tabes est: Nilus autem per menses quattuor liquitur et illi *ae*qualis accessio est.

1—12 *Lucan. Phars. X 223 sqq.*
adde, quod omne caput fluvii, quodcumque soluta
praecipitat glacies, ingresso vere tumescit
prima tabe nivis.
12 *cf. Lucan. Phars. X 217 sq. 226 sq. 229—236.* ‖ **14** *cf. Thaletis fr. A 16 Diels p. 12* ‖ **14** *— p. 153, 4 cf. Lucan. Phars. X 239 – 241; 244 sqq.*

1 et prima uere *coll.* **ϱ** ‖ **2** hibernis] *i. e. etiam quam hiberna* ‖ **3** uernis] *desinit* **H** *et Palat. 1540* | diluunt] *desinit* **F** | reliquias **ηEL²TZ²**] reliquas **λPZ¹** ‖ **4** dissipat] dissoluit **E** | renus *et* rodanus *plerique codd.* ‖ **5** hister] hyster **LZ** yster *vel* ister **η** | nec caistrus *trad.*] nec ei ystrus **E** *om.* **T** *defendit Koeler, cf. Stud. I 96* | subiacens Tmolo *Ge. ibid.*] subiacent molo (malo **ηL**) **Φ** subiacent thmolo **T** ‖ **6** et] *i. e.* ‘*und doch*’ | alt.] *ante* iugiter **E** | ut **L²ϱZ**] *om.* **Eλ** | iugiter] iugis **L²Z** ‖ **7** Phasis — **8** niues] *om.* **η** | **7** perinde ad *Ge.*] per indie **λP** perendie **T** proinde **E** per idem **L²Z** *vulgo* | tempus] *sc. vernale, cf. l. 5,* tempore **E** | Borysthenes *Muretus*] boristenes **L²TZ** horis tenes **EλP(Φ)** ‖ **8** ut niues] *i. e. vel si nives,* si n. **L²Z** *vulgo, om.* **JK** | possent (-sint **E¹**) flum. *coll.* **ET** ‖ **11** maxime] maxim(a)e et **η**, *fort.* cum maxime *Ge.* | moll.] moliss. **λ(ϑ)** | que] quae **ET** qua **L¹** ‖ **12** quatuor *vel* IIII *trad.* | liq.] reliquitur **T** ‖ **13** equalis **ηL²Z**] qualis

Si Thaleti credis, etesiae descendenti Nilo resistunt 22
et cursum eius acto contra ostia mari sustinent: ita reverberatus in se recurrit nec crescit sed exitu prohibitus resistit et quacumque mox potuit *vi* congestus erumpit. Euthymenes Massiliensis testimonium dicit: 'navigavi' inquit 'Atlanticum mare: inde Nilus fluit, maior, quamdiu etesiae tempus observant; tunc enim eicitur mare instantibus ventis. cum resederunt, et pelagus conquiescit minorque descendenti inde vis Nilo est. ceterum dulcis mari sapor est et similes Niloticis beluae.' quare ergo, si Nilum etesiae provocant, *et* ante illos 23

1—4 *Lucan. X 239 sqq.*
Zephyros . . quorum stata tempora flatus
continuique dies . . . (244) quod aquas . .
adsiduo feriunt coguntque resistere flatu.
ille mora cursus adversique obice ponti
aestuat in campos.

5 *Euthym. fr. FHG IV p. 408* ‖ **5—10** *Lydus p. 145:* Εὐθυμένης δ' ὁ Μασσαλιώτης φησὶ διαπλεῦσαι τὴν Ἀτλαντικὴν θάλατταν ἐξ ἐκείνης τ' ἰδεῖν τὸν Νεῖλον ἐκτρέχοντα, καὶ τότε μᾶλλον ⟨αὐτὸν *add. ?*⟩ ὀγκοῦσθαι, ὅταν οἱ λεγόμενοι ἐτήσιοι πνέωσι· τότε γάρ φησιν ἐξωθεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων τὴν θάλατταν, τούτων δὲ πανομένων ἡσυχάζειν. γλυκὺ δὲ σχεδὸν τὸ τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάττης ὕδωρ, καὶ ὅμοια ⟨τὰ *add. Bekker*⟩ ταύτης θηρία τοῖς τοῦ Νείλου. ‖ **6—10** *cf. Lucan. X 255 sqq. (p. 158 ad § 6 exscr.)* ‖ **11** *p. 154, 18 Lydus* ἀντιλέγει δὲ καὶ ταύτῃ τῇ δόξῃ ὁ Σενέ-

1 Th.] taleti **JKP** talem **T** | etesiae] ethesiae η**TZ** et esie **E**λ**P** | descendenti *Fortun.*] descendente $\mathbf{L}^2$**Z** discedente **ET** discedent $\eta\lambda$**P**(Φ) ‖ **2** cursum *Diels*] cursu Φ cursus η | ostia **LTZ**] hostia | mari **L**] maris | ita reu.] iam reu. **T** inreu. **E** ita uerb. **Z** ‖ **4** quac. **EJLTZ**] quecumque **KO**(λ?)$\mathbf{P}^1$ quoc. η | mox potuit] *num* strix patuit *?* | ui cong. *Ge. Skutsch*] inconcestus Φ incongestus **T** incontextus η in se concestus $\mathbf{L}^2$**Z** inconcessus **E** in concessa *Diels,* in circumiecta *Rossb.* ‖ **5** Euthym.] euchimenes Φ eutimenes **Z** ‖ **6** atl. **Z**] athlanticum ϱ athal. $\vartheta\lambda$ | inde] unde **E** ‖ **7** etesiae] ethesi(a)e $\eta\mathbf{L}^2$**Z** esie **E**λ**P**(Φ) ‖ **8** resederunt $\mathbf{L}^2$**Z** *Madvig*] resederit Φ -derint *vulgo* ‖ **9** minorque] maiorque **T** *falso* | descendenti η**T**] -dentis | uis] *i. e. copia aquarum* ‖ **11** etesi(a)e $\mathbf{L}^2$**Z**] ethesie | prouocant et ante η] -cante tante **E**λ**P** -cant et tantae $\mathbf{L}^2$ -cant ante $\mathbf{J}^2$**TZ**

incipit incrementum eius et post eos durat? praeterea non fit maior, quo illi flavere vehementius, nec remittitur incitaturque, prout illis impetus fuit: quod fieret, si illorum viribus cresceret. quid, quod etesiae litus Aegyptium verberant et contra illos Nilus descendit, inde venturus unde illi, *si* origo ab illis esset? praeterea ex mari purus et caeruleus efflueret, non ut
24 nunc turbidus veniret. adde, quod testimonium eius testium turba coarguitur. tunc erat mendacio locus; cum ignota essent externa, licebat illis fabulas mittere; nunc vero tota exteri maris ora mercatorum navibus stringitur, quorum nemo narrat initium Nili aut mare saporis alterius: quae natura credi vetat, quia dulcissi-
25 mum quodque et levissimum sol trahit. praeterea quare hieme non crescit? et tunc potest ventis concitari mare aliquanto quidem maioribus: nam etesiae temperati sunt. quod si e mari ferretur Atlantico, semel oppleret Aegyptum: at nunc per gradus crescit.

26 Oenopides Chius ait: hieme calorem sub terris

καϛ φάσκων τὸ μὲν γλυκὺ καὶ λεπτὸν ὕδωρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀναρπάζεσθαι, καὶ τρόποις ἅπασιν ἁλμυρὰν εἶναι πᾶσαν θάλασσαν, καὶ μηδὲν ἀληθὲς εἶναι τοῦτο (τούτων Kroll). εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, καὶ τῷ χειμῶνι ἂν ἐπεδίδου ὁ Νεῖλος καὶ ἔτι μᾶλλον, ὅσῳ καὶ βιαιοτέρα ἡ τῶν ἀνέμων φορά. ἔτι δὲ καὶ ἰλυώδης μᾶλλον καὶ κυανοῦς φαίνεται, ὅπερ ἀλλότριον θαλαττίων ὑδάτων. ‖ **19** *cf. Oenopidis fr. 11 Diels p. 240*

2 flauere *Fortun.*] fauere ‖ **4** ethesiae $\eta L^2 \varrho Z$] esie **E** λ ‖ **5** litus $\eta \lambda Z$] littus **J** ϱ lutus **E** | Aegyptium (**Z**) *vulgo*] egyptum *vel* egiptum *trad.* egipti L^2 egyptus **T** *om.* η ‖ **6** illi si $\eta L^2 TZ$] illis ‖ **7** effl.] affluueret η**E** ‖ **8** ueniret *Fortun.*] uenit Φ euenit L^1 auenit P^1, ueniet *Skutsch* | adde *vulgo* (**P** *ex sil.*)] age ‖ **9** mendacio] -tio (η)**EL**?**TZ** -rio λ**P** ‖ **10** licebat **Z** *vulgo*] libebat Φ si libebat *Haase* | mittere] *sc. ab externis litoribus?* miscere *Haase* ‖ **11** exteri] exceri **JKP**(ϱ) *om.* **T** | ora **Z**] hora ‖ **12** initium (n?)$L^2 TZ$ *Haupt*] nuntium | Nili] nilum η ‖ **13** qu(a)e **OP**] que et **JKT** quam η**E**L^2 quid **Z** quod et *vulgo, fort.* quem *vel* idque *Ge.* ‖ **15** crescit **T** *Fortun.*] crescunt ‖ **16** aliquanto $L^2 Z$] aliquando | ethesiae *codd. plerique* ‖ **17** atl. **Z**] athlantico *codd. plerique* ‖ **18** at] ac λ**PZ**

contineri, ideo et specus cal*id*os esse et tepidiorem puteis *a*quam, itaque venas interno calore siccari. sed in aliis terris auge*ri* imbribus flumina: Nilum quia nullo imbre adiuvetur, tenuari, deinde crescere per aestatem, quo tempore frigent interiora terrarum et redit rigor fontibus. quod si verum esset, aestate flu- 27
mina crescerent omn*ia*, putei aestate abundarent. deinde calorem hieme sub terris esse maiorem a⟨it⟩ — quare? specus et putei tepent, quia aëra *f*rigentem extrinsecus non recipiunt: ita non calorem habent, sed frigus excludunt. ex eadem causa *a*estate frigid*i* sunt, quia a*d* illos remotos seductosque calefactus non pervenit.

Diogenes Apolloniates ait: 'Sol umorem ad se 28
rapit: hunc adsiccata tellus ex mari ducit, ⟨*ip*⟩sum ex

14 *Diog. Apoll. fr. A 18 Diels p. 344* ‖ **14** *— p. 156, 9 Lydus:* μεθ' ὃν Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης φησὶ τοῦ ἡλίου ἁρπάζοντος τὴν ὑγρότητα ἕλκεσθαι ὑπὸ τῆς (γῆς *Kroll*) ξηρᾶς τὸν Νεῖλον ἐκ τῆς θαλάττης· σηραγγώδης γὰρ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα καὶ διατετρημένη ἕλκει πρὸς ἑαυτὴν τὸ ὑγρόν, καὶ ὅσῳ μᾶλλον ξηροτέρα ἡ γῆ τῆς Αἰγύπτου, τοσούτῳ πλέον ἕλκει πρὸς ἑαυτὴν τὴν νοτίδα, καθάπερ τὸ ἔλαιον ἐπὶ τῶν λύχνων ἐκεῖσε πλέον ὁρμᾷ, ὅπη καὶ δαπανᾶται ὑπὸ τοῦ πυρός. ‖ **14** *sq. Lucan. X 260 . . sol rapit.*

1 calidos **L²TZ**] cauosos **Φ**, uaporosos *Leo* ‖ **2** aquam **L²TZ**] quam ‖ **3** augeri **L²Z**] augent **Φ** augentur **T** augeri tum *Madv.* | flumina imbr. *coll.* **ET** ‖ **6** rigor] uigor *Schottus Haase* | flumina — **7** aestate] *om.* **η** ‖ **7** omnia *Madv.*] omnes **Φ** omnia *add. s.* flumina **L²Z** *ante* omnes *add. Haase* ‖ **8** ait . quare? sp. *Ge.*] aquarespecus **Φ** at quare sp. **L²Z** aqua et sp. **η** ‖ **9** frigentem *Leo et Skutsch*] et rigentem **Φ** et *om.* **ηL²TZ** ‖ **11** estate **ηL²TZ**] est. at (ac **JK**) *sequente* re- **Φ** est aer **E**, calente aëre *Skutsch* | frigidi sunt *Diels*] frigidunt **ηZ** refrigidunt **JP²**(**Φ**) refrigidiunt **K** refridunt **P¹** refugidunt **O** frigidus **E** frigidum **L** frigebunt **T** frigescunt **g**, frigidi fiunt *Skutsch, fort.* ⟨aë⟩re frigidiores sunt *Ge.* ‖ **12** ad illos **L²**] illos **Z** ad illo **T** ab illo **Φ** in illos *Madv.* | seductos] sed ductos **λPZ** | calefactus] aer *add. antea* **ηL²T** *(cf.* **E** *supra), postea* **Z** ‖ **15** ipsum] *vel* mare exhaustum *Ge.* cum **Φ** tum **Z** *vulgo* et **η** | ex] *om.* **E¹T**

ceteris aquis. fieri autem non potest, ut *ima* sicca si*t* tellus, alia abunde*t*: sunt enim perforata omnia et invicem pervia, et sicca ab umidis sumunt. ali*oquin* nisi aliquid terra acciperet, exaruisset. ergo undique sol trahit, sed ex his, quae prem*it*, maxime: haec me-
29 ridiana sunt. terra cum exaruit, plus ad se umoris adducit: ut in lucernis oleum illo fluit, ubi exuritur, sic aqua illo incumbit, quo vis caloris et terrae aestuantis arcessit. unde ergo trahit? ex illis scilicet partibus semper hibernis: septemtrionale*s* exundant. ob hoc Pontus in infernum mare assidue fluit rapidus (non ut cetera maria alternatis ultro citro aest*i*bus) in unam partem semper pronus et torrens. quod nisi fac*t*is itineribus, quod cui⟨que⟩ deest, redderetur, quod cuique superest, emitteretur, iam aut sicca essent om-
30 nia aut inundata.' interrogare Diogenem libet: qua*re*,

2 *cf. Lucan. Phars. X 247 sq. sunt qui spiramina terris esse putent* ‖ **4** *cf. Aetnae v. 155 sqq. quod si spissa foret, solido si staret in omni, . . . tellus. adde 129 sqq.* ‖ **4/5** *cf. Aetnae v. 176 introrsus cessante solo trahat undique venas (Aetna).*

1 ut $\eta L^2 \varrho Z$] aut **E** λ | ima s. *Ge.*] una sicca ηL^2 uia sicca **E** uia suta λ auia suta **P** alia sicca **TZ** | sit ηZ] sic ‖ **2** (h)abundet Φ | enim] *om.* **JKT** ‖ **3** alioquin $L^2 Z$ *Madv.*] aliquando. Φ, ubique. iam diu *Leo*, aliqua. unde *(vel* inde) *Ge.* ‖ **4** aliquid] liquidi *add. Gertz*, aliunde *Diels olim coni.* | undique $L^2 \varrho Z$] undi λ unde η**E** undas *Fort.* ‖ **5** trahit, sed] trahit? scilicet *Madv.* | premit **Z** *Fromondus*] premunt Φ, promunt *Koeler*, premuntur *Ge.* | haec] *om.* λ ‖ **9** trahit] *sc. terra aestuans* ‖ **10** septemtrionales *(vel* -lia) *Ge.*] -nalis Φ -nalibus η -nalibus unde **g** *vulgo* | exundant.] exundat. η exundat ob . . . et fluit *Madv.* ‖ **11** mare] *desinit* **Z** *in fol. 62*^{v} ‖ **12** citro] citroque **E** | estibus g^2**T**] estatibus ‖ **13** factis *Diels*] fac(it) his Φ facit hisque **E O** faceret his η**T**, fieret his *Pincianus*, facile his *Madvig* | cuique **T**] cui Φ cuiquam **E** ‖ **16** libet] licet **E** | quare, cum pertusa sint *Diels*] q$\overset{u}{r}$ cum pertusa sunt **T** q$\overset{u}{i}$ (= quasi, q$\overset{u}{r}$ **O**) compertus (-tis **P**) as (aīus **K** aīmus η**E** animus **JO**) Φ quasi percussa sint **L** quare, si pertusa viis sunt *Madv., fort.* quare, quoniam pertusa sunt *et* commeant *Ge.*

cum pertusa *sint* cuncta et invicem commeent, non omnibus locis aestate maiora sint flumina. 'Aegyptum sol magis percoquit: itaque Nilus magis crescit'. sed ⟨quomodo fieri potest, ut absumptis aquis non solum hic abundet sed⟩ in ceteris quoque terris aliqua fluminibus fiat adiectio? deinde quare ulla pars terrae sine umore est, cum omnis ad se ex aliis regionibus trahat, eo quidem magis quo calidior est? deinde quare Nilus dulcis est, si haec illi e mari unda est? nec enim ulli flumini dulcior gustus . . . .

E capitibus, quae in libro archetypo perierunt, haec excerpta in librum de mensibus quartum receperat Ioh. Laurentius Lydus cap. 68 (p. 146 W.):

ὁ δὲ Ἡρόδοτος *(II 24)* παρὰ πάντων τῶν ποτα- 1
μῶν ἕλκειν τὸν ἥλιον τὸ ὑγρόν φησι, τὴν πρόσγειον
νότου ζώνην διατρέχοντα, πρὸς δὲ τῷ θέρει πρὸς βορρᾶν
ἐκκλίνοντα ἐκκαλεῖσθαι τὸν Νεῖλον· καὶ διὰ ταύτην τὴν
αἰτίαν αὐτὸν ἀναχεῖσθαι κατὰ τὸ θέρος.

οἱ δὲ Αἰγύπτιοί φασι τοὺς *(Bekker, τὰς trad.)* 2
ἐτησίους πάσας ἐξ ὑπερτέρου τὰς νεφέλας ἐπὶ τὸν νό-
τον ἐξωθεῖν καὶ ἐκεῖθεν βαρείας καταφερομένης βροχῆς
ἀναβλύζειν τὸν Νεῖλον.

ad § 2 et 4 Amm. Marc. 22, 15, 5: adfirmant aliqui physicorum in subiectis septentrioni spatiis, cum hiemes frigidae cuncta constringunt (-gant Skutsch), magnitudines nivium congelascere easque postea vi flagrantis sideris resolutas fluxis umoribus nubes efficere gravidas, quae in meridianam plagam etesiis flantibus pulsae expressaeque tepore nimio incrementa ubertim suggerere Nilo creduntur (cf. Stud. I 101 et infra p. 159).

et Lucani Phars. X 242 sq. (de etesiis):
vel quod ab occiduo pellunt tot nubila caelo
trans noton et fluvio cogunt incumbere nimbos (cf. Diels p. 12).

1 commeent (*et antea* cum) *Fortun.*] commeant **Φ** ‖ **2** sint] sunt **ηE** *fort. recte* | Aegyptum — **3** crescit *Diogeni dedi* ‖ **3** itaque] ita **ET** ‖ **4** quomodo — **5** sed] *add. Ge.* ‖ **6** adiectio **ET**] abiectio ‖ **7** est] *om.* **ET** ‖ **8** quidem] quod **JP** que **η** ‖ **9** haec] hoc **EJKT** | illi e **η**(**L**?)**T**] illic e **λP** illi cum **E** ‖ **10** gustus] *desinit* **Φ**

3 *Ἔφορός γε μὴν ὁ Κυμαῖος (fr. 108 F. H. G. I p. 263) ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φησιν ἀραιὰν εἶναι κατὰ φύσιν τὴν Αἴγυπτον καὶ κατ' ἔτος ἐπαγομένης ἰλύος ὑπὸ τοῦ Νείλου στεναγοῦσθαι, τὸν δὲ ποταμὸν δίκην ἱδρῶτος κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ καύματος ἐπὶ τὰ κουφότερα καὶ ἀραιότερα καταρρεῖν.*

4 *ἀλλὰ καὶ Θρασυάλκης ὁ Θάσιος (cf. Posidonii vell. ed. Bake p. 98 et Strabo I 21) τοὺς ἐτησίους φησὶν ἐξωθεῖν τὸν Νεῖλον· τῆς γὰρ Αἰθιοπίας ὑψηλοῖς παρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς ὄρεσι διεζωσμένης ὑποδεχομένης τε τὰς νεφέλας πρὸς τῶν ἐτησίων ὠθουμένας ἐκδιδόναι (ἐπιδιδόναι coniecerim) τὸν Νεῖλον —*

5 *ὡς καὶ Καλλισθένης ὁ Περιπατητικὸς (fr. 6 S. R. A. p. 12) ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν Ἑλληνικῶν φησιν ἑαυτὸν συστρατεύσασθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι καὶ γενόμενον ἐπὶ τῆς Αἰθιοπίας εὑρεῖν τὸν Νεῖλον ἐξ ἀπείρων ὄμβρων κατ' ἐκείνην γενομένων καταφερόμενον.*

ad § 5 Lucani Phars. X 268 sqq.:

quae tibi noscendi Nilum, Romane, cupido est.
et Phariis Persisque fuit Macetumque tyrannis
nullaque non aetas voluit conferre futuris
notitiam, sed vincit adhuc natura latendi

(ubi Neronis cupido vix respici eodem potuit modo quo a Seneca VI 8, 3. natura latendi: cf. ἐν βαθεῖ vel ἐν βάθει § 9).

summus Alexander regum, quem Memphis adorat,
invidit Nilo misitque per ultima terrae
Aethiopum lectos. illos rubicunda perusti
zona poli tenuit: Nilum videre calentem.
venit ad occasus mundique extrema Sesostris
et Pharios currus regum cervicibus egit,
ante tamen vestros amnes Rhodanumque Padumque
quam Nilum de fonte bibit. vesanus in ortus
Cambyses longi populos pervenit ad aevi
defectusque epulis et pastus caede suorum
ignoto te, Nile, redit.

(de hoc excursu historico Senecae a Posidonio tradito cf. Diels p. 19 sq. Callisthenes fuit inter lectos.)

ἀλλὰ καὶ Δικαίαρχος *(fr. 52 F. H. G. II p. 251)* 6
ἐν Περιόδῳ γῆς ἐκ τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάττης τὸν Νεῖλον ἀναχεῖσθαι βούλεται.

[desunt Posidonii et Iubae doctrinae.] 7-8

ποικίλαι μὲν οὖν αἱ περὶ αὐτοῦ δόξαι, τὸ δ' ἀλη- 9
θὲς κατὰ τοὺς ἀνθρώπους τέως οὐδαμοῦ· κατὰ γὰρ τὸ λόγιον 'τὸ δ' ἀτρεκὲς ἐν βαθεῖ ἐστι (βάθει ἐστί *coniecerim*)'.

ad § 6 (et cap. 2, 22) Lucani Phars. X 255 sqq.
rumor ab oceano, qui terras alligat omnes,
exundante procul violentum erumpere Nilum
aequoreosque sales longo mitescere tractu (cf. Diels p. 14).

ad § 7 Lucani Phars. X 258 sqq.:
nec non oceano pasci Phoebumque polumque
credimus. hunc calidi tetigit cum brachia cancri,
sol rapit atque undae plus quam quod digerat aër
tollitur: hoc noctes referunt Niloque refundunt.
(cf. Diels p. 16 et p. 8 sq., Studia mea I 102 sq. Posidonii rell. ed. Bake p. 66 sq.)
Amm. Marc. 22, 15, 6:
ex Aethiopicis imbribus, qui abundantes in tractibus illis per aestus torridos cadere memorantur, exundationes eius erigi anni temporibus adserunt alii praestitutis (num cf. Lucani Phars. X 240 stata tempora?): quod utrumque (cf. § 5 supra p. 157 adl.) dissonare videtur a veritate. (cf. Stud. I p. 101 sq. et Posidonii rell. ed. Bake p. 97 sqq.)

ad § 8 Lucani Phars. X 290 sq.:
cursus in occasus flexu torquetur et ortus
nunc Arabum populis, Libycis nunc aequus arenis.
(cf. Iubae fr. 29 FHG III 473. Stud. I p. 103, Diels p. 21.)
Amm. Marcell. 22, 15, 8:
rex autem Juba Punicorum confisus textu librorum a monte quodam oriri eum exponit, qui situs in Mauritania despectat Oceanum; hisque indiciis hoc proditum ait, quod pisces et herbae et beluae similes per eas paludes gignuntur.

ad § 9 Sen. Nat. Quaest. VII 32, 4 vix ad fundum veniretur, in quo veritas posita est. de benef. VII 1, 6 involuta veritas in alto est. (cf. G. Müller, Diss. p. 17, 2.)

NATURALIUM QUAESTIONUM LIBER IV B QUI FERTUR.

Liber tertius.

De nubibus.

Caelestes aquas nubila excutiunt (cf. III 23).
Nubes spissitudo aëris crassi est (cf. II 30, 4).
Quaeritur, quomodo nix fiat . . nix pruinae habet similem naturam. plus illi spiritus quam aquae inest . . . Anaxagoras . . quod inter rorem et aquam interest, hoc inter pruinam et glaciem, nec non inter nivem et grandinem interest (cf. IV b 13, 2; 3, 6).
[Add. fort. Plin. HN 2, 102 sqq. 152.]

3. Grandinem hoc modo fieri si tibi affirmavero, quo apud nos glacies fit, gelata nube tota, nimis audacem rem fecero. itaque ex his me testibus numera secundae notae, qui vidisse quidem se negant; aut, quod historici faciunt, et ipse faciam: illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere sed adiciunt: 'penes auctores fides erit'. ergo
2 si mihi parum credis, Posidonius tibi auctoritatem promittit tam in illo, quod praeterît, quam in hoc,

19 *Posidonii p. 85 B.*

2 liber IV *vulgo*] IV b *distinguitur inde ab Haase,* l. primus **ST,** l. secundus **KPU** *Esc.* l. tertius **H** *in subscr.* **L***mg.***Z** *et una cum libris III et IV a* **Δ***: hunc numerum antiquitus traditum esse Diels coni., novatum in* **Δ** *Schultess computavit* ‖ **3** de nubibus *subscr.* **HL** *mg.* (de grandine et nubibus **E**), *cf. Diels p. 29, 1 et Allers p. 629* ‖ **4—11** *Liber IV b initio mutilus traditur, frustula congesserunt Haase (6—10), Allers (5), Ge. (4; 11)* ‖ **12** si tibi affirmauero] *colloc. s.* nube tota *codd. Itali classis* **Δ** ‖ **13** fit] sit **Acp..FHO** | tota nube *coll.* **Aλ** ‖ **14** numera *Muretus*] numero ‖ **15** uidisse **δZ**] audisse **Φ** | se quidem *coll.* **δ** | negant] sed audisse *add.* **δ** uidisse *antea add.* **E** ‖ **17** aliquam] quamque **δ** ‖ **19** possidonius *trad. ut semper* | auctoritatem] auctorem **δ** ‖ **20** promittit **δ**g¹**EST**] -ttet **Φ** | illo] eo **ϱ** | pr(a)eterit **δgHZ** *Rossb.*] *cf. p. 3, 17,* pr(a)eteriit

quod secuturum est: grandinem enim fieri ex nube aquosa iam et in umorem versa sic affirmabit, tamquam interfuerit. quare autem rotunda sit grando, 3 etiam sine magistro scire poteris, cum adnotaveris stillicidium omne glomerari, quod et in speculis apparet, quae umorem halitu colligunt, et in poculis sparsis aliaque omni levitate; non minus foliis si quae guttae adhaeserunt, in rotundum iacent.

quid magis est saxo durum? quid mollius unda? 4
dura tamen molli saxa cavantur aqua.

aut ut alius poeta ait:

stillicidi casus lapidem cavat —

haec ipsa excavatio rotunda fit; ex quo apparet illud quoque esse huic simile, quod cavat: locum enim sibi ad formam et habitum sui exsculpit. praeterea potest, 5 etiamsi non fuit grando talis, dum defertur, corrotundari et totiens per spatium aëris densi devoluta aequabiliter atque in orbem teri. quod nix pati non potest, quia non est tam solida, immo quia fusa est, et non per magnam altitudinem cadit sed circa terras initium eius est: ita non long*us* illi per aëra sed ex proximo lapsus est. quare non et ego mihi idem permittam, 6

9 *Ov. ars am. I 475 sq.* ‖ **12** *Lucr. I 314*

2 iam et] et iam δ iam η et **g** ‖ **4** etiam] et η**E** | poteris $\delta\lambda$] possis $\vartheta\varrho$**Z** ‖ **5** et] *om.* **K**ϱ ‖ **6** halitu] alitu Φ habitu **Z** alicubi δ ‖ **7** non minus] nam et in δ | foliis] herbarum f. et arborum(?) δ ‖ **9** magis est s. durum?] est s. durius? δ | quid] quod λ(?) ‖ **12** stillicidii $\delta\Phi$ ‖ **13** haec] et haec δ | exc.] cauatio δ ‖ **14** huic quoque s. e. *coll.* **ST** q. esse simile huic ϑ**PZ** ‖ **15** exsculpit **A**^{2}**HP**^{2}**S**] exculpit Φ exsculpsit δ ‖ **16** fuit] fuerit δ | dum (δ)Φ] cum η ‖ **17** aeris densi $\eta\vartheta$**PZ**] densi aeris $\delta\lambda$**ST** ‖ **19** immo] imo **FH** uno **O** | quia] *fort.* fusa est, et quia *coll. Ge.* | fusa δ**FH**ϱ**Z**] tam fusa η**E**λ ‖ **20** sed] *fort. add.* ut *Ge.* ‖ **21** non δ(η)] ne Φ nec **ST** *Larisch Gertz* | longus **Z** *Gertz*] longius ‖ **22** et ego] *om.* δ et *om.* **T** | idem mihi *coll.* (η?)δ

quod Anaxagoras? inter nullos magis quam inter philosophos esse debet aequa libertas: grando nihil aliud est quam suspensa glacies, nix [in] pruina pendens [congelatio]. illud enim iam diximus, quod inter rorem et aquam interest, hoc inter pruinam et glaciem, nec non inter nivem et grandinem interesse.

1 4. Poteram me peracta quaestione dimittere sed bene mensum dabo et, quoniam coepi tibi molestus esse, quicquid in hoc loco quaeritur, dicam; quaeritur autem, quare hieme ningat, non grandinet, et vere iam frigore infracto grando cadat. nam ut fatear tibi verum mihi quidem persuadetur, qui me usque ad mendacia haec leviora, in quibus os percidi non oculi
2 erui solent, credulum praesto: hieme aër riget et ideo nondum in aquam vertitur sed in nivem, cui aër propior est; cum ver coepit, maior inclinatio temporis sequitur et calidiore caelo maiora fiunt stillicidia. ideo (ut ait Vergilius noster) 'cum ruit imbriferum ver', vehementior est mutatio aëris undique patefacti et solventis se ipso tempore adiuvante: ob hoc nimbi graves
3 magis vastique quam pertinaces deferuntur. bruma

1 *Anax. fr. 85 p. 321 Diels fort. resp.* ‖ **18** *Verg. Georg. I 303*

2 debet esse *coll.* **BCET** ‖ **3** est aliud *coll.* **BCL** | in *del. Madvig, cf. Arist. Meteor. I 11 p. 347 b 30* ὡς μὲν ἐκεῖ χιών, ἐντεῦθα γίγνεται πάχνη ‖ **4** congelatio *del. Madvig,* rore gelato *Schultess* | diximus] *sc. initio huius libri nunc deperdito* ‖ **5** rorem et aquam **Z**] aquam et rorem $\delta\Phi$, rorem et pluuiam *Ge.* ‖ **6** grandinem $L^2\varrho Z$] glaciem $\delta\vartheta\lambda$ ‖ **8** mensum] em(er)sum δ ‖ **9** quaeritur] *i. e. desideratur, postea: disseritur* | dicam δ] *om.* Φ ‖ **10** hieme $\vartheta\varrho Z$] in hieme $\delta\lambda$ *sed* hyeme *praebent* **FHL** *alii* | ningat] ninguat δZ | et] *om.* Φ ‖ **11** ut] *pendet a* persuad., *cf. p. 174, 15* | fatear t. u., *Skutsch*] fallar tibi, *(sic dist. vulgo)* uerum ‖ **12** quidem *et* usque] *om.* δ ‖ **13** os perc.] *sc. colaphis vel stigmate* ‖ **14** erui] *fort.* seruis *add. E. Pernice* ‖ **16** inclinatio] indignatio FH^1 | temporis] ὥρας. *intell.* aeris ϱZ t. uel aeris λ ‖ **18** uirgilius *trad. ut semper* ‖ **19** est] *ante* mut. $\delta E\lambda$ *post* mutatio (immutatio η) ηFHZ *post* aeris *coll.* ϱ | patefacti] *oppositum* riget *l. 14* ‖ **20** tempore] tepore *cd. Memm.* (ς *Gronovius* ‖ **21** uastique magis *coll.* δ magis u. magis E^2

lentas pluvias habet et tenues, quales saepe solent intervenire, cum pluvia rara et minuta nivem quoque admixtam habet; dicimus nivalem diem, cum altum frigus et triste caelum est. praeterea aquilone flante aut suum caelum habente minutae pluviae sunt; austro imber improbior est et guttae pleniores.

5. Rem a nostris positam nec dicere audeo, quia infirma videtur, nec praeterire: quid enim mali est aliquid et faciliori iudici scribere? immo si omnia argumenta ad obrussam coeperimus exigere, silentium indicetur: pauca enim admodum sunt sine adversario; cetera, et*iam*si vincunt, litigant. aiunt vere, quicquid circa Scythiam et Pontum et septemtrionalem plagam glaciatum et astrictum est, relaxari; tunc flumina gelata discedere, tunc obrutos montes nivem solvere. credibile est ergo frigidos spiritus inde *fer*ri et verno caelo remisceri. illud quoque adiciunt, quod nec sum expertus nec experiri cogito (tu quoque, censeo, si volueris verum exquirere, nivem in Ca*re* experiaris): minus algere aiunt pedes eorum, qui fixam et duram nivem calcant quam eorum, qui teneram et labefactam. ergo, si non mentiuntur, quicquid ex illis septemtrionalibus locis iam disturbata nive et glacie frangente se fertur, id meridianae partis tepentem iam umidumque aëra alligat et praestringit: itaque cum pluvia futura erat grando fit iniuria frigoris.

5 aut] et δ ut **E** | suum] *i. e. secundum* ‖ **10** obrusam (*sic*) Φ] lancem δ ‖ **11** sunt] *ante* adm. λ ‖ **12** etiamsi *Haasei observationem secutus scripsi*] etsi | uere] *hic om. add. l. 14 ante* relaxari δ ‖ **13** scithiam *trad.* ‖ **15** montes] *om.* **FH**(ϑ) lacus *add.* **EST** | niuem] niues **H** *om.* **ST** ‖ **16** est ergo] ergo est δ, *fort.* esse ergo *Ge.* | ferri *Ge.*] fieri $\delta\Phi$ inferri (η?)**E** *et v. l.* J^2 | uerno] uno δ**P** imo **BC** *Koeler* ‖ **19** exq.] inquirere $\delta\lambda$ | niuem *del. Gertz* | Care Z^2 *Gron.*] cane $\delta\Phi$, *cf. proverbium ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον* | experiaris] experieris **ST** ‖ **20** alg. aiunt] autem alg. (*om.* **L**) aiunt λ autem algent δ ‖ **24** merid.] mundane δ ‖ **25** erat] erit δ

1 6. Non tempero mihi, quominus omnes nostrorum ineptias proferam. quosdam peritos observandarum nubium esse affirmant et praedicere, cum grando ventura sit. hoc intellegere usu ipso potuerunt, cum colorem nubium notassent, quem grando totiens insequebatur. illud incredibile, Cleonis fuisse publice prae-
2 positos chalazophylacas, speculatores venturae grandinis. hi cum signum dedissent adesse iam grandinem, quid expectas? ut homines ad paenulas discurrerent aut ad scorteas? immo pro se quisque alius agnum immolabat alius pullum: protinus illae nubes alio declinabant, cum
3 aliquid gustassent sanguinis. hoc rides? accipe quod magis rideas: si quis nec agnum nec pullum habebat, quo sine damno fieri poterat, manus sibi afferebat, et, ne tu avidas aut crudeles existimes nubes, digitum suum bene acuto graphio pungebat et hoc sanguine litabat; nec minus ab huius agello grando se vertebat quam ab illo, in quo maioribus hostiis exorata erat.

1 7. Rationem huis rei quaerunt: alteri, ut homines sapientissimos decet, negant posse fieri, ut cum grandine aliquis paciscatur et tempestates munusculis redimat, quamvis munera et deos vincant. alteri suspicari ipsos aiunt esse in ipso sanguine vim quandam
2 potentem avertendae nubis ac repellendae. sed quomodo in tam exiguo sanguine potest esse vis tanta, ut in altum penetret et illam sentiant nubes? quanto

2 ineptias n. omnes *coll.* $\delta\lambda$ ‖ **3** uentura] *om.* δ ‖ **4** sit] est *Waldästel* | usu] usui λ | potuerunt] potuisse δ | col.] calorem δ ‖ **6** praep.] propositos δ ‖ **7** chalazophilacas (-tas J^2) **FHJ**^{2}] calazophilacas (-tas λ**Z**) η**E**λ**Z** chalazophilicas δ**Q** | uenture **A**ϑ**Q****Z**] futur(a)e **BC**η**E**$^1\lambda$ ‖ **8** hi] hii **H**λ**T** ‖ **10** scorteas] scortas **A**(δ) scorta **BCp** ‖ **11** protinus] autem *add.* δ ‖ **14** quo (*vel* quo de) *Ge.*] *sc. sacrum fieri,* quod $\delta\Phi$ | dampno *trad.* | poterat fieri *coll.* $\delta\lambda$ ‖ **16** bene] uel δ ‖ **17** se grando *coll.* $\delta\lambda$ ‖ **19** rationem] ratio δ | qu(a)erunt] quaeritur δ quidam quaerunt η ‖ **22** et d.] etiam d. $\delta\lambda$ ‖ **23** ipsos] se δ | sanguine] *om.* **FH** | uim] *s. l.* λ ‖ **25** uis esse potest *coll.* $\delta\lambda$ ‖ **26** in] *om.* λ illa in δ

expeditius erat dicere: mendacium et fabula est. at Cleonaei iudicia reddebant in illos, quibus delegata erat cura providendae tempestatis, quod neglegentia eorum vineae vapulassent aut segetes procidissent. et apud nos in XII tabulis cavetur, ne quis alienos fructus excantassit. rudis adhuc antiquitas credebat et attrahi cantibus imbres et repelli, quorum nihil posse fieri tam palam est, ut huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit. 3

8. Unam rem ad hoc adiciam et favere te ac plaudere iuvabit. aiunt nivem in ea parte aëris fieri, quae prope terras est hanc enim plus habere caloris ex quattuor causis: una, quod omnis terrarum evaporatio, cum multum in se fervidi aridique habeat, hoc est calidior, quo recentior; altera, quod radii solis a terra resiliunt et in se recurrunt: horum duplicatio proxima quaeque a terris calefacit, quae ideo plus habent teporis, quia solem bis sentiunt; tertia causa est, quod magis superiora perflantur, at quaecumque depressa sunt, minus ventis verberantur.

9. Accedit his ratio Democriti: 'omne corpus quo solidius est, hoc calorem citius concipit, diutius servat. itaque si in sole posueris aeneum vas et vitreum [et argenteum], aeneo citius calor accedet, diutius haerebit.' adicit deinde, quare hoc existimet fieri. 'his', inquit,

5 *sq. fragm. 8 a tabulae VIII. FIRA p. 28 Bruns* ‖ 21 — *p. 166, 7 Dem. fr. a Dielsio non receptum.*

2 Cleonaei *Ge.*] cleone (*vel* deone) Φ decuriones E^2 cleonis δ ‖ 3 cura] curia E ‖ 5 ne quis] qui *ex ipsa lege Plin. HN 28, 17* | alienos] *om. Plin.* ‖ 6 fructus] uel tunc *add.* λ | excantassit Z *Schoell sec. Plin.*] -tasset ‖ 7 cantibus] *s. l.* δ *ante* et ηE | imbres] nubes δ ‖ 8 huius] eius $\delta\lambda$ ‖ 9 scola *trad.* ‖ 10 ad hoc Φ] adhuc δ | ac] et λ ‖ 12 est prope t. (terram δ) *coll.* BC(λ) ‖ 15 altera] alteri λ ‖ 16 se rec.] se currunt ηE ‖ 17 quaeque] quae λ quoque EP | a] *om.* ϱ | teporis $\delta\vartheta J^2L^2O^2\varrho$] temporis $\eta H^1\lambda P^1Z$ ‖ 21 accedit] accidit $\eta FH(\vartheta)P^1Z$ ‖ 23/4 et argenteum] *del. Ge. Koeleri offensione permotus* ‖ 24 calor] *post* accedet $\delta\lambda$ *ante* citius Z | haer.] adherebit δ ‖ 25 hoc] *om.* $\delta\lambda$

'corporibus, quae duriora et pressiora sunt, necesse est minora foramina esse et tenuiorem in singulis spiritum: sequitur, ut, quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt, sic haec foramina occulta et oculos effugientia et celerius fervorem sentiant et propter easdem angustias, quicquid receperunt, tardius reddant.' haec longe praeparata ad id perducunt, de quo nunc quaeritur.

10. Omnis aër quo propior est terris, hoc crassior. quemadmodum in aqua et in omni umore faex ima est, ita in aëre spississima quaeque desidunt. iam autem probatum est omnia, quo crassioris solidiorisque materiae sunt, hoc fidelius custodire calorem receptum. editior aër, quo longius a terrarum colluvie recessit, hoc sincerior puriorque est; itaque solem non retinet sed velut per inane transmittit: ideo minus calefit.

1 11. Contra quidam aiunt cacumina montium hoc calidiora esse debere, quo propiora soli sunt: qui mihi videntur errare, quod Apenninum et Alpes et alios notos ob eximiam altitudinem montes in tantum putant crescere, ut illorum magnitudo sentire solis viciniam
2 possit: excelsa sunt ista, quamdiu nobis comparantur; at vero ubi ad universum respexeris, manifesta est omnium humilitas. inter se vincuntur et vincunt, ceterum in tantum nihil attollitur, ut in collatione totius ulla sit vel maximis portio: quod nisi esset, non dice-

12/13 *cf. Aetnae vv. 413—415.*

1 pressiora] densiora *v. l.* **δ** ‖ 4 miliaria] militaria **δ S T** ‖ 5 eff.] fugientia **δ E** ‖ 7 haec] hoc **λ** ‖ 9 propior] proprior **λ** propinquior **B C** ‖ 12 crassioris] crassidioris **λ** ‖ 14 editior aer] quo ed. est aer et **δ** ‖ 15 hoc] *om.* **ϱ** | retinet] recipit **δ** p ‖ 16 calefit] calescit **λ** ‖ 17 quidam] quidem **A λ** quod est **B C** ‖ 18 soli prop. *coll.* **δ λ** ‖ 19 Apen.] appeninum **A H λ S T** ‖ 20 notos] montes **δ** | montes] notos **δ** ‖ 21 magnitudo . . possit] magnitudines . . possint **δ** | uiciniam] uicinam (**λ** ?) ‖ 24 omnium] omnibus **δ** in omnibus **λ** ‖ 26 ulla] nulla **δ η**

remus totum orbem terrarum pilam esse. pilae pro- 3
prietas est cum aequalitate quadam rotunditas, aequalitatem autem hanc accipe, quam vides in lusoria pila: non multum illi commissurae et rimae earum nocent, quo minus par sibi ab omni parte dicatur. quomodo in hac pila nihil illa intervalla officiunt ad speciem rotundi, sic ne in universo quidem orbe terrarum editi montes, quorum altitudo totius mundi collatione consumitur. qui dicit altiorem montem, quia solem pro- 4
pius excipiat, magis calere debere, idem potest dicere longiorem hominem citius quam pusillum debere calefieri et caput citius quam pedes: at quisquis mundum mensura sua aestimaverit et terram cogitaverit tenere puncti locum, intelleget nihil in illa ita posse eminere, ut caelestia magis sentiat, velut in propinquum illis accesserit. montes isti, quos suspicimus, et vertices 5
aeterna nive obsessi nihilominus in imo sunt; et propius quidem est a sole mons quam campus aut vallis, sed sic, quomodo est pilus pilo crassior. isto enim modo et arbor alia magis quam alia dicetur vicina caelo. quod est falsum, quia inter pusilla non potest magnum esse discrimen, nisi dum inter se comparantur. ubi ad collationem immensi corporis ventum est, nihil interest, quanto sit alterum altero maius, quia, etiamsi magno discrimine, tamen minima vincuntur.

12. Sed ut ad propositum revertar, propter has

3 autem] *om.* **S** | hanc] *ante* autem **g** P^1 *post* accipe **E** | lusoria] luxoria **Z** lusior(i)a λ lusoia P^1 ‖ **4** rimae] ruinae δ | earum] eius J^2 ‖ **5** par] pars λ ‖ **6** illa] ulla δ ‖ **10** excipiat] excipit $\delta\lambda$ | potest d. $\delta\lambda$] dicere p. ‖ **14** locum puncti *coll.* $\delta\lambda$ | illa $\vartheta\varrho$**Z**] ea $\delta\lambda$ | ita p. $\delta\lambda$] posse ita ‖ **15** propinquum] -quo δ ‖ **17** propius] propior *Ge. cl. p. 162, 16* ‖ **18** a sole est *coll.* $\delta\lambda$ | quam c. — **20** magis] *om.* δ | **18** uallis $\lambda\varrho$] ualles $\eta\vartheta$**Z** ‖ **20** dicetur] terra δ ‖ **21** falsum est *coll.* (η?) **E** | pusilla] illa δ ‖ **22** magnum] *ante* non $\delta\lambda$ *post* esse **E** | dum] cum δ (λ?) ‖ **23** immensi] magni **A** λ | corporis] *om.* **T** temporis **EJK** ‖ **24** quanto] quantum ($\eta\lambda$?) *om.* δ | sit] *ante* maius $\delta\lambda$ | etiamsi] etsi δ

quas rettuli causas plerisque placuit in ea parte aëris nivem concipi, quae vicina terris est, et ideo minus alligari, quia minore rigore coit. nam vicinus aër et plus habet frigoris, quam ut in aquam imbremque transeat, et minus, quam ut duretur in grandinem: hoc medio frigore non nimis intento nives fiunt coactis aquis.

1 13. 'Quid istas', inquis, 'ineptias, quibus litteratior est quisque, non melior, tam operose persequeris? quomodo fiant nives dicis, cum multo magis ad nos dici a te pertineat, quare emendae non sint nives.' iubes me *lit*em cum luxuria litigare? cotidianum istud et sine effectu iurgium est. litigemus tamen, etiamsi superior futura est: pugnantes ac reluctantes vincat.
2 quid porro? hanc ipsam inspectionem naturae nihil iudicas ad id, quod vis, conferre: cum quaerimus, quomodo nix fiat, et dicimus illam pruinae similem habere naturam, plus illi spiritus quam aquae inesse, non putas exprobrari illis, cum emere aquam turpe sit, si
3 ne aquam quidem emunt? nos vero quaeramus potius, quomodo fiant nives quam quomodo serventur, quoniam non contenti vina diffundere, veteraria per sapores aetatesque disponere, invenimus, quomodo stiparemus nivem, ut ea aestatem evinceret et contra anni fervorem defenderetur loci frigore. quid hac diligentia consecuti

1 rettuli **E**] retuli ‖ **2** concipi niuem *coll.* **δλ** ‖ **3** coit] choit **F** cohit **H** | et] *om.* **ηE** ‖ **6** nimis] minus **FOS** minius **P** ‖ **8/9** litt. e. q. non] quisquam est literatior nec **δ** ‖ **10** magis **δEZ**] *om.* **Φ** ‖ **11** a te] ad te **δS** *ante* ad nos **δ** magis $\mathbf{L}^2$ | pert. dicere **δ** pertineat dici a te *coll.* **Z** | sint] sunt **λ** ‖ **12** me litem *Ge.*] mentem **δΦ** me tu **ES**, *potes* me tandem *coni.* ‖ **13** si] *s. l.* **A** *om.* **η** etiam — uincat *om.* **BC** ‖ **14** pugnantes . . reluctantes] -tis *bis* $\mathbf{FHP}^1\mathbf{Z}$ ‖ **17** pruinae] pluuie **δ** | similem] *ante* pruine **λ** *post* habere **E** ‖ **19/20** si ne **EH**] sine **Φ** si nec **δ** ‖ **20** emunt] emant **λϱ** ‖ **22** ueteraria] et ueterari≋aut **Z** ueterana et **δ**, *sed cf. ep. 114, 26* ‖ **23** stip.] isti paremus **Φ** istis par. **ES** ‖ **24** eu.] uinceret **ES**

sumus? nempe ut gratuitam mercemur aquam: nobis dolet, quod spiritum, quod solem emere non possumus, quod hic aër etiam delicatis divitibusque ex facili nec emptus venit. o quam nobis male est, quod quicquam a rerum natura in medio relictum est! hoc quod illa 4 fluere et patere omnibus voluit, cuius haustum vitae publicum fecit, hoc quod tam homini quam feris avibusque et inertissimis animalibus in usum large ac beate profudit, contra se ingeniosa luxuria redegit ad pretium: adeo nihil illi potest placere nisi carum. unum hoc erat, quod divites in aequum turbae deduceret, quo non possent antecedere pauperrimum: illi, cui divitiae molestae sunt, excogitatum est, quemadmodum etiam caperet aqua luxuriam. unde ad hoc perventum 5 sit, ut nulla nobis aqua satis frigida videretur quae flueret, dicam. quamdiu sanus et salubris cibi capax stomachus est impleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus est: ubi cotidianis cruditatibus non temporis aestus sed suos sentit, ubi ebrietas continua visceribus insedit et praecordia bile, in quam vertitur, torret, aliquid necessario quaeritur, quo aestus ille frangatur, qui ipsis aquis incalescit: remediis incitat vitium. itaque non aestate tantum sed et media hieme nivem hac causa bibunt. quae huius rei causa est nisi 6 intestinum malum et luxu corrupta praecordia? quibus nullum intervallum umquam, quo interquiescerent, datum est, sed prandia cenis usque in lucem perductis ingesta sunt et distentos copia ferculorum ac varietate

1 aquam] haquam P^2Z ‖ **3** quod] quid **FH** ‖ **6** uite haustum *coll.* $\delta\lambda$ ‖ **7** publicum] *s. l.* δ ‖ **10** placere potest *coll.* **ES** ‖ **14** aqua] *om.* δJ^1K ‖ **18** crud.] crudelitatibus O^1P cruditationibus δ adustus *add.* L^2Z ‖ **20** pr. bile] precordiabile $F\lambda PZ$ ¦ quam] quod (λ ?) ¦ uertitur] uertuntur δ ‖ **21** torret] torrent δ ‖ **22** frang.] fungatur ϱ ¦ incitat] *sc. aestus ut morbus, vix stomachus,* incitantibus *Joh. Müller,* incitatur *Leo* ‖ **23** et] *om.* Φ ‖ **26** umquam] *om.* δ ‖ **27** datum est] *post* interuallum $A\lambda$ *coll.* ¦ usque] *om.* ϱ

comessatio altius mersit; deinde numquam intermissa intemperantia quicquid animi deco*rum* erat efferavit et in desiderium semper novi rigoris accendit. itaque quam-
7 vis cenationem velis ac specularibus muniant et igne multo doment hiemem, nihilominus stomachus ille solutus et aestu suo languidus quaerit aliquid, quo erigatur. nam sicut animo relictos stupentesque frigida spargimus, ut ad sensum sui redeant, ita viscera istorum vitiis torpentia nihil sentiunt, nisi frigore illa vehementiore perusseris. inde est, inquam, quod ne
8 nive quidem contenti sunt, sed glaciem, velut certior illi ex solido rigor sit, exquirunt ac saepe repetitis aquis diluunt: quae non e summo tollitur sed, ut vim maiorem habeat et pertinacius frigus, ex abdito effoditur. itaque ne unum quidem eius est pretium, sed habet institores aqua et annonam (pro pudor!) variam. unguentarios Lacedaemonii urbe expulerunt et propere
9 cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent: quid illi fecissent, si vidissent reponendae nivis officinas et tot iumenta portandae aquae deservientia, cuius colorem saporemque paleis, quibus custodiunt, inquinant? at, dii boni, quam facile est extinguere sitim
10 sanam! sed quid sentire possunt emortuae fauces et occallatae cibis ardentibus? quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est, sed ardentes

1 altius] alterius λ | interm. numquam *coll.* λ ‖ **2** animi] anima **Z** auide **ES** antequam J^2 | decorum erat *E. Pernice*] decoxerat Φ coxerat **L** (*cf.* **ES**) decoquerat **Z** detexerat δ, *de Neronis decocta (cf. Studia mea I 314 et 179) cogitat Leo, qui* niuis decoxerat, efferbuit *coni.* ‖ **3** rigoris] frigoris *Koeler* ‖ **4** muniant] minuant λ minuatur **P** ‖ **7** frigida] aqua fr. **BE** fr. aqua J^2 ‖ **8** sensum $A^2\Phi$] animum δ | istorum uitiis (intus ϱ) Φ] *om.* δ ‖ **10** perusseris] *defendit Koeler,* perfuderis δ percusseris P^2S *Skutsch* | ne **FS**] nec ‖ **11** quidem] *om.* η**E** ‖ **17** unguent.] ungent. **HLZ** ‖ **19** fecissent] *om.* $\eta\vartheta$ | si uidissent] *om.* Z^1 ‖ **23** sent.] se sentire **FH**P^1**Z** ‖ **24** occallat(a)e J^2**Z**] occallata λ occalata $\vartheta\varrho$ decallata **E** occultate δ | illis δ**F**] illi ‖ **25** nihil] nec λ | est] *ante* sic $\delta\lambda$ *coll.*

boletos et raptim indumento suo mersatos demittunt paene fumantes, quos deinde restinguant nivatis potionibus. videbis, inquam, quosdam graciles et palliolo focalique circumdatos, pallentes et aegros non sorbere solum nivem sed etiam esse et frusta eius in *scy*phos suos deicere, ne tepescant inter ipsam bibendi moram. sitim istam esse putas? febris est, et quidem eo 11 acrior, quod non tactu venarum nec in cutem effuso calore deprehenditur sed cor ipsum excoquit. luxuria invictum malum et ex molli fluidoque durum atque patiens. non intellegis omnia consuetudine vim suam perdere? itaque nix ista, in qua iam etiam natatis, eo pervenit usu et cotidiana stomachi servitute, ut aquae locum obtineat. aliquid adhuc quaerite illa frigidius, quia pro nihilo est familiaris rigor.

NATURALIUM QUAESTIONUM LIBER V QUI FERTUR

Liber quintus.

De ventis.

1. Ventus est fluens aër. quidam ita definierunt: 1 ventus est aër fluens in unam partem. haec definitio videtur diligentior, quia numquam aër tam immobilis

1 indum.] in condimento **Z** | dem.] dimittunt **BCES** ‖ **2** restinguant **H**] restringant **F** λ restringunt δ **P**^{2} restingant **gEZ** restingunt **S** | niuatis] uinatis λ ‖ **3/4** p. focalique] pallio locaphalique δ ‖ **5** etiam] et δ | frusta] frustra **BC** λ **PZ**^{1} | scyphos *Fortun.*] cyphos **Z** sciphos **J**^{2} ciphos δ Φ ‖ **6** ne tepescant **JOQZ**] *om.* δ ϑ (λ ?) ‖ **7** putas] non put. δ ‖ **9** calore] colore **A** *Fort.* | lux.] *ante* l. *Skutsch distinxit, post* l. *vulgo* ‖ **11** intellegis **Z**] intelligis, -gitis *Skutsch* ‖ **12** itaque — eo] Nix inquam ista iam eo assiduitatis δ | iam etiam natatis] etiam nunc n. *Fortun.* iamiam natabilis *Koeler* ‖ **13** aquae] aqua **F**^{1} λ

18 liber quintus *vulgo et Ge.*] l. quartus δ η **HL** *mg.* **MZ** *et G. Müller,* l. secundus **K** *Esc.* **PSU** ‖ **19** de ventis η **EH** *Esc.* **L** *mg.* **Z** de vento **S** ‖ **20** aer fluens *coll.* Δ | defin.] diffin. *semper trad.* ‖ **21** fluens] *alibi coll.* **FH** *et* **Z**, *post* partem *Skutsch,* agitatus δ

est, ut non in aliqua sit agitatione; sic tranquillum mare dicitur, cum leviter commovetur nec in unam partem inclinatur: itaque si legeris ‘cum placidum ventis staret mare’, scito illud non stare sed succuti leviter et dici tranquillum, quia nec hoc nec illo im-
2 petum capiat. idem et de aëre iudicandum est, non esse umquam immobilem, etiamsi quietus sit. quod ex hoc intellegas licet: cum sol in aliquem clausum locum infusus est, videmus corpuscula minima in adversum ferri, alia sursum, alia deorsum varie concur-
3 santia. ergo ut parum diligenter comprehendet, quod vult, qui dixerit ‘fluctus est maris agitatio’, quia tranquillum quoque agitatur, at ille abunde sibi caverit, cuius definitio haec fuerit ‘fluctus est maris in unam partem agitatio’: sic in hac quoque re, quam cum maxime quaerimus, non circumscribetur, qui ita se gesserit, ut dicat: ‘ventus est fluens in unam partem aër’ aut ‘aër fluens impetu’ aut ‘vis aëris in unam partem euntis’ aut ‘cursus aëris aliquo concitatior’.
4 scio, quid responderi pro altera definitione possit: quid necesse est adicere te ‘in unam partem [fluens aër]’? utique enim, quod fluit, in unam partem fluit; nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se movetur, sed si aliquo fertur: potest ergo aliquid moveri et non fluere, et e contrario non potest fluere nisi in unam partem.

3/4 *Verg. Ecl. II 26.*

2 cum] non cum Φ cum non (nisi *add. Vincentius*) **L** | comm.] mouetur δ ‖ **3** si] cum δ ‖ **4** succ.] concuti δ ‖ **5** leuiter (**L**?) **S**] leniter | hoc] huc **Z** *Fickert* ‖ **6** capiat] faciat **EF** ‖ **8** aliquem] aliquam δ ‖ **10** concursantia] conversantia (J^1)**K** concurrentia **EL** ‖ **11** ut] *om.* δ ‖ **12** fluctus — **14** fuerit] *om.* η | quia — **15** agitatio] *om.* ϑ ‖ **13** abunde **B**] habunde ‖ **15** quoque] *ante* re (**B**)C^1 *Vatic. 1* (Δ) **Z** *ante* in **A**$\lambda\varrho$ *om.* ϑ | cum] nunc δ ‖ **18** aer] *ante* in Φ ‖ **19** euntis] fluentis δ ‖ **20** diff. altera *coll.* Φ ‖ **21** te adicere *coll.* δ | fluens (effluens δ) aer] *del. Ge.* ‖ **23** intra] inter $A^2BC(\delta)O^1$ ‖ **24** aliquo] loco add. **H**λ(**P**?)**S** | ergo] enim δ ‖ **25** e] *om.* (**H**)**O**ϱ**Z**

sed sive haec brevitas satis a calumnia tuta est, hac utamur; sive aliquis circumspectior est, verbo non parcat, cuius adiectio cavillationem omnem poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est.

2. Democritus ait: 'cum in angusto inani multa sint corpuscula, quae ille atomos vocat, sequi ventum; at contra quietum et placidum aëris statum esse, cum in multo inani pauca sint corpuscula. nam quemadmodum in foro aut vico, quamdiu paucitas est, sine tumultu ambulatur, ubi turba in angustum concurrit, aliorum in alios incidentium rixa fit: sic in hoc quo circumdati sumus spatio, cum exiguum locum multa corpora impleverint, necesse est alia aliis incidant et impellant ac repellantur implicenturque et comprimantur, ex quibus nascitur ventus, cum illa, quae colluctabantur, incubuere et diu fluctuata ac dubia inclinavere se. at ubi in magna laxitate corpora pauca versantur, nec arietare possunt nec impelli.'

3. Hoc falsum esse vel ex eo colligas licet, quod tunc minime ventus est, cum aër nubilo gravis est: atqui tunc plurima corpora se in angustum contulerunt, et inde est spissarum nubium gravitas. adice nunc, quod circa flumina et lacus frequens nebula est artatis

6—19 *Dem. fr. a Dielsio non receptum* ‖ 15/16 *cf. Aetnae v. 311 diffugere impellique animas: hinc crescere ventos* ‖ 24 — *p. 174, 2 cf. Aetnae v. 312 sqq.*

aut umore etiam nebulas ⟨se⟩ effundere larg⟨as⟩,
ut campis agrisque solent, quos adluit amnis:
vallibus exoriens caligat nubilus aër,
flumina parva ferunt auras, vis proxima vento est.

1 calumpnia *scr.* **Q** ‖ 5 de form. satis *coll.* **δ** ‖ 6 inani] uiarum **δ** ‖ 7 sint] *fort.* sunt *Ge. cf. l. 9* | atomos **Z**] athomos **δ Φ** *ut semper* ‖ 9 sint **δ Θ S**] sunt **λ P Z** *fort. recte, cf. l. 7* ‖ 14 incidant et impellant] incitentur et impellantur **δ** ‖ 17 et] ac **δ** | fluctuata] fluctuantia **δ** ‖ 19 nec] neque **E** ne (**λ**)**P** | arietare] ar⟦e⟧etari **Z** artari **δ** ‖ 21 tunc] interim **δ** ‖ 23 est spissarum] spissatarum **δ**

congestisque corporibus, nec tamen ventus est. 'interdum vero tanta caligo effunditur, ut conspectum in vicino stantium eripiat, quod non eveniret, nisi in parvum locum corpora se multa compellerent.' atqui nullum tempus magis quam nebulosum caret vento. 5
3 adice nunc, quod e contrario venit, ut sol matutinum aëra spissum et umidum ortu suo tenuet: tunc surgit aura, cum datum est laxamentum corporibus et stipatio illorum ac turba resoluta est.

1 4. 'Quo modo ergo', inquis, 'venti fiunt, quoniam 10 hoc negas fieri?' non uno modo: alias enim terra ipsa magnam vim aëris eicit et ex abdito spirat, alias, cum magna et continua ex imo evaporatio in altum egit, quae emiserat, mutatio ipsa halitus mixti in ventum
2 vertitur. illud enim nec ut credam mihi persuaderi 15 potest nec ut taceam: quomodo in nostris corporibus cibo fit inflatio (quae non sine magna narium iniuria emittitur et ventrem interdum cum sono exonerat, inter-

4. **8** *cf. Aetnae v. 304 sq. et cum densa premant inter se corpora, turba elisa in vacuum fugiunt.* ‖ **7** *cf. Aetnae v. 308 credas cum surgere ventos . .* ‖ **11—13** *cf. Aetnae v. 309 sqq.*

rupes aliquas penitusque cavernas
provehere . . animas, hinc crescere ventos —
aut umore etiam nebulas ⟨se⟩ effundere eqs.

12 *cf. Lucan. X 247 sq. sunt, qui spiramina terris esse putent.*

2 consp.] aspectum δ ‖ **6** uenit] euenit **E** | ut] *om.* (λ) *ante* uenit L^2 *post* sol *add.* J^1K ‖ **7** spissum **A** Φ] scissum δ (?) | tunc — **8** est] tunc (**A**, *om.* **BC**) cum (con- **BC**) surgit ut (tunc **A**) cum datum (conditum **C**) est (**A**, *om.* **BC**) δ ‖ **9** illorum **A** Φ] illo δ (?)‖ **10** ergo inquis δ**ELSZ**] inquis ergo (η)**H** λ**P** | fiunt] sunt *vel* sint λ fiunt uenti *coll.* η**E** | quoniam hoc (haec λ)] quos non δ ‖ **11** ipsa] *num arida? an tamquam animal?* ‖ **13** ex imo] ex humido *Haase, sed sufficit* euaporatio, *quae umida est* ‖ **14** quae] ἅτινα | emis.] emerserat **gE** mersa erant *Pinc. Madv. falso* | mutatio] immutatio **E** *vulgo* -tatione *Koeler,* nutatio *Madv.* | alitus *praebent codd.* ‖ **17** cibo] ex cibo δ ‖ **18** exonerat cum sono *coll.* ϱ

dum secretius), sic putant et hanc magnam rerum naturam alimenta mutantem emittere spiritum — bene nobiscum agitur, cum, quod semper concoquit, ⟨raro emittit:⟩ alioquin immundius aliquid timeremus. num- 3
quid ergo hoc verius est dicere, multa ex omni parte terrarum et assidua ferri corpuscula? quae cum coacervata sunt, deinde extenuari sole coeperunt, quia omne, quod in angusto dilatatur, spatium maius desiderat, ventus existit.

5. Quid ergo? 'hanc solam esse causam venti 1
existimo, aquarum terrarumque evaporationes; ex his gravitatem aëris fieri, deinde solvi impetu, cum quae densa steterant, ut est necesse, extenuata nituntur in ampliorem locum.' ego vero et hanc iudico. ceterum illa est longe valentior veriorque, habere aëra naturalem vim movendi se nec aliunde concipere sed inesse illi ut aliarum rerum ita huius potentiam. *a*n hoc existi- 2
mas, nobis quidem datas vires, quibus nos moveremus, aëra autem relictum inertem et inagitabilem esse, cum aqua motum suum habeat etiam ventis quiescentibus? nec enim aliter animalia ederet; muscum quoque innasci aquis et herbosa quaedam videmus summo innatantia: est ergo aliquid in aqua vitale. 6. de aqua dico? ignis, qui omnia consumit, quaedam creat, et quod videri non potest simile veri, tamen verum est,

3 cum] *om.* **BC** *post* quod **λS** *ante* concoq. *Madv.* cibum *Schultess* | concoquit] *sc. terra* | raro em. *Ge. add.*] sic emittit *add.* **ES** *Madv.* et sic em. *Haase,* nec em. *Skutsch* ‖ **4** alioquin] ne (non **A**) quid (quod **A**, *om.* **C**) **δ**, *del. Madv.* ‖ **5** ergo] *om.* **δ** ‖ **7** c(o)eperunt **BCSZ**] ceperint ‖ **11** euap.] uaporationes **δ** | ex his] *fort.* exhalare *(interpunctione et* fieri *om.) Ge.* ‖ **12** fieri] *om.* **Φ**, *lacunam statuit Madv.* | impetu] impetum **Φ** ‖ **15** longe ual.] longeua lentior **λ** | aera habere *coll.* **δ** ‖ **16** conc.] accipere **δ** ‖ **17** an hoc **ES**] in hoc **Φ** *om.* **δ** ‖ **18** n. quidem **BE(L)SZ**] q. nobis ‖ **20** suum] *om.* **δ** ‖ **21** nec] non (**ϑ**) | ederet *Ge.*] ederet et **δ** edere **Φ** edere posset (-sent **η**) **ηES**, ederet sed *Skutsch* | quoque] *om.* **A** quem (?) **BC** ‖ **22** quaedam] quae *add.* **δ** | summo] earum *add.* **ES** ‖ **25** veri] sed *add.* **δ**

animalia igne generari. habet ergo aliquam vim *vi*talem ⟨et⟩ aër et ideo modo spissat se modo expandit et purgat et alias contrahit diducit ac differt. hoc ergo interest inter aëra et ventum, quod inter lacum et flumen.

Aliquando per se ipse sol causa venti est fundens rigentem aëra et ex denso coactoque explicans.

1 7. In universum de ventis diximus: nunc viritim incipiamus illos excutere. fortasse apparebit, quemadmodum fiant, si apparuerit, quando et unde procedant. primum ergo antelucanos flatus inspiciamus, qui aut ex fluminibus aut ex convallibus aut aliquo sinu
2 feruntur. nullus ex his pertinax est sed cadit fortiore iam sole nec fert ultra terrarum conspectum. hoc ventorum genus incipit vere, non ultra aestatem durat et inde maxime venit, ubi aquarum plurimum et montium est. plana, licet abundent aquis, carent aura; hac, dico, quae pro vento valet.

1 8. 'Quomodo ergo talis flatus concipitur, quem Graeci *ἐγκολπίαν* vocant?' quicquid ex se paludes et flumina remittunt (id autem et multum est et assiduum), per diem solis alimentum est, nocte non exhauritur et montibus inclusum in unam regionem colligitur; cum

11/12 *cf. Aetnae vv. 314 sq.* ‖ **18** *cf. Aetnae v. 315 flumina parva ferunt auras, vis proxima vento est.*

1 generari] creari δ | uitalem *Badstübner*] *cf. p. 175, 23*; *c. 18, 1,* talem $\delta\Phi$ | uim aliquam t. aer (aer t. **A**) **AE**, aer aliam uim t. **BC** ‖ **2** et *ante* aër *add. Ge.* ‖ **3** ct] *ante* alias *om.* A^2B | did.] ac did. δ ‖ **4** ergo] *om.* δ ‖ **6** ipse] ipsum δ | sol] solum $\delta\vartheta S$ | uenti est $\delta\vartheta$] est uenti $\lambda\varrho$ ‖ **9** excutere $\delta\vartheta$] discutere $\lambda\varrho$ ‖ **9/10** q. fiant] *om.* **A**, q. flabit *ante* apparebit **BC** ‖ **11** flatus δSZ] fluctus Φ ‖ **12** ex conu. Φ] conu. δ | aliquo] ex al. ϑL^2Z ‖ **14** consp.] aspectum δ ‖ **15** uentorum genus] gen. uent. δ, uent. ergo λ | non] nec $A\eta E$ ‖ **16** ubi] nisi λ (i̇n *pro* i̇u) | plurim. aquar. *coll.* δ ‖ **17** plana] plena δ | (h)abundent] habundant λ ‖ **20** *ἐγκ.*] encolpian **HL**ϱ encolpiam *vulgo,* -piant **K O** ‖ **22** solis] *om.* δ | et] *om.* δ

illam implevit et iam se non capit, exprimitur aliquo et in unam partem procedit: hic ventus est. itaque eo incumbit, quo liberior exitus invitat et loci laxitas, in quam coacervata decurrant. huius rei argumentum 2
est, quod prima noctis parte non spirat: incipit enim fieri illa collectio, quae circa lucem iam plena est, onerata quaerit, quo defluat, et eo potissimum exit, ubi plurimum vacui est et magna ac patens area. adicit autem ei stimulos ortus solis feriens gelidum aëra, nam etiam antequam appareat, lumine ipso valet et nondum quidem radiis aëra impellit, iam tamen lacessit et irritat luce praemissa; nam cum ipse p*ro*cessit, alia 3
superius rapiuntur alia diffunduntur tepore: ideo non ultra matutinum illis datur fluere, omnis illorum vis conspectu solis extinguitur; etiamsi violentiores flavere, circa mediam tamen diem relanguescunt, nec unquam usque in meridiem aura producitur; alia autem ⟨alia⟩ imbecillior ac brevior est, prout valentioribus minoribusve collecta causis est.

9. 'Quare tamen tales venti vere et aestate vali- 1
diores sunt?' (levissimi enim cetera parte anni nec qui vela impleant surgunt): quia ver aquosum est ex plu*vial*ibus aquis, locisque ob umidam caeli naturam saturis et redundantibus maior evaporatio est. 'at 2
quare aestate aeque profunditur?' quia post occasum

1 et iam] etiam $\delta\lambda$**P** | capit,] sed *add.* δ ‖ **3** et] *om.* λ ‖ **4** coac. dec.] coaceruatam incurrant δ ‖ **6** fieri] *s. l.* δ | illa] tunc i. δ | est] est et δ, *fort.* et *Ge.* ‖ **7** on. **B**] honerata ‖ **8** magna ac patens area] magno p. aere δ ‖ **9** ei] eis **E**λ**S** illis **Z** ‖ **10** appareat] *sc. sol* ‖ **12** irritat] inuitat (?) **A** inmutat **BC** | nam] iam *Schultess*, tum *Ge.* | processit **AL**^{2}**Z**] praecessit ‖ **13** diff. tepore] demittuntur terre δ ‖ **15** consp.] in consp. δ | etiamsi] et si ϑ | viol.] insolentiores **A** *v.l.* **B** ‖ **16** mediam] medium ϑ**SZ** | unquam $\delta\eta\lambda$**P**^{1}**Z**] usquam ϑ**J**^{2}**K**^{2}**P**^{2}**S** ‖ **17** aliâ *Haase add.* ‖ **19** causis] *cf. 12, 3* ‖ **22** quia] quod **A**^{1}**B** qui **S** | uer $\eta\lambda$**P**^{1}**Z**] aer $\vartheta\varrho$ aer uere δ | aquosum $\vartheta\lambda$**P**^{1}**Z**] aquosus $\delta\eta\varrho$, aquosius *Erasmus* ‖ **23** pluuialibus *Ge.*] pluribus | aq. locisque ob] locis aquisque ad δ ‖ **24** est euaporatio *coll.* δ | at] et δ ‖ **25** *sq.* solis occasum *coll.* δ

solis remanet diurnus calor et magna noctis parte perdurat, qui evocat exeuntia ac vehementius trahit quicquid ex his sponte reddi solet, deinde non tantum habet virium, ut quod evocavit absumat: ob hoc diutius corpuscula emanare solita et efflari terra † ex se
3 atque humo *re*mittit. facit autem ventum ortus non calore tantum sed etiam ictu: lux enim, ut dixi, quae solem antecedit, nondum aëra calefacit sed percutit tantum, percussus autem in latus cedit. quamquam ego ne illud quidem concesserim, lucem ipsam sine
4 calore esse, cum ex calore sit: non habet forsitan tantum teporis, quantum tactu appar*et*, opus tamen suum facit et densa diducit ac tenuat; praeterea loca, quae aliqua iniquitate naturae ita clausa sunt, ut solem accipere non possint, illa quoque nubila et tristi luce calefiunt et per diem minus quam noctibus rigent.
5 etiamnunc natura calor omnis abigit nebulas et a se repellit: ergo sol quoque idem facit, et ideo, ut quibusdam videtur, inde flatus est, unde sol. 10. hoc falsum
1 esse ex eo apparet, quod aura in omnem partem vehit et contra ortum plenis velis navigatur: quod non eveniret, si semper ventus ferretur a sole.

Etesiae quoque, qu*i* in argumentum a quibusdam
2 advocantur, non nimis propositum adiuvant. dicam

1 diurnus] diuturnus **λ S** ‖ 5 corpuscula diutius *coll.* **δ** | em. sol.] emanari soluta **A** *desunt in* **BC** | terra ex se] *fort.* terrae exesae *Ge.* | atque ex se *coll.* **δ** ‖ 6 humo rem. *Ge.*] *sc. calor (cf. l. 1 et 17),* humorem mittit **δ Φ** aqua humorem m. (mittunt **E**) **ES** humor emittunt *Haase* | ort.] sol ort. **η E** ortus sol **S** ‖ 7 ut dixi] *S, 2* ‖ 9 in latus] illatus **H λ P**, in latius *Schultess* ‖ 10 ne] nec **δ** | quidem] *om.* **δ** ‖ 12 teporis] temporis **δ K L P**^{1} tepis **H**^{1}**Z**^{1} | apparet *Ge.*] appareat ‖ 13 diducit] deducit **δ O** | praeterea] propterea *Gertz* ‖ 15 nubila] nubilo **S** nebulo (*ante* quoque) **E** ‖ 17 etiamnunc] et nunc **δ λ S** | calor] caloris **δ** | omnis] omnes **λ** | ab.] ambigit **B J**^{1}**K P**^{1} ‖ 18 idem quoque *coll.* **δ** | ut] *om.* **δ** ‖ 19 inde flatus] inflatus **A H**^{1}**P**^{1} *om.* **BC** | unde] esse **δ** ‖ 20 aura] natura **ϑ S** | uehit] prouehit **A** uenit **BC** aera uehit **E** ‖ 21 contra] intra **δ Q** | uelis] uentis **ϑ** ‖ 23 quoque] *fort. del.* | qui **Z** *vulgo*] quae ‖ 24 aduoc.] auocantur **BC** euocantur **A**^{1}**J K** | nimis] minis **A**^{1}

primum, quid illis placeat, deinde, cur displiceat mihi. 'etesiae', inquiunt, 'hieme non sunt, quia brevissimis diebus sol desinit, priusquam frigus evincatur (itaque nives et pruinae et pruinuntur et durant): aestate incipiunt flare, cum et longius extenditur dies et recti in nos radii diriguntur. veri ergo simile est concussas calore magno 3 nives plus umidi efflare, item terras exoneratas nive retectasque spirare liberius: ita plura ex septemtrionali parte caeli corpora exire et in haec loca, quae sunt summissiora ac tepidiora, deferri; sic impetum etesias sumere. et ob hoc a solstitio illis initium est (ultraque ortum Caniculae non valent), quia iam multum e frigida caeli parte in hanc egestum est ac sol mutato 4 cursu in nostram rectior tendit et alteram partem aëris attrahit alteram vero impellit. sic ille etesiarum flatus aestatem frangit et a mensium ferventissimorum gravitate defendit.'

11. Nunc (quod promisi) dicendum est, quare etesiae 1 nos non adiuvent nec quicquam huic conferant causae. diximus ante lucem auram incitari, eandem subsidere, cum illam sol attigit. atqui etesiae ob hoc somniculosi a nautis et delicati vocantur, quod, ut ait Gallio, mane nesciunt surgere: eo tempore fere incipiunt

22 *Gallio: p. 15, 2 B. Schmidt*

minus A^2CH mimis **B** ‖ **1** mihi displiceat *coll.* δ ‖ **3** euincatur] -citur *Skutsch* ‖ **4** et nives pon. (et *om.*) dur. ϱ ‖ **6** ergo] quoque λ ‖ **7** exon.] exhon. $B\lambda P$ honeratas **E** ‖ **9** haec] *om.* δ ‖ **10** summ.] remissiora δ ‖ **11** a] *om.* δ ‖ **11—12** *uncos add. Ge.* | que] *om.* (*hic* A^1) EZ^1 ‖ **12/13** e frigida $\delta\eta ES$] effrigida λPZ ‖ **13** egestum $\delta\eta$] eccestum ϑPZ eiectum $JK(\lambda?)$ extensum **L** excessum J^2 coniectum **E** congestum **S** | est *Ge.*] est. *vulgo* | ac] at *Muret.* ‖ **14** nostram] nostra (δ)**E**, austrum *Madvig* | rectior] *sc. iam quam hieme, cf. l. 5,* retro *Madvig* | tendit *Bongars.*] tenditur $\delta\Phi$, intenditur *Haase* ‖ **15** flatus] status δ ‖ **18** quod] *cf. p. 217, 14* | promisi] *l. 1* ‖ **19** nos] uos **E** | non] *om.* δ | adiuuent $\delta\eta\vartheta Z$] adiuuant $\lambda\varrho$ | conferant] -ram δ -ro **A** ‖ **20** diximus *Falbe meus*] *capp. 7 et 8,* dicimus ‖ **21** attigit] attingit A^1EO attingat **B** ‖ **22** quod] quia δ (?) ‖ **23** fere] *om.* δ

prodire, quo ne pertinax quidem aura est. quod non
2 accideret, si ut auram ita illos comminueret sol. adice
nunc, quod si causa illis flatus es*set* spatium diei ac
longitudo, et ante solstitium flarent, cum longissimi
dies sunt et cummaxime nives tabescunt; Iulio enim
mense iam despoliata sunt omnia aut certe admodum
pauca iacent adhuc sub nive.

1 12. Sunt quaedam genera ventorum, quae ruptae
nubes et in pronum solutae emittunt: hos Graeci ven-
tos *ἐκνεφίας* vocant. qui hoc, ut puto, modo fiunt:
cum magna inaequalitas ac dissimilitudo corporum,
quae vapor terrenus emittit, in sublime eat et alia ex
his corporibus sicca sint, alia umida, ex tanta dis-
cordia corporum inter se pugnantium, cum in unum
conglobata sunt, verisimile est quasdam cavas effici
nubes et intervalla inter illas relinqui fistulosa et in
2 modum tibiae angusta. his intervallis tenuis includitur
spiritus, qui maius desiderat spatium, cum everberatus
cursu parum libero incaluit et ob hoc amplior fit,
scinditque cingentia et erumpit in ventum, qui fere
procellosus est, quia superne demittitur, et in nos cadit
vehemens et acer, quia non fusus nec per apertum
venit sed laborat et iter sibi vi ac pugna parat. hic
fere brevis flatus est, quia receptacula nubium, per
quae ferebatur, ac munimenta perrumpit: ideo tumul-
tuosus venit, aliquando non sine igne ac sono caeli.
3 hi venti multo maiores diuturnioresque sunt, si alios
quoque flatus ex eadem causa ruentes in se abstulerunt
et in unum confluxere plures; sicut torrentes modicae

1 est aura *coll. Skutsch* ‖ **2** ita] *om.* δ | comminueret sol] sol commoueret Φ ‖ **3** esset *Gertz*] est | diei] die *Skutsch cl. Buecheleri Decl.*^{2} *§ 169* ‖ **4** et] etiam δ**E** ‖ **5** niues] dies δ ‖ **6** despoliata] deposita λ ‖ **10** ecn.] egn. δ ezn. **S** en. **L** et n. **JKZ** ‖ **19** parum libero] parumper δ ‖ **20** scindit] scingit λ cindit **L**^{2}**P**^{1}**Z** | cingentia] scingentia λ scindentia δ ‖ **21** dem. **AZ** *vulgo*] dimittitur ‖ **22** per apertum] per aptum **HO** ‖ **23** vi ac] in hac δ**EO** ‖ **24/25** ac mun. per quae fer. *coll.* δ ‖ **28** causa] *cf. 8, 3* | abstulerunt] abstulerint δ ‖ **29** confluxere]

magnitudinis sunt, quamdiu separatis suus cursus est, cum vero plures in se aquas converterunt, fluminum iustorum ac perennium magnitudinem excedunt: idem credibile est fieri et in procellis, ut breves sint, quamdiu singulae sunt; ubi vero sociavere vires et ex pluribus caeli partibus elisus spiritus eodem se contulit, et impetus illis accedit et mora. facit ergo ventum resoluta nubes, quae pluribus modis solvitur: nonnumquam conglobationem illam spiritus rumpit, nonnumquam inclusi et in exitum nitentis luctatio, nonnumquam calor, quem modo sol facit modo ipsa arietatio *vag*orum inter se corporum attritu.

13. Hoc loco, si tibi videtur, quaeri potest, cur turbo fiat. evenire in fluminibus solet, ut, quamdiu sine impedimento feruntur, simplex et rectum illis iter sit: ubi incurrerunt in aliquod saxum ad latus ripae prominens, retorqueantur et in orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circumlata in se sorbeantur et verticem efficiant. sic ventus, quamdiu nihil obstitit, vires suas effundit: ubi aliquo promontorio repercussus est aut locorum coeuntium in canalem devexum tenuemque

5 cf. Aetnae v. 289 et coniuratis addit concordia vires ‖ **6** *cf. Aetnae v. 560 . . ingens spiritus, adstrictis elisus faucibus* ‖ **20** *— p. 182,* **2** *cf. Aetnae v. 284 sqq. seu terra minutis rara foraminibus tenues in se abstrahat auras, . . . rigido quia vertice surgens (Aetna) illinc infestis atque hinc obnoxia ventis undique diversas admittere cogitur auras.*

confluere **EL**^{1}**P**^{1} confluxerint δ ‖ **1** sunt *Koeler*] eunt | separatis *Erasmus*] separatus ‖ **2** converterunt] conuertunt $\delta\lambda$ ‖ **3** iustorum **B**^{2}**E**ϱ] istorum δ**H**λ**Z** | peren. **BEZ**] perhen. ‖ **4** in ϑ**S**] *om.* λ**P** et in procellis *om.* δ ‖ **5** sunt δ**OS**] sint **H**λ**P** quamd. s. sunt, br. sint (sunt **B**) *coll.* δ ‖ **9** illam] illa incursio *Ge.* ‖ **9/10** nonn. — luctatio] *om.* δ nonnumquam *om.* **g**^{2} *Fortun.* ‖ **12** uag. *Leo et Kroll*] magnorum $\delta\Phi$, impactorum *Schultess*, aridorum *Ge.* | attritu *Schultess*] attritus Φ et adtritus δ | **16** incurrerunt] incurrerint δ | ripe latus *coll.* δ ‖ **20** promontorio] promuntorio **E**ϱ**Z** | aut] ui *add.* δ, *fort.* aut arto *Ge.*, angustiis *ante* in *add. Skutsch*

collectus, saepius in se volutatur similemque illis, quas
3 diximus converti, aquis facit verticem. hic ventus
circumactus et eundem ambiens locum ac se ipsa ver-
tigine concitans turbo est. qui si pugnacior est ac
diutius volutatus, inflammatur et efficit quod πρηστῆρα
Graeci vocant: hic est igneus turbo. *sic* fere omnia
pericula venti erupti de nubibus produnt, quibus arma-
menta rapiantur et totae naves in sublime tollantur.
4 Etiamnunc quidam venti diversos ex se generant
et impulsum aëra in alias quoque partes, quam in
quas ipsi inclinavere, dispergunt. illud quoque dicam,
quod mihi occurrit: quemadmodum stillicidia, quamvis
iam inclinent se et labantur, nondum tamen efficere
lapsum, sed ubi plura coiere et turba vires dedit, tunc
fluere et ire dicuntur: sic quamdiu leves sunt aëris
motus agitati pluribus locis, nondum ventus est — tunc
esse incipit, cum omnes illos miscuit et in unum im-
petum contulit. spiritum a vento modus separat: ve-
hementior enim spiritus ventus est, invicem spiritus
leniter fluens aër.
1 14. Repetam nunc, quod in primo dixeram, edi e
specu ventos recessuque interiore terrarum: non tota
solido contextu terra in imum usque fundatur, sed

22 — *p. 183, 1 cf. Aetnae v. 96 sqq. non totum solidum et (sic coni.) densumst; namque omnis hiatu secta est omnis humus penitusque cavata latebris exiles suspensa vias agit.*

1 similem] *fort.* similis *Ge.* | quas] in quos *Madvig* ‖ **2** dix.] *p. 181, 2* | conuerti,] *sc. in verticem* | aquis] aquas, **ES** *Madvig* | uentus] *om.* **δ** ‖ **4** pugnacior] pugnator **λS** ‖ **5** uolutatus] est *add.* **λ** | quod] quem **PZ** quem *vel* quae **λ** | prestera **ϑL²SZ**] prestam (*post* Graeci) **δ**, postã **λP** ‖ **6** sic *Ge.*] haec **δΦ** hic **B³**, hinc *Haase* ‖ **7** produnt] prodeunt **δ** | armamenta] *Plin. 2, 132 cont. G. Müller* ‖ **8** naves] nives **δ** ‖ **9** etiamnunc quidam] et nunc quia **δ** | ex se] *om.* **δ** ‖ **13** efficere] effixere **δ** ‖ **16** locis] uentis **δ** | tunc] sed tunc **δ** ‖ **18** contulit **δϑZ**] intulit **λϱ** ‖ **21** quod] quae **δP** | in] *om.* **S**, *fort.* a *Ge.* | dixeram] *sc. III 16, 4 (G. Müller), vix V 4 (Schultess)*

multis partibus cava et 'caecis suspensa latebris' ⟨aliubi aquis plena⟩, aliubi habet inania sine umore. ibi etiamsi nulla lux discrimen aëris monstrat, dicam 2 tamen nubes nebulasque in obscuro consistere. nam ne haec quidem supra terras, quia videntur, sunt, sed quia sunt, videntur: illic quoque nihilo minus ob id sunt, quod non videntur, flumina, illic scias licet nostris paria sublabi, alia leniter ducta, alia in confragosis locis praecipitando sonantia: quid ergo? non illud aeque dabis, esse aliquos et sub terra lacus et quasdam aquas sine exitu stagnare? quae si ita sunt, ne- 3 cesse est et illud, aëra onerari oneratumque incumbere et ventum propulsu suo concitare. et ex illis ergo subterraneis nubibus sciemus nutriri inter obscura flatus, cum tantum virium fecerint, quanto aut terrae obstantiam auferant aut aliquod apertum ad hos efflatus iter occupent et per hanc cavernam in nostras sedes efferantur. illud vero manifestum est, magnam esse 4 sub terris vim sulphuris et aliorum non minus ignem alentium: per haec loca cum se exitum quaerens spiritus torsit, accendat flammam ipso a*ff*rictu necesse est, deinde flammis latius fusis, etiam si quid ignavi aëris erat, extenuatum moveri et viam cum fremitu

1 *Ov. Met. I 388* ‖ **9** *cf. Aetnae v. 292 praecipiti deiecta sono* ‖ **19** *cf. Aetnae v. 387 quae flammas alimenta vocent, quid nutriat Aetnam. 390 sqq. uritur assidue calidus nunc sulphuris umor . . . et quidquid comminus acris irritat flammas* ‖ **21—23** *cf. Aetnae v. 324 adstrictus (l. adfrictus) certamine tangitur (l. tenditur) ictu spiritus. 115 atque igni quaesita via est*

1 et] est *Schultess* | suspensa *Sen. codd. et Aetnae*] obscura *Ov.* ‖ **2** al. aquis plena *Haase add.* | aliubi **HP¹Z**] alicubi **Eλϱ** alia **δ** ‖ **5** haec s. t.] τὰ ὑπὲϱ γῆς | supra **δ**] super **Φ**, *cf. III 16,4* ‖ **6/7** id sunt (sint **OPZ**) quod] hoc sunt quia **δ** ‖ **7** scias licet] *cf. III 11, 6 sqq.* ‖ **10** lacus] lucos **δ** ‖ **12** est] *om.* **ϑP¹Z** | illud,] illic *G. Müller* ‖ **15** cum] dum *Haase* | fecerint] fecerunt **Φ** | quanto] quantum **δ** | obstantiam] obstantia **ES** ‖ **16** auferant] auferat **δ** ‖ **21** affrictu *Gron.*] astrictu **Φ** adflictu **Z** afflictu **A** attritu **B** abstrictu **cg** abstricto **E** ‖ **23** erat] fuerat *Skutsch*

vasto atque impetu quaerere. sed haec diligentius persequar, cum quaeram de motibus terrae.

1 15. Nunc mihi permitte narrare fabulam. Asclepiodotus auctor est demissos quam plurimos a Philippo in metallum antiquum olim destitutum, ut explorarent, quae ubertas eius esset, quis status, an aliquid futuris reliquisset vetus avaritia; descendisse illos cum multo lumine et multos duraturo dies, deinde longa via fatigatos vidisse flumina ingentia et conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris nec compressos quidem terra supereminente sed liberae
2 laxitatis, non sine horrore visos. cum magna hoc legi voluptate, intellexi enim saeculum nostrum non novis vitiis sed iam inde antiquitus traditis laborare, nec nostra aetate primum avaritiam venas terrarum lapidumque rimatam in tenebris male abstrusa quaesisse: illi maiores nostri, quos celebramus laudibus, quibus dissimiles esse nos querimur, spe ducti montes ceci-
3 derunt et supra lucrum sub ruina steterunt; ante Philippum Macedonum rege*m* fuere, qui pecuniam in altissimis usque latebris sequerentur et recto spiritu liberoque in illos se demitterent specus, in quos nullum noctium dierumque perveniret discrimen. a tergo lucem relinquere quae tanta spes fuit? quae tanta necessitas hominem ad sidera erectum incurvavit et defodit et in fundum telluris intimae mersit, ut erueret aurum non

3 *Asclepiodotus: cf. Zeller III 1, 585*

1/2 persequar] *VI 12 sqq.* ‖ 6 explorarent **δFHLZ**] -raret **Eλϱ** | an] aut **λST** ‖ 11 supereminente] superimminente **Z** *ut Gronov.* ‖ 12 uisos.] si uis sed *Madvig* | hoc] haec **δ** ‖ 13 non] *om.* **δ** ‖ 15 primum aetate *coll.* **δ** ‖ 16 in] *om.* **δ** | male] mala *Gertz, sed audi* male quaesisse | abstrusa **HϱZ**] obstrusa **δηEλS** ‖ 20 Macedonum **ϱ**] -nium **λ** -nem **ϑL²P²Z** *vulgo*, -nes **δL¹** | regem *Ge.*] reges, *del. Leo* ‖ 21 altissimis . . . latebris] altissimas . . latebras *Koeler* ‖ 22 demitterent **δηST**] dimitterent **Φ** ‖ 24 fuit] iussit *Schultess*

minore periculo quaerendum quam possidendum? prop- 4
ter hoc cuniculos egit et circa praedam lutulentam
incertamque reptavit oblitus dierum, oblitus rerum
naturae melioris, a qua se avertit. ulli ergo mortuo
terra tam gravis est quam istis, supra quos avaritia
ingens terrarum pondus iniecit, quibus abstulit caelum,
quos in imo, ubi illud malum virus latitat, infodit?
illo descendere ausi sunt, ubi novam rerum positionem,
terrarum pendentium habitus ventosque per caecum in-
anes experirentur et aquarum nulli fluentium horridos
fontes et alteram perpetuamque noctem: deinde cum
ista fecerunt, inferos metuunt!

16. Sed ut ad id, de quo agitur, revertar: venti 1
quattuor sunt, in ortum occasum meridiem septemtrio-
nemque divisi; ceteri, quos variis nominibus appellamus,
his applicantur.

Eurus ad Auroram Nabataeaque regna recessit
Persidaque et radiis iuga subdita matutinis.
vesper et occiduo quae litora sole tepescunt,
proxima sunt zephyris. Scythiam septemque triones
horrifer invasit boreas: contraria tellus
nubibus assiduis pluvioque madescit ab austro.

vel si brevius illos complecti mavis, in unam tempe- 2
statem, quod fieri nullo modo potest, congregentur:

'una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus'

17—22 *Ov. Met. I 61—66* ‖ **25** *Verg. Aen. I 85 sq.*

4 se auertit] se uertit λ ‖ **9** terrarum] que *add.* δ (H^1?) | pendentium] impend. *Skutsch,* tepentium *Schultess* | habitus] halitus *Schultess* | inanes] inane η**EST**, *fort.* immanes *Ge.* ‖ **11** alteram] altam $\delta\vartheta$ | deinde] *om.* δ ‖ **12** fecerunt] fecerint δ ‖ **17** nabataeaque] nabatheaque $\delta\Phi$ ‖ **20** zephiris *trad.* | scithiam **HJ²Z**] sithiam **E**$\lambda\varrho$ schithiam **A** scitiam **B** | triones] trionem *Ov.* ‖ **23** breuius] binos δ | in] et in $\lambda\varrho$ ‖ **24** nullo modo] *s. l.* Φ f. n. pot. m. *coll.* ϱ n. m. f. pot. *coll.* **EF** ‖ **25** nothus *plerique codd. semper* | creberque ϑ**L²Z**] crebrisque $\delta\lambda\varrho$ ‖ **26** affricus *codd. plerique*

3 et, qui locum illa non habuit, Aquilo. quidam illos duodecim faciunt: quattuor enim caeli partes in ternas dividunt et singulis ventis binos subpraefectos dant. hac arte Varro, vir diligens, illos ordinat, nec sine causa. non enim eodem semper loco sol oritur aut occidit, sed alius est ortus occasusque aequinoctialis, bis autem aequinoctium est, alius solstitialis, alius
4 hibernus. qui surgit ab oriente aequinoctiali, subsolanus apud nos dicitur, Graeci illum *ἀφηλιώτην* vocant. ab oriente hiberno eurus exit, quem nostri vocavere vulturnum et Livius hoc illum nomine appellat in illa pugna Romanis parum prospera, in qua Hannibal et contra solem orientem exercitum nostrum et contra ventum constitutum venti adiutorio ac fulgoris praestringentis oculos hostium vicit; Varro quoque hoc nomen usurpat, sed et eurus iam civitate donatus est et nostro sermoni non tamquam alienus intervenit. ab oriente solstitiali excitatum *καικίαν* Graeci appellant,
5 apud nos sine nomine est. aequinoctialis occidens favonium mittit, quem zephyrum esse dicent tibi, etiam qui graece nesciunt loqui. a solstitiali occidente corus venit, qui apud quosdam *arg*estes dicitur: mihi non videtur, quia cori violenta vis est et in unam partem rapax, *arg*estes fere mollis est et tam euntibus communis quam redeuntibus. ab occidente hiberno africus

4 *et* 15 *Varronis fr. cf. Kaibel, Herm. 20 p. 595* ‖ 11 *Liv. 22,43*

1 qui] cui *Leo* | illa **H** λ] *sc. tempestas? (Leo),* in (in *om.* **P**) illa rixa δ **g** ϱ **Z** in illa pugna **E**, illic *Ge.* ‖ 2 partes caeli *coll.* λ ϱ ‖ 3 subpraefectos] supref. **JK** supradictos δ ‖ 5 semper] *post* loco δ **E** ‖ 8 hibernus] hibernalis δ ‖ 9 aphelioten δ apheloten Φ ‖ 10 uocauere] uocauerunt δ ‖ 11 Vult.] uolt. **Z** | et] T. *Gertz* ‖ 12 qua] quam λ **P** ‖ 13 et] *om.* δ ‖ 14 constitutum *Skutsch*] constituit, tum (tum δ **H**^{2}**PZ** cum λ **Z** tamen **E**) ‖ 17 interuenit δ **L**^{2}**Z**] inuenit Φ intus uenit **S**^{2}**T** ‖ 18 *καικίαν Erasmus*] kaiekian δ Φ -am λ **Z**^{1} ‖ 20 dicent tibi] dicunt illi δ ‖ 21 corus **P**^{1}**S**] chorus *fort. rest.* ‖ 22 argestes *Erasmus bis*] ergastes Φ ergates δ ‖ 23 cori **BS**] chori

furibundus et ruens, apud Graecos λίψ dicitur. a sep- 6
temtrionali latere summus est aquilo, medius septemtrio, imus θρᾳκίας: huic deest apud nos vocabulum. a meridiano axe εὐρόνοτος est; deinde νότος, latine auster; deinde λευκόνοτος, qui apud nos sine nomine est.

17. Placet autem XII ventos esse, non quia ubique 1
tot sunt (quosdam enim inclinatio terrarum excludit), sed quia plures nusquam sunt. sic casus sex dicimus, non quia omne nomen sex recipit, sed quia nullum plures quam sex. qui XII ventos esse dixerunt, hoc 2
secuti sunt, totidem ventorum esse quot caeli discrimina. caelum autem dividitur in circulos quinque, qui per mundi cardines eunt: est septemtrionalis, est solstitialis, est aequinoctialis, est brumalis, est contrarius septemtrionali. his sextus accedit, qui superiorem partem mundi ab inferiore secernit (ut scis enim, dimidia pars mundi semper supra, dimidia infra est): hanc lineam, 3
quae inter aperta et occulta est, id est hunc circulum Graeci ὁρίζοντα vocant, nostri finitorem esse dixerunt, alii finientem. adiciendus est adhuc meridianus circulus, qui horizonta rectis angulis secat. ex his quidam circuli in transversa currunt et ⟨alii⟩ alios interventu suo scindunt; necesse est autem tot aëris discrimina esse quot partes: ergo ὁρίζων sive finiens circulus quinque 4
illos orbes, quos modo dixi, fieri † et efficit decem partes, quinque ab ortu, quinque ab occasu; meridia-

3 θρᾳκίας *Ge.*] *cf. Kaibel p. 621,* thrascias *Fortun.* thrachias **Φ** trachias **ηST** tracias **δ** ‖ 4 (euro)notus *trad.* | lat. **δ**] est lat. **Φ** ‖ 5 leuconot(h)us **Φ** austronothus **δ** ‖ 7 sunt **O** *Gertz*] sint ‖ 8 n. plures *coll.* **ETZ** | nusquam — 9 nullum] *om.* **δ** ‖ 10 sex] VI (VII **BC**) non sint **δ** ‖ 14 est] *ante* equin. *om.* **λϱZ** ‖ 15/16 mundi partem *coll.* **δ** ‖ 16 secernit $\mathbf{A}^2\mathbf{\Phi}$] secreuit $\mathbf{\delta L}^1$ ‖ 18 inter — hunc] inter lineam apertam et occultum est, hunc scilicet **δ** ‖ 19 orizonta *semper*] hor. **Z** | esse] *om.* **Φ** ‖ 21 secat] segat $\mathbf{P}^1$, segregat (-auit $\mathbf{A}^1$) **δ** | quidam] *num* V *(cf. l. 25) vel* VI quidem *?* ‖ 22 alii *add. Ge.* | interu.] *cf. ep. 118, 16* ‖ 24 quot] caeli *add. Ge. conl. l. 11* ‖ 25 orbes illos *coll.* **δ** | modo] mihi **λP** | fieri] f., secat **δ** scindit $\mathbf{STZ}^2$ f., limitat *G. Müller, fort.* findi, dimetitur *Ge.*

nus circulus, qui in horizonta incurrit, regiones duas adicit: sic XII aër discrimina accipit et totidem facit ventos. quidam sunt quorundam locorum proprii, qui non transmittunt sed in proximum ferunt; non est illis a latere universi mundi impetus: Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam *Crag*eus, Galliam Circius (cui aedificia quassanti tamen incolae gratias agunt, tamquam salubritatem caeli sui debeant ei: divus certe Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur, et vovit et fecit). infinitum est, si singulos velim persequi; nulla enim propemodum regio est, quae non habeat aliquem flatum ex se nascentem et circa se cadentem.

1 18. Inter cetera itaque providentiae opera hoc quoque aliquis ut dignum admiratione suspexerit: non enim ex una causa ventos aut invenit aut per diversa disposuit, sed primum ut aëra non sinerent pigrescere sed assidua vexatione utilem redderent vitalemque trac-
2 turis, deinde ut imbres terris subministrarent idemque nimios compescerent. nam modo adducunt nubes, modo deducunt, ut per totum orbem pluviae dividi possint: in Italiam auster impellit, aquilo in Africam reicit, etesiae non patiuntur apud nos nubes consistere; idem totam Indiam et Aethiopiam continuis per id
3 tempus aquis irrigant. quid, quod fruges per*coqui* non possent, nisi flatu supervacua et mixta servandis ventilarentur, nisi esset, quod segetem excitaret et laten-

1 incurrit δ] concurrit Φ ‖ 2 adicit] efficit δ ‖ 3 uentos facit *coll.* δ ‖ 6 iapix *trad.* | sciron **HZ**] scyron η**E** schiron (y **B**) δ ciron (y **L**) λ**P** chiron (y **T**) **ST** | pamphiliam *trad.* ‖ 7 Crageus *G. Müller*] cagreus **E**λ chagreus $\vartheta\varrho$**Z** chagreis δ Cataegis *Fortun.* ‖ 9 templum illi] *ante* et uouit *coll.* δ ‖ 18 tracturis] terris δ ‖ 19 *et* 24 idem *trad.*] iidem *Fortun.* ‖ 20 nimios] nubes δ | nub. m. deducunt] *om.* δ ‖ 22 possint] possent Φ ‖ 23 nubes apud nos *coll.* δ ‖ 24 totam] per t. $\delta\eta\lambda$**P** | id] idem δ ‖ 25 quid — 26 possent] quomodo enim fruges inciperentur (excipientur **B**) δ | percoqui *Ge.*] *cf. p. 191, 21,* percipi Φ ‖ 26 et m.] admixta *Muretus,* immixta *Gertz,* mixta *Haase*

tem frugem ruptis velamentis suis, quae folliculos agri- 4
colae vocant, adaperiret? quid, quod omnibus inter se
populis commercium dedit et gentes dissipatas locis
miscuit? ingens naturae beneficium, si illud in iniuriam
suam non vertat hominum furor! nunc quod de Cae-
sare maiori vulgo dictatum est et a Tito Livio po-
situm, in incerto esse, utrum illum magis nasci an
non nasci reipublicae profuerit, dici etiam de ventis
potest; adeo quicquid ex illis utile et necessarium est,
non potest his repensari, quae in perniciem suam ge- 5
neris humani dementia excogitat. sed non ideo non
sunt ista natura bona, si vitio male utentium nocent:
non in hoc providentia ac dispositor ille mundi deus
aëra ventis exercendum dedit et illos ab omni parte,
ne quid esset situ squalidum, effudit, ut nos classes
partem freti occupaturas conpleremus milite armato et 6
hostem in mari aut post mare quaereremus. quae nos
dementia exagitat et in mutuum compellit exitium?
vela ventis damus bellum petituri et periclitamur peri-
culi causa, incertam fortunam experimur, vim tempe-
statum nulla ope humana superabilem et mortem sine 7
spe sepulturae. non erat tanti, si ad pacem per ista
veheremur: nunc cum evaserimus tot scopulos latentes
et insidias vadosi maris, cum effugerimus procellosos
desuper montes, per quos praeceps in navigantes ven-
tus impingitur, cum involutos nubilo dies et nimbis ac
tonitribus horridas noctes, cum turbinibus divulsa na-
vigia — quis erit [in eius] laboris ac metus fructus, quis

6 *Liv. fr. 46 Hertz.*

4 in] non λ | **5** nunc] non B^1C nam **EST** | de Cesare **BCEST**] de C. **Z** decens **A** Φ || **6** dictatum est] *om.* **FH** || **7** illum — **8** profuerit **ST**(Φ)] magis R. P. prof. eum nasci (eum n. pr. **A**) δ | an non nasci] *om.* (δ) ϑ | rei (R. P. λ) *ante* an λ**P** || **9** est] *ante* et (ac **BC**) nec. δ || **11** hum. generis *coll.* δ | sed] scilicet *Ge.* || **12** ista] *venti ceteraque* | natura] sua *add.* δ || **13** non in hoc] nimirum hac δ | ac] *om.* δ || **17** quaereremus] queremus λ (*sed* -reremus L^2M) || **18** compellit] componit $A^1\Phi$ || **28** erit] *om.* δ | in eius λ**P**] eius **T** huius ϑJ^2L^2Z in eis δ *om.* **S** (= *metus*) *Leo*, finis *Ross-*

nos fessos tot malis portus excipiet? bellum scilicet et obvius in litore hostis et trucidandae gentes tracturaeque magna ex parte victorem et antiquarum urbium flamma. quid in arma cogimus populos? quid exercitus scribimus directuros aciem in mediis fluctibus? quid maria inquietamus? parum videlicet ad mortes nostras terra late patet. nimis delicate fortuna nos tractat, nimis dura dedit nobis corpora, felicem valitudinem, non depopulatur nos casus incurrens, emetiri cuique annos suos ex commodo licet et ad senectutem decurrere: itaque eamus in pelagus et vocemus in nos fata cessantia. miseri, quid quaeritis? mortem, quae ubique superest? petet illa vos et ex lectulo, sed innocentes petat; occupabit vos in vestra domo, sed occupet nullum molientes malum. hoc vero quid aliud quis dixerit quam insaniam, circumferre pericula et ruere in ignotos, iratum sine iniuria, occurrentia devastantem ac ferarum more occidere quem non oderis? illis tamen in ultionem aut ex fame morsus est: nos sine ulla parsimonia nostri alienique sanguinis movemus manum et navigia deducimus, salutem committimus fluctibus, secundos optamus ventos, quorum felicitas est ad bella perferri. quousque nos mala nostra rapuerunt? parum est intra orbem suum furere: sic Persarum rex stolidissimus in Graeciam traiciet, quam exercitus non vincet, cum impleverit. sic Alexander ulterior Bactris et Indis volet quaeretque, quid sit ultra magnum mare, et indignabitur esse aliquid ultimum sibi. sic Crassum avaritia Parthis dabit, non

bach | metus ac *coll.* **δ** | quis] qui **λ** (*sed corr.* L^2M) ‖ **2** trucidandae] trucidate **δ** ‖ **3** ex magna *coll.* **δ** ‖ **6** uidelicet] *om.* **δ** ‖ **8** dura] aura **δ** | corpora] corporum **δ** ‖ **13** petet] petit **δ** | uos ϑJ^2MZ] nos | et ex] in **δ** | sed innoc. pet.] sed ubique pet. inn. **δ** ‖ **14** uos **HLMOP**] nos **δηEJKSTZ** | u(est)ra **HλPZ**] n(ost)ra **δηE**J^2**ST** ‖ **16** insaniam] per ins. *ante* ruere **δ** ‖ **18** more ferarum *coll.* **δ** ‖ **23** mala nostra nos *coll.* **δ** ‖ **24** intra **δΦ**(=**MO**^{2})] inter **λ** ‖ **25** traiciet *Haase*] traiecit ‖ **26** vincet] uicit **δ** ‖ **27** ulterior] ulteriora *Ge.* | uolet] uadet *Leo* | quaeretque] querere **η**E ‖ **29** Crassum]

horrebit revocantis diras tribuni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratem praesaga fulmina et deos resistentes: per hominum et deorum iras ad aurum ibitur. ergo non immerito quis dixerit rerum 11 naturam melius acturam fuisse nobiscum, si ventos flare vetuisset et inhibito discursu furentium in sua quemque terra stare iussisset: si nihil aliud, certe suo quisque tantum ac suorum malo nasceretur: nunc parum mihi domestica, externis quoque laborandum est. nulla terra tam longe remota est, quae non emittere 12 aliquod suum malum possit: unde scio, an nunc aliquis magnae gentis in abdito dominus, fortunae indulgentia tumens, non contineat intra terminos arma, an paret classes ignota moliens? unde scio, hic mihi an ille ventus bellum inveh*a*t? magna pars erat pacis humanae maria praecludi. non tamen, ut paulo ante dicebam, 13 queri possumus de auctore nostri deo, si beneficia eius corr*u*pimus et, ut essent contraria, effecimus. dedit ille ventos ad custodiendam caeli terrarumque temperiem, ad evocandas supprimendasque aquas, ad alendos satorum atque arborum fructus, quos ad maturitatem cum aliis causis adducit ipsa iactatio attrahens cibum in summa et ne torpeant permovens. dedit 14 ventos ad ulteriora noscenda: fuisset enim imperitum animal et sine magna experientia rerum homo, si circumscriberetur natalis soli fine. dedit ventos, ut commoda cuiusque regionis fierent communia, non ut legiones equitemque gestarent nec ut perniciosa gentium

cursum δ ‖ **2** Eufratem *trad.* ‖ **3** ad aurum] manum δ ‖ **4** immerito] merito ϱ ‖ **7** quemque] quoque ϱ | stare terra *coll.* λ ‖ **8** tantum] tamen λ ‖ **9** externis] (sunt *add.* δ) exterius $\delta\eta$**E** | labor.] elabor. δ ‖ **10** em.] remittere ϱ ‖ **15** inuehat *Madvig*] -het | erat] erit δ ‖ **16** non tamen] num δ ‖ **17** nostri] nostro δ ‖ **18** corrup. *Haase*] corrumpimus | effec. *Fickert*] efficimus ‖ **20** ad eu.] et ad eu. δ**JKMST** ‖ **21** sat. a. arb.] segetum arborumque δ ‖ **23** permouens] mouens δ ‖ **25** rerum] *ante* exper. δ *post* homo λ**P** *Skutsch* ‖ **28** gentium] ciuium δ, gerentibus *Schultess,* quouis gentium *Skutsch*

15 arma transveherent. si beneficia naturae utentium pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus: cui videre expedit, cui loqui? cui non vita tormentum est? nihil invenies tam manifestae utilitatis, quod non in contrarium transeat culpa. sic ventos quoque natura bono futuros invenerat: ipsi illos contrarios feci-
16 mus. 'omnes in aliquod nos malum ducunt.' non eadem est his et illis causa solvendi, sed iusta nulli; diversis enim irritamentis ad temptandum *mar*e impellimur, utique alicui vitio navigatur. egregie Plato dicit, qui nobis circa exitum iam testium loco dandus est, minima esse, quae homines emant vita. immo, Lucili karissime, si bene illorum furorem aestimaveris, id est nostrum (in eadem enim turba volutamur), magis ridebis, cum cogitaveris vitae parari, in quae vita consumitur.

NATURALIUM QUAESTIONUM LIBER VI QUI FERTUR.

Liber sextus.

De terrae motu.

1 1. Pompeios, celebrem Campaniae urbem, in quam ab altera parte Surrentinum Stabianumque litus, ab altera Herculanense conveniunt et mare ex aperto re-

10 *Platonis placitum ignotum.*

5 transeat] transferat δ ‖ 6 bono **FHMOPZ**] bonos $\delta\eta$**EJKLST** | invenerat] -nit δ -niat A^1 | ipsi] ipsis AB^1 ‖ 7 nos] *om.* **O** *ante* in **BJK** ‖ 8 et illis] *s. l.* δ ‖ 9 mare *Pincianus*] ire ‖ 10 utique δ] utque Φ ubique M^2ST ‖ 11 minima] *i. e. minime vita digna* | 15 parari] ea *add.* $\delta\eta$ | quae] qua **E**λ quibus $\Delta\eta$ |
18 liber sextus *vulgo et Ge.*] l. quintus (δ)η**EGHLMZ** l. tertius **KPTU***Esc.* | de terrae motu *add. Ge. e* **EH***Esc.***MPTZ** de motu terrae η ‖ 22 Surr.] surentinum λ ‖ 23 herc.] uero (autem **A**) calcedonense δ

ductum amoeno sinu cingunt, consedisse terrae motu vexatis quaecumque adiacebant regionibus, Lucili virorum optime, audivimus, et quidem hibernis diebus, quos vacare a tali periculo maiores nostri solebant promittere. Nonis Februariis hic fuit motus Regulo 2 et Verginio consulibus, qui Campaniam, numquam securam huius mali, indemnem tamen et totiens defunctam metu, magna strage vastavit: nam et Herculanensis oppidi pars ruit dubieque stant etiam quae relicta sunt, et Nucerinorum colonia ut sine clade ita non sine querela est; Neapolis quoque privatim multa, publice nihil amisit leniter ingenti malo perstricta, villae vero prorutae, passim sine iniuria tremuere. adiciuntur his illa: sexcentarum ovium gregem exani- 3 matum et divisas statuas, motae post haec mentis aliquos atque impotentes sui errasse. quorum ut causas excutiamus, et propositi operis contextus exigit et ipse in hoc tempus congruens casus. quaerenda sunt tre- 4 pidis solacia et demendus ingens timor. quid enim cuiquam satis tutum videri potest, si mundus ipse concutitur et partes eius solidissimae labant? si quod unum immobile est in illo fixumque, ut cuncta in se intenta sustineat, fluctuatur, si quod proprium habet terra perdidit, stare: ubi tandem resident metus nostri? quod corpora receptaculum invenient, quo sollicita confugient, si ab imo metus nascitur et funditus trahitur? consternatio omnium est, ubi tecta crepuerunt et 5 ruina signum dedit. tunc praeceps quisque se proripit

1 consed.] desedisse δ ‖ 6 uerginio **EHL²TZ**] unginio **O** urigino (*?*) δ unguuo **P** irriguo **J¹K** ‖ 7 indempnem *plerique codd.* ‖ 8 hercul.] hec tu lanensis λ ‖ 9 opp.] opidi **BH**λ**T** | etiam] in eo δ ‖ 10 ita] tamen λ ‖ 12 leniter **JK**] leuiter | perstr.] prestricta δ ‖ 13 prorutae **HPZ**] prorupte **EFLST** prerupte $\delta\lambda$ ‖ 14 ouium] omnium λ | exanimatum] examinatum λ ‖ 15 haec] hoc Φ ‖ 17 exc.] discutiamus δ ‖ 19 solatia (*sic semper scr.*)] remedia δ | ingens] urgens *Schultess* ‖ 20 tutum] *post* potest δ *post* uideri **M** ‖ 23 fluctuatur] fluctuat $\delta\eta$**EST** fluctuatur **Z** ‖ 24 t. stare perd. *coll.* ϱ stare terra p. *coll.* **JK** ‖ 26 conf.] fugient λ

et penates suos deserit ac se publico credit: quam latebram prospicimus, quod auxilium, si orbis ipse ruinas agitat, si hoc, quod nos tuetur ac sustinet, supra quod urbes sitae sunt, quod fundamentum quidam
6 orbis esse dixerunt, discedit ac titubat? quid tibi esse non dico auxilii sed solacii potest, ubi timor fugam perdidit? quid est, inquam, satis munitum, quid ad tutelam alterius ac sui firmum? hostem muro repellam, et praeruptae altitudinis castella vel magnos exercitus difficultate aditus morabuntur, a tempestate nos vindicat portus, nimborum vim effusam et sine fine cadentes aquas tecta propellunt, fugientes non sequitur incendium, adversus tonitruum et minas caeli subterraneae domus et defossi in altum specus remedia sunt (ignis ille caelestis non transverberat terram sed exiguo eius obiectu retunditur), in pestilentia mutare sedes
7 licet — nullum malum sine effugio est. numquam fulmina populos perusserunt; pestilens caelum exhausit urbes, non abstulit: hoc malum latissime patet inevitabile, avidum, publice noxium. non enim domos solum aut familias aut urbes singulas haurit: gentes totas regionesque submergit et modo ruinis operit, modo in altam voraginem condit ac ne id quidem relinquit, ex quo appareat, quod non est saltem fuisse, sed supra nobilissimas urbes sine ullo vestigio prioris
8 habitus solum extenditur. nec desunt, qui hoc genus mortis magis timeant, quo in abruptum cum sedibus

13 *cf. Aetnae v. 280 caelestis . . minas.* ‖ **25**—*p. 196,* **10** *cf. Aetnae v. 171 sq.*

hinc saevo quassat hiatu
fundamenta soli, trepidant urbesque caducae.

1 ac] et δ ‘ credit] condit δ ‖ **2** prosp.] perspic. δ | ipse orbis *coll.* λ ‖ **3** agitat **E O** ϱ] agitet $\delta\,\vartheta\,\lambda\,\mathbf{Z}$ ‖ **4** quidam] *s. l.* δ **L** ‖ **5** tibi] ibi δ ‖ **6** auxilî *et* solacî *Skutsch* ‖ **11** vindicat] uendicat **A S T** | nimborum] imbrium δ ‖ **12** prop.] repellunt δ ‖ **13** tonitruum] -trua (η?) **E M** *vulgo* ‖ **14** defossi] *om.* Φ ‖ **18** fulm.] flumina δ **J K O**^{1} | peruss.] percusserunt **L S T** peruerterunt **A** merserunt **B** ‖ **21** haurit] sed δ ‖ **22** subm.] subuertit δ ‖ **23** ac] at **O S T** ‖ **24** relinquit] -quid **B J K O** | appar.] id *add.* δ

suis eunt et e vivorum numero vivi auferuntur, tamquam non omne fatum ad eundem terminum veniat. hoc habet inter cetera iustitiae suae natura praecipuum, quod cum ad exitum ventum est, omnes in aequo sumus. nihil itaque interest, utrum me lapis 9 unus elidat, an monte toto premar; utrum supra me domus unius onus veniat et sub exiguo eius tumulo ac pulvere exspirem, an totus caput meum terrarum orbis abscondat; in luce hunc et in aperto spiritum reddam an in vasto terrarum dehiscentium sinu, solus in illud profundum an cum magno comitatu populorum concadentium ferar; nihil interest mea, quantus circa mortem meam tumultus sit: ipsa ubique tantundem est. proinde magnum sumamus animum adversus 10 istam cladem, quae nec evitari nec provideri potest, desinamusque audire istos, qui Campaniae renuntiaverunt quique post hunc casum emigraverunt negantque ipsos umquam in illam regionem accessuros: quis enim illis promittit melioribus fundamentis hoc aut illud solum stare? omnia eiusdem sortis sunt et, si 11 nondum mota, tamen mobilia: hunc fortasse, in quo securius consistitis, locum haec nox aut hic ante noctem dies scindet. unde scis, an ⟨non⟩ melior eorum locorum condicio sit, in quibus iam vires suas fortuna consumpsit et quae in futurum ruina sua fulta sunt? erramus enim, si ullam terrarum partem exceptam im- 12 munemque ab hoc periculo credimus: omnes sub eadem iacent lege, nihil ita, ut immobile esset, natura concepit; alia temporibus aliis cadunt, et quemadmodum

3 nat.] munera δ ‖ **4** praecipuum] deus *add.* δ | omnes *om.* δ ‖ **6** supra] super δ**E** ‖ **7** unius] *post* me **Z**^{2} *post* ueniat *iter.* ϱ | ueniat] *om.* **E** | tumulo **B**] cumulo ‖ **8** caput] capud **AHJKMO** ‖ **9** abscondat] -dit λ ‖ **12** concad.] congaudentium δ | mea interest *coll.* δ ‖ **18** ipsos] se ipsos δ ‖ **20** illud] illum **J**^{1}**KM**(λ) | eiusdem sortis] . . de sorti (-te **ST**) ϱ | et] etiam λ**Z** ‖ **22** securius] *om.* **AST** securus **Z** *Gertz* | cons.] consistis **AEZ**^{2} *rulgo* ‖ **23** scis] scias Φ | non *add. Haase* ‖ **25** futurum ruina sua] futuram ruinam suam δ | sunt] est ϱ ‖ **26/7** exceptam *et* que] *om.* δ

in urbibus magnis nunc haec domus nunc illa suspenditur, ita in hoc orbe terrarum nunc haec pars facit
13 vitium nunc illa. Tyros aliquando infamis ruinis fuit, Asia XII urbes simul perdidit; anno priore [in] Achaiam et Macedoniam, quaecumque est ista vis mali, quae incurrit, nunc Campaniam laesit: circumit fatum et, si quid diu praeterît, repetit. quaedam rarius sollicitat, saepius quaedam: nihil immune esse et innoxium sinit.
14 non homines tantum, qui brevis et caduca res nascimur — urbes oraeque terrarum et litora et ipsum mare in servitutem fati venit. nos tamen nobis permansura promittimus bona fortunae, et felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velocissima est levitas, habituram in aliquo pondus ac moram credimus;
15 et perpetua sibi omnia promittentibus in mentem non venit, id ipsum, supra quod stamus, stabile non esse. neque enim Campaniae istud aut Achaiae sed omnis soli vitium est, male cohaerere et ex causis pluribus solvi et summa manere, partibus ruere.

1 2. Quid ago? solacium adversus pericula rara promiseram: ecce undique timenda denuntio, nego quicquam esse quietis aeternae, quod perire possit et perdere. ego vero hoc ipsum solacii loco pono et quidem valentissimi, quando quidem sine remedio timor stultis est: ratio terrorem prudentibus excutit, imperitis magna
2 fit ex desperatione securitas. hoc itaque generi hu-

1 nunc haec domus] *om.* $J^1KO(\lambda)$ ‖ **4** [in *del. Fort.*] Achaiam et Macedoniam *Fortun. Gron.*] in Achaia et Macedonia ‖ **5** ista] *om.* Q | ista – quae] ⟨uia⟩ istius mali, quod (*vel* qua) *Ge.* | **6** incurrit, quae *Pincianus* | circumit **HOPZ**] circum id **JK** circuit δ**ELST** ‖ **7** praeterit] -iit *vulgo* | quaedam r.] quidam r. L^1O^1 qu(orun)dam r. **JK** ‖ **9** qui **E**J^2**MO**^{2}] quae | nascimur] nascitur sed δ ‖ **10** oraeque] horeque **A**λ | litora **BHJKL**] littora **AEMO**Q ‖ **11** uenit. nos tamen] ueniunt. quo ergo δ ‖ **14** moram ac pondus *coll.* δ ‖ **15** et] *om.* δ ‖ **17** enim] *om.* δ | istud] neque tyri (tiri **A**) neque italie δ ‖ **18** est] hoc est δ ‖ **19** solui] resolui δ ‖ **20** ago] ergo δ ‖ **24** q(ua)n(do) **E**λ**ST**] q(uonia)m δ**HL**^{2}**PZ** | quidem] quod δ | stultis timor *coll.* δ ‖ **25** ratio] idem δ ‖ **26** fit] sit λ

mano dictum puta, quod illis subita captivitate inter ignes et hostem stupentibus dictum est:

una salus victis nullam sperare salutem.

si vultis nihil timere, cogitate omnia esse metuenda; 3
circumspicite, quam levibus causis discutiamur: non cibus nobis non umor, non vigilia non somnus sine mensura quadam salubria sunt — iam intellegetis nugatoria esse nos et imbecilla corpuscula, fluida, non magna molitione perdenda. 'sine dubio id *summ*um periculi nobis es*t*, quod tremunt terrae, quod subito dissipantur ac superposita deducunt. magni se aesti- 4
mat, qui fulmina et motus terrarum hiatusque formidat — vult ille imbecillitatis sibi suae conscius timere pituitam? ita videlicet nati sumus, tam felicia sortiti membra, in hanc magnitudinem crevimus.' et ob hoc nisi mundi partibus motis, nisi caelum intonuerit, nisi terra subsederit, perire non possumus? unguiculi 5
nos et ne totius quidem dolor sed aliqua ab latere eius scissura conficit! et ego timeam terras trementes, quem crassior saliva suffocat? ego extimescam emotum sedibus suis mare, et ne aestus maiore quam solet cursu plus aquarum trahens superveniat, cum quosdam strangulaverit potio male lapsa per fauces? quam stultum est mare horrere, cum scias stillicidio perire te posse! nullum maius solacium est mortis 6
quam ipsa mortalitas, nullum autem omnium istorum,

3 *Verg. Aen. II 354*

1 illis] in δ ‖ 4 met.] timenda η**EST** ‖ 7 intellig. *semper* ‖ 8 nos δ**FHP**^{1}**Z**] nostra **E**$\lambda\varrho$ | corp.] corpora **BE** ‖ 9—15 *interlocutori dedi* | 9 summum *Ge.*] unum ‖ 10 nobis] satis *Fortun.* | est *Madvig*] esset ‖ 11 ded.] diducunt **ALST** ‖ 12 fulmina] *audi: nihil nisi f.* | terr. hiat. que] et hiatus terrarum δ ‖ 13 uult ille] *i. e. num mavult idem? Sen. ipse* ⟨cur non⟩ uult *interrogaret conl. Hor. S. I 1, 108.* solet ille *(sc. alius) Leo* | sue sibi *coll.* δ ‖ 15 et . . 17 possumus] ut . . possimus *Madvig* ‖ 17 unguiculi] unde igitur celi δ ‖ 18 dolor] calor δ ‖ 21 suis sedibus *coll.* δ ‖ 23 potio male] saliua δ ‖ 26 istorum omnium *coll.* δ

quae extrinsecus terrent, quam quod innumerabilia pericula in ipso sinu sunt. quid enim dementius quam ad tonitrua succidere et sub terram corrępere fulminum metu? quid stultius quam timere nutationem terrae aut subitos montium lapsus et irruptiones maris extra litus eiecti, cum mors ubique praesto sit et undique occurrat nihilque sit tam exiguum, quod non in
7 perniciem generis humani satis valeat? adeo non debent nos ista confundere, tamquam plus in se mali habeant quam vulgaris mors, ut contra, cum sit necessarium e vita exire et aliquando emittere animam, maiore perire ratione iuvet. necesse est mori ubicumque, quandoque: stet licet ista humus et se teneat suis finibus nec ulla iactetur iniuria, supra me quandoque erit. ⟨quid⟩ interest, ego illam mihi an ipsa se mihi imponat?
8 diducitur et ingenti potentia nescio cuius mali rumpitur et me in immensam altitudinem abducit — quid porro? mors levior in plano est? quid habeo quod querar, si rerum natura me non vult iacere ignobili
9 leto, si mihi inicit sui partem? egregie Vagellius meus in illo inclito carmine: 'si cadendum est [mihi]', inquit, 'e caelo cecidisse velim.' idem ⟨mihi⟩ licet dicere: si cadendum est, cadam orbe concusso, non quia fas

21 *sq. FPR p. 362 Baehr.*

1 quam quod] que quidem δ | peric.] exempla δ, pericla *Skutsch* ‖ **2** sunt sinu *coll.* δ ‖ **3** ad] a ϱ | terram] terra ϱ | correpere g^2 *Erasmus*] corripere Φ se corripere δ corrupere **ST** corruere **Z** ‖ **4** metu fulm. *coll.* δ | nut.] mut. λ | terre] *om.* Φ ‖ **6** eiecti] euecti *Koeler, sed cf. VII 6, 3* ‖ **7** tam sit *coll.* ϱ | **9** in se] *ante* plus *coll.* δ *post* mali **E** ‖ **10** sit] *ante* e δ ‖ **12** rat. perire *coll.* δ | mori ub. quandoque] maiori δ ‖ **13** finibus suis *coll.* λ ‖ **14** quand. erit] *om.* δ | quid *add. Ge.* ‖ **15** ego i.] ergo illam ego δ ‖ **17** abd.] obducit δ ‖ **19** me] *s. l.* δ | ign. leto] ign. (inn. J^1K) lecto λ in ign. loco δ ‖ **20** inicit] *om. in lac.* H^1 uincit **P** uindicat δ | partem sui *coll.* λ | Vag.] u(er)o agellius δ, *cf. Prosop. I. R. III 347* ‖ **21** si] *poeta fort.* siue *scripserat* | mihi *hic del. et l.* **22** *add. Ge.* inquit mihi *coll.* Φ ‖ **22** e caelo] de caelo me *Haase* | cec.] cedisse **JK** sedisse **P**

est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solacium est terram quoque videre mortalem.

3. Illud quoque proderit praesumere animo, nihil horum deos facere, nec ira numinum aut caelum convertī aut terram: suas ista causas habent nec ex imperio saeviunt sed quibusdam vitiis ut corpora nostra turbantur et tunc, cum facere videntur iniuriam, accipiunt. nobis autem ignorantibus verum omnia terribiliora sunt, utique quorum metum raritas auget: levius accidunt familiaria, [et] ex insolito formido maior est. quare autem quicquam nobis insolitum est? quia naturam oculis, non ratione, comprehendimus nec cogitamus, quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit. damus itaque huius neglegentiae poenas tamquam novis territi, cum illa non sint nova sed insolita. quid ergo? non religionem incutit mentibus et quidem publice, sive deficere sol visus est, sive luna, cuius obscuratio frequentior, aut parte sui aut tota delituit? longeque magis illa, actae in transversum faces et caeli magna pars ardens et crinita sidera et plures solis orbes et stellae per diem visae subitique transcursus ignium multam post se lucem trahentium. nihil horum sine timore miramur: et cum timendi sit causa nescire, non est tanti scire, ne timeas? quanto satius est causas inquirere et quidem toto in hoc intentum animo: neque enim illo quicquam inveniri dignius potest, cui se non tantum commodet sed impendat.

4 *cf. Aetnae vv. 29—33* ‖ **12** *cf. Aetnae v. 224 non oculis solum pecudum miranda tueri more* ‖ **24—27** *cf. Aetnae v. 226 sq.*
nosse fidem rerum dubiasque exquirere causas,
ingenium sacrare caputque attollere caelo eqs.

2 mort. uid. *coll.* **δ** ‖ **4** conuerti] concuti **δ** ‖ **6** sed] ex *add.* **δ** ‖ **8** uerum] un(de) ueniant **δ** ‖ **9** leuius] lenius **HMQ** ‖ **10** et] *om.* **δ**, *fort.* sed *Ge.* ‖ **11** nobis **EλP**] *om.* **FHST** *ante* quicq. **δ** *Skutsch* ‖ **12** comprendimus *Skutsch* ‖ **17** siue d.] si d. **FH** | sol] *post* est **δ** ‖ **18** del.] dilituit **λ** ‖ **19** illa] illae *Erasmus* | m. pars **ϑQZ**] p. m. **δλ** ‖ **20** orb. solis *coll.* **δ** ‖ **23** timendi] timidi **δλ** ‖ **24** est] *om.* **Q** ‖ **25** intentum] -to **δ** ‖ **26** illo] eo **δ** ‖ **27** imp.] etiam expendat **δ**

1 4. Quaeramus ergo, quid sit, quod terram ab infimo moveat, quod tanti molem ponderis pellat, quid sit illa valentius, quod tantum onus vi sua labefactet, cur modo tremat, modo laxata subsidat, nunc in partes divisa discedat et alias intervallum ruinae suae diu servet, alias cito comprimat, nunc amnes magnitudinis notae convertat introrsum, nunc novos exprimat, aperiat aliquando aquarum calentium venas, aliquando refrigeret, ignesque nonnumquam per aliquod ignotum antea montis aut rupis foramen emittat, aliquando notos et per saecula nobiles comprimat. mille miracula movet faciemque mutat locis et defert montes, subrigit plana, valles extuberat, novas in profundo insulas erigit:
2 haec ex quibus causis accidant, digna res excuti. 'quod', inquis, 'erit pretium operae?' quo nullum maius est, nosse naturam. neque enim quicquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, cum multa habeat futura usui, quam quod hominem magnificentia sui detinet nec mercede sed miraculo colitur. inspiciamus ergo, quid sit, propter quod haec accidant: quorum adeo est mihi dulcis inspectio, ut quamvis aliquando de motu terrarum volumen iuvenis ediderim, tamen temptare me voluerim et experiri, ⟨si⟩ aetas aliquid nobis aut ad scientiam aut certe ad diligentiam adiecerit.
1 5. Causam, qua terra concutitur, alii in aqua esse, alii in ignibus, alii in ipsa terra, alii in spiritu putaverunt, alii in pluribus, alii in omnibus his; quidam

14—20 *cf. Aetnae v. 222 sqq.*

immensus labor est, sed fertilis idem;
digna laborantis respondent praemia curis: . . .
(225) nosse fidem rerum dubiasque exquirere causas . .

3 on.] honus **λ E** ‖ **4** modo tremat] tremat et **δ** ‖ **7** nouos] inuos **λ** | expr.] inpr. **J**[1]**K** compr. **δ** ‖ **12** defert] differt **δ** ‖ **14** ex] *om.* **δ** | res] est *add.* **δ** ‖ **16** quicquam] *s. l.* **δ** ‖ **18** usui] uisui **λ** | hom. m. sui] omnes sui m. **δ** ‖ **21** est] *post* dulcis **δ** ‖ **22** iuuenis] *ante* de m. **δ** *Skutsch* ‖ **23** me] *post* experiri **δ** *Skutsch* | si *Ge. add.*] an ////// **A** cum **g**[1] an cum **g**[2] an *vulgo* ‖ **24** aut *prius*] *om.* **δ S T**

liquere ipsis aliquam ex istis causam esse dixerunt, sed non liquere, quae esset. nunc singula persequar. 2 illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones veteres parum exactas esse et rudes: circa verum adhuc erra- batur, nova omnia erant primo temptantibus; postea eadem illa limata sunt et, si quid inventum est, illis nihilominus referri debet acceptum: magni animi [res] fuit rerum naturae latebras dimovere nec contentum exteriore eius aspectu introspicere et in deorum secreta descendere. — plurimum ad inveniendum contulit, qui speravit posse reperiri. cum excusatione itaque veteres 3 audiendi sunt: nulla res consummata est, dum incipit; nec in hac tantum re omnium maxima atque involutissima (in qua, etiam cum multum acti erit, omnis tamen aetas quod agat inveniet) sed in omni alio negotio longe semper a perfecto fuere principia.

6. In aqua causam esse nec ab uno dictum est 1 nec uno modo. Thales Milesius totam terram subiecto iudicat umore portari et innare, sive illud oceanum vocas, sive magnum mare, sive alterius naturae simplicem adhuc aquam et umidum elementum. 'hac', inquit, 'unda sustinetur orbis velut aliquod grande navigium et grave his aquis, quas premit.' supervacuum 2 est reddere causas, propter quas existimat gravissimam partem mundi non posse spiritu tam tenui fugacique gestari, non enim nunc de situ terrarum sed de motu

4. 9—10 *cf. Aetnae v. 256 in Iovis errantem regno perquirere divos.* ‖ 17 *cf. Thaletis placitum III 14, 1 (A 15 Diels p. 12)*

1 ipsis] sibi δ ‖ 3 mihi] *s.* est δ *om.* **E** ‖ 4 uerum] hec δ ‖ 5 erant omnia *coll.* δ ‖ 6 est inuentum *coll.* δ ‖ 7 ref. deb. acc.] debet referri in accepto δ | res] *om.* δ **E** ‖ 8 cont.] contemptum λ (con)crementum ϱ contempnendum δ ‖ 10 cont.] tulit δ ‖ 12 res] *om.* ϱ ‖ 13 atque] et δ ‖ 14 in qua] inquam δ **JKST** | acti e.] actum e. λ erit (*vel* est) quesitum δ ‖ 15 quod] quid δ | inu.] inueniat λ ‖ 16 semper] *om.* **EST** ‖ 18 Thales] tales $\lambda\varrho$ ‖ 19 innare] in mare λ mare **OS** in mari δ | illud] *intell.* illum *sc. umorem* | oc.] occeanum *trad. ut semper, ante* illud λ ‖ 20 siue m.] seu m. **H**ϱ ‖ 22 unda] aqua ϱ

agitur. illud argumenti loco ponit, aquas esse in causa, quibus hic orbis agitetur, quod in omni maiore motu erumpunt fere novi fontes (sicut in navigiis quoque evenit, ut si inclinata sunt et abierunt in latus, aquam sorbeant, quae *vi* omni eorum onerum, quae vehit, si immodice depressa sunt, aut superfunditur aut certe
3 dextra sinistraque solito magis surgit). hanc opinionem falsam esse non est diu colligendum: nam si terra aqua sustineretur et ea aliquando concuteretur, semper moveretur, nec agitari illam miraremur sed manere; deinde tota concuteretur, non ex parte (numquam enim navis dimidia iactatur), nunc vero terrarum non universarum sed ex parte motus est: quomodo ergo fieri potest, ut quod totum vehitur, totum non agitetur, si
4 eo, quo vehitur, agitatum est? 'at quare aquae erumpunt?' primum omnium saepe tremuit terra, et nihil umoris novi fluxit; deinde si ex hac causa unda prorumperet, a lateribus terrae circumfunderetur (sicut in fluminibus ac mari videmus incidere, ut incrementum aquarum, quotiens navigia desidunt, in lateribus maxime appareat); ad ultimum non tam exigua fieret, quam tu dicis, eruptio nec velut per rimam sentina subreperet, sed fieret ingens inundatio ut ex infinito liquore et ferente universa.

1 7. Quidam motum terrarum aquae imputaverunt, sed non ex eadem causa; 'per omnem', inquit, 'terram

2 agitetur] agitatur ϱ | in omni] modo δ ‖ **3** erumpunt] -pit δ | fere] *om.* **E**, *fort. ante* maiore *coll. Ge.* ‖ **5** quae] quem **A** que (*post* omni) **B** | ui omni *(cf. p. 203, 14) Ge.*] in (*om.* δ) omni $\delta\Phi$, in omni genere *Klammer,* impatiens *Madvig,* margini *Schultess,* in omni motu (*om.* eorum) *Leo* | onerum] honerum **F** λ *ante* eorum **E** oneri δ | uehit] *sc. aqua* ‖ **8** est] *ante* nam δ ‖ **9** ea] *intell. hac aqua,* et — concuteretur *del. Haase* | aliquando c.] agitante c. *Gertz* conc. aliquando *Skutsch* ‖ **10** illam agitari *coll.* δ ‖ **16** primum] primo δ ‖ **17** hac c.] causa ista δ ‖ **18** a] ac (a) ϱ ‖ **20** aq. incr. *coll.* δ ‖ **21** quam tu] quantum Φ ‖ **22** velut] aliud δ | subreperet **E** λ **Z**] subriperet δ **H O** ϱ ‖ **26** inquit Φ] inquiunt δ **EST**, *cf. p. 205, 19*

multa aquarum genera decurrunt: aliubi perpetui amnes, quorum navigabilis etiam sine adiutorio imbrium magnitudo est: hinc Nilus per aestatem ingentes aquas invehit; hinc, qui medius inter pacata et hostilia fluit, Danuvius ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens et Europam Asiamque disterminans, alter Germanos, avidam belli gentem, repellens. adice nunc patentissi- 2
mos lacus et stagna populis inter se ignotis circumdata et ineluctabiles navigio paludes, ne ipsis quidem inter se pervias, quibus incoluntur; deinde tot fontes, tot capita fluminum subitos et ex occulto amnes vomentia, tot deinde ad tempus collectos torrentium impetus, quorum vires quam repentinae tam breves. omnis aquarum et intra terram natura faciesque est: 3
illic quoque aliae vasto cursu deferuntur et in praeceps volutae cadunt, aliae languidiores in vadis refunduntur et leniter ac quiete fluunt; quis autem neget vastis illas receptaculis concipi et cessare multis inertes locis? non est diu probandum ibi multas aquas esse, ubi omnes sunt; neque enim sufficeret tellus ad tot flumina edenda, nisi ex reposito multoque funderet. si hoc verum est, necesse est aliquando illic amnis ex- 4
crescat et relictis ripis violentus in obstantia incurrat:

11 *cf. Aetnae v. 126 sq.*
aut occulta fluunt tectis adoperta cavernis
atque inopinatos referunt procul edita cursus.
15 *sq. cf. Aetnae v. 124 sq.* *aut illa vorago*
direpta in praeceps fatali condidit ore.
17 *sq. cf. Aetnae v. 117 sq. quis enim non credit inanis*
esse sinus penitus?

1 aliubi **HZ**] alicubi **E** λ ϱ alii δ ‖ **2** etiam] *om.* δ ‖ **3** est magn. *coll.* δ ‖ **5** danubius *trad.* | renus Φ ‖ **11** subitos *Fortun.*] subito (ex *add.* δ) se δ Φ subito **ST** | uom.] fundentia δ ‖ **14** omnis] *fort.* similis *vel* eadem omnis *Ge. cf. Aetnae v. 303* ‖ **15** cursu] impetu δ ‖ **19** prob. diu *coll.* δ | esse] superfluas esse *Ge. cf.* enim *et c. 16, 3* ‖ **20** omnes] amnes *L. Jan,* origines *Haase* | sunt] eunt *Schultess* ‖ **21** funderet] ea f. δ ‖ **23** excrescat] excurset δ | violentus] -ter δ | in obstantia] *om.* δ

sic fiet motus alicuius partis, in quam flumen impetum dedit et quam, donec decrescat, verberabit. potest fieri, ut aliquam regionem rivus affluens exedat ac sic trahat
5 aliquam molem, qua lapsa superposita quatiantur. iam vero nimis oculis ⟨se⟩ permittit nec illos scit producere ultra animus, qui non credit esse in abdito terrae sinus maris vasti. nec enim video, quid prohibeat aut obstet, quo minus habeat aliquod etiam in abdito litus et per occultos aditus receptum mare, quod illic quoque tantundem loci teneat aut fortassis hoc amplius, quo*d* superiora cum tot animalibus erant dividenda: abstrusa enim et sine possessore deserta liberius undis
6 vacant. quas quid vetat illic fluctuare et ventis, quos omne intervallum terrarum et omnis aër creat, impelli? potest ergo maior solito exorta tempestas aliquam partem terrarum impulsam vehementius commovere. nam apud nos quoque multa, quae procul a mari fuerant, subito eius accessu vapulaverunt et villas in prospectu collocatas fluctus ⟨reliquit⟩, qui longe audiebatur invasit; illic quoque potest recedere ac re*sur*gere pelagus infernum: quorum neutrum fit sine motu superstantium.'

1 8. Non quidem existimo diu te haesitaturum, an credas esse subterraneos amnes et mare absconditum: unde enim ista prorepunt, unde ad nos veniunt, nisi
2 quod origo umoris inclusa est? age, cum vides interruptum Tigrin in medio itinere siccari et non universum averti, sed paulatim non apparentibus damnis

1 partis] est *add.* δ ‖ **3** exedat] excedat δ J^{1}KST | sic AE0^2ϱ] si BHλP^{1}Z ‖ **5** se *add. Leo* | illos scit] secum P, scit *Haase,* ultra illos scit prod. an. Z *Erasmus* ‖ **6** animus *Ge.*] animum | abd.] abscondito ηEλ ‖ **8** habeat] *sc. terra.* habeatur EST -e(a)ntur B habeat habet A ‖ **9** et] *del. Madvig* ‖ **11** quod Z *Muret.*] quo $\delta\Phi$ | superiora] *sc. loca terrae* ‖ **12** et] etiam Φ erant ST ‖ **13** quid] quis δL0ϱ | illic δEZ] illuc ‖ **14** et o. aer] *om.* δ ‖ **18** prosp.] conspectu δ ‖ **19** reliquit *add. Ge.* | longe] *om.* δ ‖ **20** resurgere *Haase*] retegere $\delta\Phi$, *num* relegere? ‖ **22** an] ut δ ‖ **24** prorepunt] prorumpunt ϱ proreptum λ ‖ **26** tigrin P] tigrim Φ tygrem δ tygrim E tigrum 0 | dampnis *codd. plerique*

minui primum, deinde consumi, quo illum putas abire
nisi in obscura terrarum, utique cum videas emergere
iterum non minorem eo, qui prior fluxerat? quid,
cum vides Alpheon, celebratum poetis, in Achaia mergi
et in Sicilia rursus traiecto mari effundere amoenissi-
mum fontem Arethusam? nescis autem inter opiniones, 3
quibus enarratur Nili aestiva inundatio, et hanc esse,
a terra illum erumpere et augeri non supernis aquis
sed ex intimo redditis? ego quidem centuriones duos,
quos Nero Caesar, ut aliarum virtutum ita veritatis in
primis amantissimus, ad investigandum caput Nili mi-
serat, audivi narrantes longum illos iter peregisse, cum
a rege Aethiopiae instructi auxilio commendatique
proximis regibus penetrassent ad ulteriora: 'quidem†', 4
aiebant, 'pervenimus ad immensas paludes, quarum exi-
tum nec incolae noverant nec sperare quisquam potest:
ita implicatae aquis herbae sunt et aquae nec pediti
eluctabiles nec navigio, quod nisi parvum et unius
capax limosa et obsita palus non fert. ibi', inquit,
'vidimus duas petras, ex quibus ingens vis fluminis ex-
cidebat.' sed sive caput illa sive accessio est Nili, 5
sive tunc nascitur sive in terras ex priore recepta
cursu redit: nonne tu credis illam, quicquid est, ex
magno terrarum lacu ascendere? habeant enim oportet

2. 5 *cf. Aetnae v. 118 sq. tantos emergere fontes*
cum videt ac totiens uno se mergere hiatu.
21—23 *cf. Aetnae v. 133 (flumina) condita si redeunt, si qua*
etiam incondita surgunt . . .

3 prior η**E**] prius | fluxerat] fuerat δ ‖ **4** alpheum δ ‖ **6** areth. *vel* aretusam *trad.* ‖ **7** aestiua] inestimata δ ‖ **8** a] e *Madvig* ‖ **14** pen. ad ult.] *fort.* ad ult. penetrassent *Ge.* quam ceteri *add. Skutsch* | quidem] qui δ, qui dein *Gronov.*, equidem *Ruhkopf*, et quidem *Haase*, tandem *vel* vicesimo die *Madvig*, qui tandem *Schultess*, denique *Ge.* ‖ **17** aquis — aquae] herbis aquae sunt **ST** *ut Skutsch* | aquae] aqua δ, aquae herbis *Gron. bene* ‖ **18** eluctabiles] -lis δ | quod] non *add.* δ ‖ **19** obsita] opp(osit)a **A** oppaca $\mathbf{B}^2$ | fert δ] fecit Φ ferat η**EST** | inquit] *cf. 7, 1* ‖ **22** siue in] in δ**P**

pluribus locis sparsum umorem et in *imo* coactum, ut eructare tanto impetu possint.

1 9. Ignem causam motus quidam [et quidam non] iudicant, imprimis Anaxagoras, qui existimat simili paene ex causa et aëra concuti et terram: cum ⟨in⟩ inferiore parte spiritus crassum aëra et in nubes coactum eadem vi, qua apud nos quoque nubila frangi solent, rupit et ignis ex hoc collisu nubium cursuque elisi aëris emicuit, hic ipse in obvia incurrit exitum quaerens ac divellit repugnantia, donec per angustum aut nactus est viam exeundi ad caelum aut vi
2 et iniuria fecit. alii in igne causam quidem esse, sed non ob hoc iudicant, sed quia pluribus obrutus locis ardeat et proxima quaeque consumat: quae si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium, quae subiectis adminiculis destitutae labant, donec corruerunt nullo occurrente, quod onus exciperet; tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur, aut, cum diu dubitaverunt, super ea se, quae supersunt stantque,
3 componunt. hoc apud nos quoque videmus accidere, quotiens incendio laborat pars civitatis: cum exustae trabes sunt aut corrupta quae superioribus firmamentum dabant, tunc diu agitata fastigia concidunt et tam diu deferuntur atque incerta sunt, donec in solido resederunt.

4 *Anaxagoras frg. 89 Diels p. 322, cf. Amm. Marc. XVII 7, 11*

1 imo *Aldus*] uno ‖ **2** eructare **δϑZ**] eructuare **λϱ** ‖ **3** motus] terrarum *add.* **δ** | et quidam non **Φ**] *om.* **δ** et (sed **η**) quidam (sed *add.* **EST**) non ob eandem causam **ηEST** *(cf. l. 12 sq.)*, et quidem non ob e. c. *vulgo; nisi del.*, et quidem nouissimam (*vel* non primariam) *Ge.* et quidam non unicam causam *Diels* ‖ **4** exist.] estimat **Bλ** ‖ **5** cum in **ST**] cum **δΦ** in **E** ‖ **6** inferiore] inferiori **Z** **7** eadem vi qua *Fortun.*] (ex *add.* **ηELOST**) e. uia qua (que **λ** quam **P**) **Φ** cadere in aqua **δ** ‖ **8** rupit *Gertz*] rumpit ‖ **10** angustum **T**] angustam **AΦ** angusta **BE** angustiam **Z** ‖ **11** aut *prius* | *om.* **δ** ‖ **12** et (aut **EOT**) iniuria | iniuriam **δ** | quidem causam *coll.* **δL** ‖ **13** locis obrutus *coll.* **δλ** ‖ **14** proxima] -mam **λ** ‖ **15** ceciderint **BEFλ**] -derunt **AHϱZ** ‖ **17** onus] honus (**λ**) bonus **BO** ‖ **18** chasm.] casmata **ϑλ** | aut] ac **λ** ‖ **19** ea — que] quae consistant se **δ** ‖ **22** firm.] fundamentum **ϱ**

10. Anaximenes ait terram ipsam sibi causam 1
esse motus, nec extrinsecus incurrere quod illam impellat, sed intra ipsam et ex ipsa: quasdam enim partes eius decidere, quas aut umor resolverit aut ignis exederit aut spiritus violentia excusserit. sed his quoque cessantibus non deesse, propter quod aliquid abscedat aut revellatur; nam † primum omnia vetustate labuntur nec quicquam tutum a senectute est, haec solida quoque et magni roboris carpit: itaque quemadmodum in 2
aedificiis veteribus quaedam non percussa tamen decidunt, cum plus ponderis habuere quam virium, ita in hoc universo terrae corpore evenit, ut partes eius vetustate solvantur, solutae cadant et tremorem superioribus afferant, primum, dum abscedunt (nihil enim utique magnum sine motu eius, cui haesit, absciditur); deinde, cum deciderunt, solido exceptae resiliunt pilae more (quae cum cecidit, exultat ac saepius pellitur, totiens a solo in novum impetum missa); si vero in stagna†ntibus aquis delat*ae* sunt, hic ipse casus vicina concutit fluctu, quem subitum vastumque illisum ex alto pondus eiecit.

11. Quidam ignibus quidem assignant hunc tre- 1
morem, sed aliter. nam cum pluribus locis ferveant, necesse est ingentem vaporem sine exitu volvant, qui vi sua spiritum intendit et, si acrius institit, opposita diff*i*ndit, si vero remissior fuit, nihil amplius quam

1 *Anaximenes A 21 Diels p. 24*

1 *cap. 11 ante 10 coll. Gertz* | sibi — 3 ipsam] *om.* δ ‖ 3 enim] *om.* δ ‖ 6 absc.] accedat δ ‖ 7 aut] ac ϱ Z ‖ reu.] relevetur δ | primum] *fort.* ad postremum *vel* ad imum *Ge.* ‖ 9 rob.] corporis δ ‖ 11 hab. ponderis *coll.* λ ‖ 15 haes.] adhesit δ | absciditur] abscinditur BT abscond. O absorb. P ‖ 16 deciderunt] decidunt $\delta\varrho$Z ceciderunt ηEO ‖ 17 more pile *coll.* BEλ | c. cec. ex.] c. concidit resultat δ ‖ 19 stagnantibus] *fort.* stagna abundantibus *Ge.* | aquis] *ante* stagn. δ | delatae *Gertz*] delata AΦ demissa $g^2\varrho$ delapsa B ‖ 20 ill.] elisum λ ‖ 23 ferueant] fuerant λ ‖ 25 ui sua] in suum δ | acrius] aruis δ ‖ 26 diffindit E *Pincianus*] diffundit | fuit] fuerit J *Skutsch*

movet. uidemus aquam spumare igne subiecto: quod in hac aqua facit inclusa et angusta, multo magis illum facere credamus, cum violentus ac vastus ingentes aquas excitat: tunc ille vaporatione fluctuantium undarum quicquid pulsaverit, agitatur.

1 12. Spiritum esse, qui moveat, et plurimis et maximis auctoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens ait ita: 'venti in concava terrarum deferuntur; deinde, ubi iam omnia spatia plena sunt et in quantum aër potuit densatus est, is qui supervenit spiritus priorem premit et elidit ac frequentibus plagis primo
2 cogit, deinde proturbat; tunc ille quaerens locum omnes angustias dimovet et claustra sua conatur effringere: sic evenit, ut terrae spiritu luctante et fugam quaerente moveantur. itaque cum terrae motus futurus est, praecedit aëris tranquillitas et quies, videlicet quia vis spiritus, quae concitare ventos solet, in inferna sede retinetur.' nunc quoque cum hic motus in Campania fuit, quamvis hiberno tempore et inquieto, per supe-
3 riores dies caelo aër stetit. — quid ergo? numquam flante vento terra concussa est? 'admodum raro, ⟨cum⟩ duo simul flavere venti: fieri tamen et potest et solet.'

7 Archelaus: cf. p. 335 sqq. Diels ‖ *8 sqq. cf. Aetnae v. 304 et cum densa premant inter se corpora, turba elisa in vacuum fugiunt. adde vv. 319 sqq. 323. 153 sq.* ‖ *10—14 cf. Aetnae v. 112 sq. liber spiritus intrat et fugiens molitur iter. 115 atque igni quaesita via est. 149 vincla magis solvant, magis hoc (l. huic) obstantia pellant. 327 et quacumque iter est, properat frangitque morantem.*

2 incl. facit *coll.* **δ** ‖ **4** ille vap.] illa evaporatione *Gertz* ‖ **5** quicquid] *ante* ille **δ** | pulsaverit] pulsavit *Gertz obloquente Joh. Müllero,* pulsarit *Skutsch* ‖ **7** auct.] actoribus **LQ** | antiquitatis] *i. e. doctrinae Ionum;* inter antiquos satis *Gertz,* auctor veritatis *Schultess* ‖ **9** iam ubi *coll.* **λ** ‖ **10** potuit aer *coll.* **δ** ‖ **12** tunc] tum **HP** tun **JK** | omnes angustias] omnia obstacula **δ** ‖ **17** in inferna *Fortun.*] in (in *om.* **λ**) inferni ‖ **20** caelo] *s. l.* **δT** ‖ **21** cum *add. Ge.* ‖ **22** simul duo *coll.* **δL** | tamen et] tamen **JKQ**

quod si recipimus et constat duos ventos rem simul gerere, quid*ni* accidere possit, ut alter superiorem aëra agitet, alter inferum?

13. In hac sententia licet ponas Aristotelem et 1
discipulum eius Theophrastum (non, ut Graecis visum est, divini, tamen et dulcis eloquii virum et nitidi sine labore). quid utrique placeat exponam: 'semper aliqua evaporatio est e terra, quae modo arida est, modo umido mixta; haec ab infimo edita et in quantum potuit elata, cum ulteriorem locum, in quem exeat, non habet, retro fertur atque in se revolvitur; deinde rixa spiritus reciprocantis iactat obstantia et, sive interclusus sive per angusta enisus est, motum ac tumultum ciet.' Straton ex eadem schola est, qui hanc par- 2
tem philosophiae maxime coluit et rerum naturae inquisitor fuit; huius tale decretum est: 'frigidum et calidum semper in contraria abeunt, una esse non possunt: eo frigidum confluit, unde vis calid*i* discessit, et invicem ibi calidum est, unde frigus expulsum est. hoc, quod dico, verum e*sse et* utrumque in contrarium agi ex hoc tibi appareat: hiberno tempore, cum 3
supra terram frigus est, calent putei nec minus specus atque omnes sub terra recessus, quia illo se calor contulit superiora possidenti frigori cedens; qui, cum in inferiora pervenit et eo se quantum poterat ingessit,

4 *sq. Arist. cf. Meteor. II 7 p. 365 a 14 sqq. Theophr. cf. de ventis 22—24* ‖ 14 *Strato: cf. Zeller II 2, 907.*

1 et] *om.* δ ‖ 2 quidni *Fortun.*] quid nam Φ quid inde δ ‖ 3 inferum] infernum (A^1?) **B** ‖ 4 aristotelem δ**Z**] -tilem Φ *semper* ‖ 5 theofrastum λ ‖ 8 est arida *coll.* δ ‖ 9 in] *om.* λ | quant. — 10 ulter.] tant. elata ut ult. δ ‖ 11 habet] habeat δ | atque] ac δ et **H** ‖ 12 interclusus] est *add.* δ ‖ 14 ciet] sciet δ**JKZ**^{2} ‖ 15 max.] magne δ ‖ 16 fuit inq. *coll.* δ ‖ 17 contraria abeunt] contrarium ab. et δ ‖ 18 calidi *Ge.*] calida | discessit] discedit δ ‖ 19 ibi] sibi (?) λ ‖ 20 esse et *Haase*] est sed (set **AJKO** si **P**), *cf. p. 215, 9,* est, scilicet *Koeler* | utrumque] utraque Φ ‖ 23 omnes *praetuli*] oms *trad.* omnis **ET** *vulgo* ‖ 25 quantum] quo δ

quo densior, hoc validior est. ⟨ubi⟩ huic *frig*us supervenit, cui necessario congregatus ille iam et in angus*t*um
4 pressus loco cedit, idem ⟨e⟩ contrario evenit: cum vis maior frigidi illata in cavernis est, quicquid illic calidi latet, frigori cedens abit in angustum et magno impetu
agitur, quia non patitur utriusque natura concordiam nec in uno moram. fugiens ergo et omni modo cupiens excedere proxima quaeque remolitur ac iactat.'
5 ideoque antequam terra moveatur, solet mugitus audiri ventis in abdito tumultuantibus. nec enim aliter posset, ut ait noster Vergilius,

sub pedibus mugire solum et iuga celsa moveri,

6 nisi hoc esset ventorum opus. 'uices deinde huius pugnae sunt *eae*dem: fit calidi congregatio ac rursus eruptio, tunc frigida compescuntur et succedunt mox futura potentiora.' dum ergo alterna vis cursat et ultro citroque spiritus commeat, terra concutitur.

1 14. Sunt qui existiment spiritu quidem et nulla alia ratione tremere terram, sed ex alia causa, quam Aristoteli placuit. quid sit, quod ab his dicatur, audi: corpus nostrum et sanguine irrigatur et spiritu,

5—10 *cf. Aetnae v. 301 aura pugnat in angusto, et magnum commurmurat Aetna* ‖ **7. 8** *cf. Aetnae v. 112 et fugiens molitur iter. 151 ruit qua proxima cedunt. 305 et proxima secum . . trahunt.* ‖ **12** *Verg. Aen. VI 256* ‖ **13** *cf. Aetnae v. 159 concrescere causis (tempt. venti) tantum opus* ‖ **21** *— p. 211, 7 cf. Aetnae vv. 98—101.*

1 ubi *add. Ge.* | frigus *Ge.*] alius ‖ **2** angustum η] angulum ‖ **3** e *add. Ald., sed cf. ep. 94, 2 (G. Müller)* ‖ **4** in cau. *ante* illata δ, in *om. Madvig* ‖ **6** agitur] *i. e. agitatur* | conc. natura *coll.* δ ‖ **7** uno] unam **B** unum **A** ‖ **8** et] *om.* δ**T** | remolitur $\vartheta\lambda$**PZ**] demolitur **ELT** molitur δ ‖ **9** aud. mug. *coll.* δ ‖ **11** Verg.] uirgilius *trad. ut semper fere* ‖ **12** celsa] coepta *Verg. codd.* ‖ **13** deinde] *fort.* deinceps *Ge.* ‖ **14** eaedem: fit *Ge.*] defit δ**LZ**^{2} desit Φ deficit **H**, hae: fit *Madvig,* denuo fit *Skutsch* | calidi] calori **EL** ‖ **15** frigida] frigora **AE** | succedunt] succidunt *Madvig* ‖ **16** ergo] *om.* Φ ‖ **18** existiment] existimant ϱ estiment δ ‖ **20** placuit] placet δ ‖ **21** audi:] Aer *add.* δ | sanguine irr. et] sanguinem irrigat δ

qui per sua itinera decurrit. habemus autem quaedam angustiora receptacula animae, per quae nihil amplius quam meat, quaedam patentiora, in quibus colligitur et unde dividitur in partes. sic hoc totum terrarum omnium corpus et aquis, quae vicem sanguinis tenent, et ventis, quos nihil aliud quis quam animam vocaverit, pervium est. haec duo aliubi currunt, aliubi consistunt. sed quemadmodum in corpore nostro dum 2 bona valetudo est, venarum quoque imperturbata mobilitas modum servat; ubi aliquid adversi est, micat crebrius et suspiria atque anhelitus laborantis ac fessi signa sunt: ita terrae quoque, dum illis positio naturalis est, inconcussae manent; cum aliquid peccatur, tunc velut aegri corporis motus est spiritu illo, qui modestius perfluebat, icto vehementius et quassante venas suas, nec (ut illi paulo ante dicebant, quibus animal placet esse terram) ⟨emisso⟩. nisi hoc est, quemadmodum animal totum vexationem sentiet; neque enim in nobis febris alias partes moderatius impellit sed per omnes pari aequalitate discurrit. vide ergo, ne quid 3 intret in illam spiritus ex circumfuso aëre, qui quamdiu

14—16 *cf. Aetnae v. 143 ubi densus hiantes spiritus exagitat venas. v. 171 quassat* ‖ **21** *cf. Aetnae v. 111 sed liber spiritus intrat*

2 recept. ang. *coll.* **Bλ** ‖ **3** quam meat] commeat **δ** ‖ **4** totum] *om.* **δ** ‖ **6** quis — vocauerit] quam spiritum quisquam uocauit **δ** ‖ **7** aliubi *prius* **HTZ**] alicubi **EλP** alibi **δ** | aliubi **TZ**] alicubi **Φ** alibi **δH** ‖ **9** ualet. **Z**] ualit. | i(m)pert.] inturbata **Fλ** ‖ **10** ubi] ut **λ** | aliq.] aliquod **HP**^{1} | micat] micant *Kroll* ‖ **15** modestius] molestius **P** molestus **δ**, modestus *Madvig* | icto] ictu **BQ** ‖ **16** nec] nec haec *(sc. dico) Joh. Müller* | paulo ante] *V 4, 2 (Joh. Müller)* ‖ **17** emisso *add. Ge.* | nisi] nam si *Erasmus*, si *Madvig, del. Rossb.* ‖ **18** totum **δHQZ**] totam **EFλ** tota **η** *Fortun. bene, sed cf.* ‘*illud*’ *p 201, 19* | sent.] parem *add.* **δ** | enim] *om.* **ϑ** ‖ **19** alias] aliquas *Larisch* | moderatius *Muret.*] moratius **δΦ** mordacius *Haase*, alias citius *add.* **δ**, aliis *add. Madvig* ‖ **20** uide] uides **δ** | ne *Ge. Kroll*] nunc **δΦ** num **J**^{2} *Pincianus*

habet exitum, sine iniuria labitur; si offendit aliquid et incidit, quod viam clauderet, tunc oneratur primo infundente se a tergo aëre, deinde per aliquam rimam maligne fugit et hoc acrius fertur, quo angustius. id
4 sine pugna non potest fieri, nec pugna sine motu. at 5
si ne rimam quidem, per quam effluēret, invenit, conglobatus illic furit et hoc atque illo circumagitur aliaque deicit alia intercidit, cum tenuissimus idemque fortissimus et irrepat quamvis in obstructa et quicquid intravit vi sua diducat ac dissipet. tunc terra iactatur: 10
aut enim datura vento locum discedit, aut cum dedit, in ipsam, qua illum emisit, cavernam fundamento spoliata considit.

1 15. Quidam ita existimant: terra multis locis perforata est nec tantum primos illos aditus habet, quos 15
velut spiramenta ab initio sui recepit, sed multos illi casus imposuit: aliubi deduxit quicquid superne terreni erat aqua, alia torrentes cecidere, alia aestibus magnis disrupta patuerunt. per haec intervalla intrat

1 *cf. Aetnae v. 374 causa latet, quae rumpat iter cogatque morari.* ‖ **1. 2** *cf. Aetnae vv. 290—293.* ‖ **4** *cf. Aetnae v. 146 quoque est animosior ignis. 142 aër tantum effugit ultra. v. 286 plenius hoc etiam (concrescunt animae) . .* ‖ **5** *cf. Aetnae v. 168 angustis opus est turbanti faucibus eqs.*
ibid. 301 (aura) pugnat in angusto. 115 sq. ‖ **14—19** *cf. Aetnae vv. 330—332.* ‖ **15** *cf. Aetnae v. 181 vasti . . aditus.* ‖ **16** *cf. Aetnae v. 135 . . libera ventis spiramenta latent.* ‖ **19** *— p. 213,* **5** *cf. Aetnae v. 150 sqq. nec tamen (l. tantum) in rigidos exit contenta canales vis animae flammaeve: ruit, qua proxima cedunt, oblicumque secat, qua visa tenerrima crusta est.*

1 lab.] elabitur δ ‖ **2** quod] quam λ | clauderet] -dent **O** -dat δ**E** | on.] honeratur **AEJKOP** ‖ **3** rimam] ruinam **EFO** uiam *v. l.* δ ‖ **6** ne] nec δP^2 | effluēret] effluat **BE** efflauerat **A** ‖ **7** hoc] huc *vulgo* | illo] illoc **A** illuc **B** ‖ **8** deicit] deiecit Θ ‖ **10** intrauit] intrauerit **A**λ ‖ **11** uento] uentis δ | dedit] ille redit δ ‖ **12** qua] quae **AO**Q ‖ **15** tantum] tamen δ**H** ‖ **16** recepit] recipit δ ‖ **17** imp.] natura *add.* δ | aliubi **HTZ**^{1}] alicubi | quicq. ded. *coll.* **A**Q ‖ **19** disr.] dirupta δ**E**

spiritus: quem si inclusit mare et altius adegit nec fluctus retro abire permisit, tunc ille exitu simul redituque praecluso volutatur et, quia in *incer*tum non potest tendere, quod illi naturale est, in sublime se intendit et terram prementem diverberat.

16. Etiamnunc dicendum est, quod plerisque auctoribus placet et in quod fortasse fiet discessio. non esse terram sine spiritu palam est: non tantum illo dico, quo se tenet ac partes sui iungit, qui inest etiam saxis mortuisque corporibus, sed illo dico vitali et vegeto et alente omnia. hunc nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet non aliunde viventibus et tot satis? quemadmodum tam diversas radices aliter atque aliter in se mersas foveret, quasdam summa ceptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet animae tam multa tam varia generantis et haustu atque alimento sui educantis? levibus adhuc argumentis ago: totum hoc caelum, quod igneus aether, mundi summa pars, claudit, omnes hae stellae, quarum iniri non potest numerus, omnis hic caelestium coetus et, ut alia praeteream, hic tam pro*cul* a nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt et inter se partiuntur nec ullo alio scilicet quam halitu terrarum sustinentur: hoc illis ali-

11—17 *cf. Aetnae v. 155—157* ‖ 11. 17. 22. *p. 214,* 1 *cf. Aetnae v. 159 (concrescere) subitis alimentum viribus*

1 spir. intrat *coll.* **δ** ‖ 3 in incertum *Ge. conl. c. 18, 2 et II 58, 2*] in rectum ‖ 5 diu.] deuerb. **Lϱ** ‖ 6 etiamn.] et nunc **λ** | plerisq.] plurisque **JK** pluribus **δ** ‖ 7 quod **ϑϱZ**] quo **δλ** | fiet] finiet **δ** | discessio **Z** *Opsopoeus*] dissensio ‖ 9 etiam] et **ϱ** *om.* **δ** ‖ 10 corporibusque mortuis *coll.* **λ** ‖ 11 hunc **δE**] hoc **λϱ** haec **HZ** ‖ 14 al. atque al.] aleret (al. et **B**) **δ** ‖ 20 iniri] inueniri **λ** diffiniri **ET** definiri *vulgo* | hic *om.* **δ** | et] *om.* **Φ**, *fort. coetus,* totus *(ut a pr.) hic Ge.* ‖ 21 procul *Jonas*] prope | ag. a nobis *coll.* **δ** ‖ 22 alimentum] -ta **ϱ** -to $\mathbf{P}^1$ ‖ 23 ex terreno] externo **0** $\mathbf{P}^1$ externa **ϱ** ‖ 24 halitu **EL**] alitu **Φ** habitu **δ** | sust. terrarum *coll.* **δ**

3 mentum, hic pastus est. non posset autem tam multa tantoque se ipsa maiora nutrire, nisi plena esset animae, quam per diem ac noctem ab omnibus partibus sui fundit; fieri enim non potest, ut non multum illi supersit, ex qua tantum petitur ac sumitur. et ad tempus quidem, quod exeat, nascitur (nec enim esset perennis illi copia suffecturi in tot caelestia spiritus, nisi invicem ista excurrerent et in aliud alia solverentur), sed tamen necesse est abundet ac plena sit et ex
4 condito proferat: non est ergo dubium, quin multum spiritus intus lateat et caeca sub terra spatia aër latus obtineat. quod si verum est, necesse est id saepe moveatur, quod re mobilissima plenum est: numquid enim dubium esse cuiquam potest, quin nihil sit tam inquietum quam aër, tam versabile et agitatione gaudens?

1 17. Sequitur ergo, ut naturam suam exerceat et quod semper moveri vult, aliquando et alia moveat. id quando fit? quando illi cursus interdictus est. nam quamdiu non impeditur, it placide; cum offenditur et retinetur, insanit et moras suas abripit, non aliter
2 quam ille 'pontem indignatus Araxes': quamdiu illi facilis et liber est alveus, primas quasque aquas explicat; ubi saxa manu vel casu illata repressere ve-

7 *cf. Aetnae v. 112 nympha perennis. v. 214 motusque perennis* ‖ **21** *cf. Aetnae v. 171 hinc venti rabies, hinc saevo quassat hiatu. 327 frangitque morantem.* ‖ **22** *Verg. Aen. VIII 728* ‖ **24** *cf. Aetnae v. 167 explicat errantis v. 375 sq.*

1 autem] *om.* δ ‖ **2** tantoque] tantaque et δ | nutrire] terra *add.* δ ‖ **3** part. sui] suis part. δ ‖ **5** pet.] patitur δ ‖ **6** quidem] *om.* δ ‖ **7** perennis **B**] perhennis **AEHJKOPT** ‖ **9** ab. **BZ**] habundet **AHJKOPT** ‖ **11** intus] inter ϱ**Z** ‖ **12** id s. mou.] ergo id moueatur id ipsum δ ‖ **14** cuiquam esse *coll.* **F**λ ‖ **19** quando f. quando] tanto f. quanto *v. l.* δ | illi] *om.* δ | est] *om.* λ ‖ **20** imped.] impenditur **B**(J^1)**KO** | it pl.] id pl. J^2**Z** iam pl. **LOP** pl. fluit δ ‖ **21** abripit] abrumpit δ ‖ **23** quasque] quas ϱ quisquam δ | expl. aquas *coll.* δ ‖ **24** inlata repr. **ET**] in latere pr.

nientem, tunc impetum mora quaerit et, quo plura opposita sunt, plus invenit virium: omnis enim illa unda, quae a tergo supervenit et in se crescit, cum onus suum sustinere non potuit, vim ruina parat et prona cum ipsis, quae obiacebant, fugit. idem spiritu fit, qui quo valentior agiliorque est, citius eripitur et vehementius saeptum omne disturbat: ex quo motus fit, scilicet eius partis, sub qua pugnatum est. quod dici- 3
tur verum esse et illo probatur: saepe cum terrae motus fuit, si modo pars eius aliqua disrupta est, inde ventus per multos dies fluxit, ut traditur factum eo motu, quo Chalcis laboravit: *id* apud Asclepiodotum invenies, auditorem Posidonii, in his ipsis Quaestionum Naturalium Causis. invenies et apud alios auctores hiasse uno loco terram et inde non exiguo tempore spirasse ventum, qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat, per quod ferebatur.

18. Maxima ergo causa est, propter quam terra 1
moveatur, spiritus natura citus et locum e loco mutans

1. 2 *cf. Aetnae v. 380 sqq.* *mora velocius urgent,*
pellunt oppositas moles ac vincula rumpunt
. . . acrior ictu impetus exoritur.
3—7 *cf. Aetnae v. 320 sqq.*
velut unda profundo terque quaterque exhausta . .
ingeminant fluctus et primos ultimus urget:
haud secus . . spiritus . . .
et quacumque iter est, properat frangitque morantem.
4. 5 *cf. Aetnae v. 305 sq. et proxima secum momina tota trahunt.* ‖ **8** *cf. Aetnae v. 320 pugnant in faucibus (venti).* ‖ **12** *Asclepiod. Zeller III 1, 585.* ‖ **18**—*p. 216,* **3** *cf. Aetnae v. 359 sq. sive peregrinis igitur propriisve potentis | coniurant animae causis.*

1 quaerit] premit δ ‖ **2** invenit] accipit δ | illa] *om.* δ ‖ **4** ruina] sua *add.* δ ‖ **6** fit spiritu *coll.* δ | est] *om.* λ | eripitur] erupit *Rossb., immo* erumpit ‖ **7** septum o.] ineptum o. λ omnes sept. δ ‖ **8** scilicet] solius δ ‖ **9** et] et ex η**E** *om.* **JK** ‖ **10** fuit] fuerit δ | aliqua] *om.* δ | disrupta $\lambda\varrho$] dirupta $\delta\vartheta$**P**^{1} ‖ **12** motu] terrae motu δ | chalcis **P**] calchis $\vartheta\lambda$ chalchis **O** calcis **T** calceis δ | id *Ge.*] quod δ *om.* Φ | Ascl.] esclep. λ ‖ **13** possidonii *trad. ut semper* ‖ **16** ipse sibi] sibi ipse **JKT** ipse **L** sibi δ

hic quamdiu non impellitur et in vacanti spatio latet,
2 iacet innoxius nec circumiectis molestus est; ubi illum
extrinsecus superveniens causa sollicitat compellitque
et in artum agit, si licet adhuc, cedit tantum et va-
gatur: ubi erepta discedendi facultas est et undique
obsistitur, tunc 'magno cum murmure montis circum
claustra fremit', quae diu pulsata convellit ac iactat,
3 eo acrior, quo cum mora valentiore luctatus est. deinde
cum circa perlustravit omne, quo tenebatur, nec potuit
evadere, inde, quo maxime impactus est, resilit et aut
per occulta dividitur ipso terrae motu raritate facta,
aut per novum vulnus emicuit: ita eius non potest
vis tanta cohiberi nec ventum tenet ulla compages.
solvit enim quodcumque vinculum et onus omne fert
secum infususque per minima laxamentum *sibi parat* et
indomita naturae potentia liberat *se*, utique cum con-
4 citatus sibi ius suum vindicat. spiritus vero invicta
res est: nihil erit quod

> luctantes ventos tempestatesque sonoras
> imperio premat ac vinclis et carcere frenet.

5 sine dubio poetae hunc voluerunt videri carcerem, in
quo sub terra clausi laterent, sed hoc non intel-
lexerunt, nec id, quod clausum est, esse adhuc ventum

6 *Verg. Aen. I 55 sq. cf. Aetnae v. 301 et magnum com-murmurat Aetna* ‖ **8/9** *cf. Aetnae v. 380 sqq.* ‖ **9. 13** *cf. Aetnae v. 165 quod teneat ventos* ‖ **14—16** *cf. Aetnae v. 148 sq. necesse est vincla magis solvant, magis hoc (l. huic) obstantia pellant. v. 381 pellunt oppositas moles ac vincula rumpunt.* ‖ **17. 20** *cf. Aetnae v. 217 spiritus imperat* ‖ **19** *Verg. Aen. I 53 sq.* ‖ **22** *cf. Aetnae v. 318 infra clusique.*

3 superu. extr. *coll.* δ ‖ **4** arcum λ | agit] ducit δ | si licet ϑ] uel s. l. J^2 scilicet $\delta\lambda\varrho$ | tantum cedit *coll.* δ(**L**) ‖ **7** fremit] fremunt **E** *Verg.* ‖ **8** cum] est δ | est] *om.* δ ‖ **11** per occ.] pocula (*superscr.* pondera credo) A^1 *om.* **BC** ‖ **13** tanta uis *coll.* δ ‖ **14** quodcumque] omne δ ‖ **15** sibi parat *Pincianus*] superat ‖ **16** se *Haase*] est ‖ **17** uind.] uendicat **ACEJ**$^2\varrho$ | uero] *om.* δ, uere *Schultess* ‖ **20** uincl.] uinculis **H**λ**P** ‖ **22** non] *om.* **ET** ‖ **23** *et 217,1* adhuc *et* iam] *om.* δ

nec id, quod ventus est, posse iam claudi. nam quod in clauso est, quiescit et aëris statio est: omnis in fuga ventus est. etiamnunc et illud accedit his argumentis, 6 per quod appareat motum effici *spiritu*, quod corpora quoque nostra non aliter tremunt, quam si spiritum aliqua causa perturbat, cum timore contractus est, cum senectute languescit et venis torpentibus marcet, cum frigore inhibetur aut sub accessionem cursu suo deicitur. nam quamdiu sine iniuria perfluit 7 et ex more procedit, nullus est tremor corpori: cum aliquid occurrit, quod inhibeat eius officium, tunc parum potens in perferendis his, quae suo vigore tendebat, deficiens concutit quicquid integer tulerat.

19. Metrodorum Chium, quia necesse est, audia- 1 mus, quod vult sententiae loco dicentem. non enim permitto mihi ne eas quidem opiniones praeterire, quas improbo, cum satius sit omnium copiam fieri et quae improbamus damnare potius quam praeterire. quid ergo dicit? 'quomodo, cum in dolio cantantis vox *ululat*, 2 per totum cum quadam discussione percurrit ac re-

1—4 *cf. Aetnae v. 213 spiritus inflatis nomen, languentibus aër* ‖ 2 *cf. Aetnae v. 147 sq. semper in incluso* | *cf. Aetnae v. 142 aër tantum effugit ultra.* ‖ 14 *Metr. fr. A 21 Diels p. 474*

3 nunc] eicit **Q** | et illud] et aliud **δ** | accedit **BEJ**^{2}] accidit (his acc. **λ**) **AΦ** accedet **T** ‖ 4 appareat] -ent **A**(**δ**?) -et **E** | motum] quod motum **ηET** | effici spiritu *Muret.*] efficit spiritus | quod] quo **δ** ‖ 6 perturbat] -bet **δET** | contractus] con(?)ceptus **δ** ‖ 8 accessionem] -ne **λ** -ne febris a **δ** ‖ 9 quamdiu] quanta ui **λ** ‖ 11 eius] *sc. spiritus* ‖ 12 potens in perferendis] potest in profer. **δ** | suo] *om.* **δ** | tendebat] -ant **Q** tenebat **C** *vulgo* et *add.* **δ** | suo u. tend. *et* 13 int. tulerat *commutat Schultess* ‖ 14 Metrodorum] autem *add.* **δ** | quia] *om. vulgo, sed cf. 5, 2 et p. 179, 18* ‖ 17 satius] satis **Θ** satus **O** ‖ 18 da(m)pnare **AHJKOPT** ‖ 19 in] etiam **Q** | cantantis] cantatur. *Salmasius,* cantas, *Haupt,* cantat quis, *Madvig,* cantant, *Diels* | ululat, *Ge.*] illa **δΦ**, illabitur *Haase,* tua *Haupt,* illisa *(sc. [in] dolio) G. Müller,* illata *Schultess,* tinnit, *Leo*

sonat et tam leviter mota tamen circumit non sine tactu eius tumultuque, quo inclusa est: sic speluncarum sub terra pendentium vastitas habet aëra suum, quem, simul alius superne incidens percussit, agitat' — non aliter quam illa, de quibus paulo ante rettuli, inania indito clamore sonuerunt.

1 20. Veniamus nunc ad eos, qui omnia ista, quae rettuli, in causa esse dixerunt aut ex his plura. Democritus plura putat. ait enim motum aliquando spiritu fieri aliquando aqua aliquando utroque, et id hoc modo prosequitur: 'aliqua pars terrae concava est, in hanc aquae magna vis confluit. ex hac est aliquid tenue et ceteris liquidius. hoc, cum superveniente gravitate reiectum est, illiditur terris et illas movet, nec enim fluctuari potest sine motu eius, in quod im-
2 pingitur.' etiamnunc quomodo de spiritu dicebamus, de aqua quoque dicendum est: 'ubi in unum locum congesta est et capere se desiit, aliquo incumbit et primo viam pondere aperit, deinde impetu; nec enim exire nisi per devexum potest diu inclusa nec in di-
rectum cadere moderate aut sine concussione eorum,
3 per quae vel in quae cadit. si vero, cum iam rapi coepit, aliquo loco substitit et illa vis fluminis in se revoluta est, in continentem terram repellitur et illam, qua parte maxime pendet, exagitat. praeterea aliquando madefacta tellus liquore penitus accepto altius sedit et

7 cf. Aetnae v. 115 sive omnia certis pugnavere locis ‖ **9** *Democritus: fragm. A 98 Diels p. 385* ‖ **26** *cf. Aetnae v. 105 deseditque infima tellus*

1 mota tamen] morata δ | circumit **H**λ] circuit $\delta\eta$**E**ϱ ‖ **5** p. ante] *II 29* | retuli *semper fere trad.* ‖ **8** aut ex] de δ ‖ **9** pl. p. ait] ait dicit δ ait *ante* dem. **JK** ‖ **10** fieri aliq. sp. al. *coll.* δ ‖ **11** pros.] perseq. δ | aliqua] alia λ ‖ **13** hoc δ**ET**] huc ‖ **14** reiectum $\vartheta\varrho$] rectum δ eiectum λ ‖ **15** fluctuari] -are δ**L** | in] *om.* δ ‖ **19** primo] illam *add.* δ ‖ **22** uel] et δ ‖ **23** substitit] subsistit δ**E**(J^2L^2?)**T** ‖ **24** contin.] concurrentem δ**P** | illam] illa λ ‖ **25** qua] que δ *et* (*om.* parte) **JK** | maxime] -ma δ ‖ **26** tellus mad. *coll.* δ | sedit] sedet δ

fundus ipse vitiatur: tunc ea pars premitur, in quam maxime aquarum vergentium pondus inclinat. spiritus 4
vero nonnumquam impellit undas et, si vehementius institit, eam scilicet partem terrae movet, in quam coactas aquas intulit; nonnumquam in terrena itinera coniectus et exitum quaerens movet omnia. terra autem penetrabilis ventis [est] et spiritus subtilior est, quam ut possit excludi, vehementior, quam ut sustineri concitatus ac rapidus.'

Omnes istas esse posse causas Epicurus ait plures- 5
que alias temptat et *ill*os, qui aliquid unum ex istis esse affirmaverunt, corripit, cum sit arduum de his, quae coniectura *as*sequenda sunt, aliquid certi promittere. 'ergo', ut ait, 'potest terram movere aqua, si par- 6
tes aliquas eluit et adrosit, quibus desiit posse extenuatis sustineri, quod integris ferebatur. potest terram movere impressio spiritus: fortasse *in* im*a* aër extrinsecus alio intrante aëre agitatur, fortasse aliqua parte subito decidente percutitur et inde motum capit. fortasse aliqua pars terrae velut columnis quibusdam ac pilis sustinetur, quibus vitiatis ac recedentibus tremit pondus impositum. fortasse calida vis spiritus in ignem 7
versa et fulmini similis cum magna strage obstantium fertur. fortasse palustres et iacentes aquas aliquis flatus

10 *Epicurea fr. 351 Us. p. 231* ‖ **22** *cf. Aetnae v. 345 (spiritus) qui fulminat ignes.*

1 fundus] funditus δ | quam $\delta\vartheta$] qua $\lambda\varrho$ ‖ **3** imp. undas] aquas imp. δ ‖ **4** terre partem *coll.* λ**T** ‖ **5** in] ipse in *Gertz falso* ‖ **6** terra δ**T**] et t. Φ ‖ **7** est *prius del. Ge. Skutsch, post. om.* **B** ‖ **8** ueh.] et ueh. δ ‖ **9** concitatus] concitus δ**P**^{1} ‖ **10** posse esse *coll.* δ**E** ‖ **11** illos *Usener*] alios ‖ **12** esse] *om.* δ | his] eis λ ‖ **13** asseq. *Kroll*] sequenda ‖ **14** ut] *om.* δ ‖ **15** adrosit **HJK0**ϱ] arrosit δ**L** adrasit **g** abrasit **E** ‖ **16** sustineri] -ere δ | ferebatur] -bat **A**(δ) ‖ **17** in ima (*vel* imo) aer *Ge.*] enim aer δ *et* et *add.* Φ, e. aëre *Usener* ‖ **18** aere] *om.* ϱ *Haase* ‖ **19** perc. dec. *coll.* δ ‖ **20** columpnis **AHJKOPT** ‖ **21** vit.] impulsis δ ‖ **23** et] *om.* δ ‖ **24** et iac.] ac iac. δ

impellit et inde aut ictus terram quatit aut spiritus agitatio ipso motu crescens et se incitans ab imo in summa usque perfertur.' nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem quam spiritum.

1 21. Nobis quoque placet hunc spiritum esse, qui possit tanta conari, quo nihil est in rerum natura potentius, nihil acrius, sine quo ne illa quidem, quae vehementissima sunt, valent: ignem spiritus concitat; aquae, si ventum detrahas, inertes sunt: tunc demum impetum sumunt, cum illas agit flatus. et potest dissipare magna terrarum spatia et novos montes subiectus extollere et insulas non ante visas in medio mari ponere: ⟨inter⟩ Theren et Therasiam [et] hanc nostrae aetatis insulam, spectantibus nobis in Aegaeo mari natam, quis dubitat quin in lucem spiritus vexerit?

2 Duo genera sunt, ut Posidonio placet, quibus movetur terra. utrique nomen est proprium: altera succussio est, cum terra quatitur et sursum ac deorsum movetur, altera inclinatio, qua in latera nutat alternis navigii more. ego et tertium illud existimo, quod nostro vocabulo signatum est, non enim sine causa tremorem terrae dixere maiores, qui utrique dissimilis est: nam nec succutiuntur tunc omnia nec inclinantur

8/9 *cf. Aetnae v. 216 sq. (flamma) ut pellat corpora, nullus impetus est ipsi: qua spiritus imperat, audit.*
16 *Posidonii fr. 77 FHG III p. 285; p. 83 B.* ‖ 22 *cf. Aetnae v. 153 hinc terrae tremor, hinc motus*

2 se] in se **λ** ‖ 3 perf. **ϑLT**] profertur **δλP** ‖ 4 causam — 5 placet] *om.* **δ** ‖ 6 tanta possit *coll.* **λ** | quo] quia **δ** | nat. rerum *coll.* **δ** ‖ 7 nih. acr.] ui aeris **δ** | ne *Gertz*] nec ‖ 9 iner.] inhertes **λ** ‖ 10 et] is et *Madvig* ‖ 11 spatia terr. *coll.* **δϑ** | subiectus] subiectos **δ** ‖ 13 inter *Muret.*] *cf. Iustin. 30, 4* | Therasiam *Fortun.*] Theraam | et hanc] *om.* **δ**, et *om. Fortun.* ‖ 14/15 insulam . . . natam] -as . . . -as **δ** | nobis] nautis *Albertus* ‖ 17 utriq.] utriusque **ηE** ‖ 18 succussio] successio **B¹(J)KP** ‖ 19 in latera **ET**] in altera **Φ** alterum **δ** | nutat] mutat **δ** | alternis *Kroll*] alterni **Φ** in alterum **δ**, *om. vulgo*, alterna *Ge.* ‖ 20 et tert. illud] id tert. **δ** ‖ 23 nam nec] nec cum **δ** | nec] *om.* **δ**

sed vibrantur, res minime in eiusmodi casu noxia, sicut ⟨dixi.⟩ longe perniciosior est inclinatio concussione: nam nisi celeriter ex altera parte properabit motus, qui inclinata restituat, ruina necessario sequitur.

22. Cum dissimiles hi motus inter se sint, causae quo*que eo*rum diversae sunt. prius ergo de motu quatiente dicamus. si quando magna onera per vices vehiculorum plurium tracta *e*unt et rotae maiore nisu in salebras inciderunt, terram concuti senties. Asclepiodotus tradit: cum petra e latere montis abrupta cecidisset, aedificia vicina tremore collapsa sunt. idem sub terris fieri potest, ut ex his, quae impendent rupibus, aliqua resoluta magno pondere ac sono in subiacentem cavernam cadat eo vehementius, quo aut plus ponderis venit aut altius: et sic commovetur omne tectum cavatae vallis. nec tamen pondere suo abscindi saxa credibile est, sed cum flumina supra ferantur, assiduus umor commissuras lapidis extenuat et cottidie his, ad quae religatus est, aufert et illam, ut ita dicam, *glu*tem, qua continetur, abradit. deinde longa per aevum diminutio usque eo infirmat illa, quae cottidie attrivit, ut desinant esse oneri ferendo: tunc saxa vasti ponderis decidunt, tunc illa praecipitata rupes quicquid *st*abile

9 *Asclep. cf. Zeller III, 1, 585* ‖ **17—21** *cf. Aetnae v. 112 sq. nympha perennis edit (fort. addit) humum limo furtimque obstantia mollit*

1 modi] modo **Q** ‖ **2** casu noxia] *fort.* casum obnoxia *Ge.* | dixi *add. Ge. cf. 1, 2* ‖ **3** nisi] *om.* **δ** ‖ **4** qui — **5** motus] *om.* diuersi *(?) add.* **δ** | sequitur] sequetur *Ge.* ‖ **5** sint] sunt **δE** ‖ **6** quoque eorum *Gronov.*] quorum ‖ **7** uices] *i. e. ordines,* uicos **c** *Nicot.* vias *Gertz,* axes *Schultess* ‖ **8** eunt *Ge.*] sunt | maiore nisu] maiores **δ** ‖ **9** inc.] conciderunt **δ** | senties] sentias *Gertz,* sentis *Ge.* ‖ **11** sunt.] *om.* **A**[1] *Haase,* scilicet *Gertz* ‖ **12** impendent] -dunt **Aλ** -dnt **P** ‖ **14** cad. eo] eo cadat *coll.* **δ** cadāt eo **λ** ‖ **15** sic] si **δ** | commouetur] -veatur *Gertz* ‖ **16** tamen] tantum **δJKQ** | abscindi] abscindit **δ** ‖ **17** sed cum] si **δ** ‖ **18** his — **19** est] quod his religatum est **δ** | glutem *Badstübner*] cutem ‖ **21** attriuit] atterit **δ** ‖ **22** oneri] hon. **JKOP** | ferendo] idonea *add.* **δ** apta *add.* **E**[2] ‖ **23** — *222,* **1** stabile aegre perc. *Ge.*] ab

*aegr*e percussit non passura consistere ‘⟨cum⟩ sonitu venit, et ruere omnia visa repente’, ut ait Vergilius noster.

1 23. Huius motus succutientis terras haec erit causa: ad alteram transeo. rara terrae natura est multumque habens vacui: per has raritates spiritus fertur, qui, ubi
2 maior influxit nec emittitur, concutit terram. haec placet et aliis, ut paulo ante rettuli, causa, si quid apud te profectura testium turba est: hanc etiam Callisthenes probat, non contemptus vir, (fuit enim illi nobile ingenium et furibundi regis impatiens — hic est Alexandri crimen aeternum, quod nulla virtus, nulla
3 bellorum felicitas redimet; nam quotiens quis dixerit ‘occidit Persarum multa milia’, opponetur ei ‘et Callisthenen’; quotiens dictum erit ‘occidit Darium, penes quem tum maximum regnum erat’, opponetur ei ‘et Callisthenen’; quotiens dictum erit ‘omnia oceano tenus vicit, ipsum quoque temptavit novis classibus et imperium ex angulo Thraciae usque ad Orientis terminos protulit’, dicetur ‘sed Callisthenem occidit’: omnia licet antiqua ducum regumque exempla transierit, ex his, quae fecit, nihil tam magnum erit quam scelus). hic
4 Callisthenes in libris, quibus describit, quemadmodum Helice Burisque mersae sint, quis illas casus in mare vel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est: ‘spiritus intrat terram per oc-

2 *Verg. Aen. VIII 525* ‖ **4** *cf. Aetnae v. 284 terra minutis rara foraminibus* ‖ **22** *Callisthenis fr. 8 SRAM p. 13 M.*

illo (ab imo $\mathbf{E}^2$ *vulgo*) repercussit, obuiorum *Leo,* lapillorum *Kroll et* percussit *uterque* ‖ **1** cum] *om.* $\delta\Phi$ *add.* **E** *Verg. codd.* ‖ **4** alteram] alterum *Skutsch, sed cf. p. 227, 3* ‖ **7** ret.] *c. 12 sqq.* ‖ **8** prof.] *ante* est λ profutura δ | etiam] *om.* δ | callistenes Φ *semper* calist. δ**E** ‖ **13** ei et] et Φ ‖ **13** *et* **15** calistenen] -nes Φ ‖ **15** tum] tunc δ**L** | regnum] regimen ϱ | ei et **B**] ei **A**Φ, et *Bong.* ‖ **18** tracie *trad.* ‖ **20** ducum] que *add.* δ | transierit] *i. e. superaverit Alexander* ‖ **21** quam] tale *add. Ge.* | hic] hoc *Fickert* ‖ **23** Helice] elice $\delta\vartheta$(J)**P** | mersae] m(en)se λ**P** submerse δ | sint **H**$\lambda\varrho$] sunt δ**E**(J) | casus illas *coll.* ϱ ‖ **24** mare in illas *coll.* **A**λ ‖ **25** dictum est] *c. 15* | terram] *om.* δ**O**

culta foramina, quemadmodum ubique, ita et sub mari; deinde, cum obstructus ille est trames, per quem descenderat, reditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc et illuc refertur et sibi ipse occurrens terram labefactat. ideo frequentissime mari apposita vexantur et inde Neptuno haec assignata est maris movendi potentia. quisquis primas litteras didicit, scit illum apud Homerum *Ἐνοσίχθονα* vocari.'

24. Spiritum esse huius mali causam et ipse consentio: de illo disputabo, quomodo intret hic spiritus, utrum per tenuia foramina nec oculis comprehensibilia an per maiora ac patentiora, et utrum ab imo an etiam per summa terrarum. hoc incredibile est. nam in nostris quoque corporibus cutis spiritum respuit nec est illi introitus, nisi per quae trahitur, nec consistere quidem a nobis receptus potest nisi in laxiori corporis parte: non enim inter nervos pulpasve sed in visceribus et patulo interioris partis recessu commoratur. idem de terra suspicari licet vel ex hoc, quod motus non in summa terra circave summa est sed subter et ab imo. huius indicium est, quod altitudinis profundae maria iactantur, motis scilicet his, supra quae fusa sunt: ergo verisimile est terram ex alto moveri et illic spiritum in cavernis ingentibus concipi. 'immo', 1 2 3 4

8 *Homeri Il. VII 445 et alibi.* ‖ 11—13 *cf. Aetnae v. 283 sqq. seu forte cavernae introitusque ipsi servent, seu terra minutis rara foraminibus tenues in se abstrahat auras . .* ‖ 13. 20 *cf. Aetnae v. 158 sed summis si forte putas concrescere . ., falleris.*

2 est] *ante* ille **E** λ (**T**) *post* cum δ ‖ 5 appos.] opposita δ ‖ 6 maris] *om.* **B** *Gertz,* terras *G. Müller, sed cf. Kühner II p. 552,4* ‖ 7 literas *trad.*] grecas *add.* η **ET** grecorum *post* didicit *add.* δ ‖ 8 homerum **JK**] horum Φ eos δ | *Ἐνοσίχθονα Fickert*] mesiptona (ppt **A**) δ mesibipthona (bith **E** λ bipht **T**) Φ, *Σεισίχθονα Fortun.* ‖ 11 nec] et δ | compr.] incompr. δ ‖ 12 ac] et δ ϱ an **E** | pat. **A**] potentiora | an] *om.* ϱ ‖ 14 in] *om.* λ ‖ 15 per que] *sc. nares et os,* per quem δ**E** *sc. per pulmonem* | nec] ne *Gertz* ‖ 17 neruos] nu(mer)os λ | pulp.] puluas ue (λ) ‖ 20 summa] summam ϱ ‖ 21 est] *om.* δ**E** ‖ 23 fusa] *om.* δ ‖ 24 in] ex δ | immo] imo **FHK**

inquit, 'ceu cum frigore inhorruimus, tremor sequitur, sic terras quoque spiritus extrinsecus accidens quassat.' quod nullo modo potest fieri. algere enim debet, ut idem illi accidat quod nobis, quos externa causa in horrorem agit. accidere autem terrae simile quiddam nostrae affectioni, sed non ex simili causa concesserim. illam interior et altior iniuria debet impellere: cuius rei argumentum vel maximum hoc potest esse, quod cum vehementi motu adapertum ingenti ruina solum est, totas nonnumquam urbes et recipit hiatus ille et abscondit. Thucydides ait circa Peloponnesiaci belli tempus Atalanten insulam aut totam aut certe maxima ex parte suppressam. idem Sidone accidisse Posidonio crede. nec ad hoc testibus opus est: meminimus enim terris interno motu divulsis loca disiecta et campos interisse. quod iam dicam quemadmodum existimem fieri.

25. Cum spiritus magna vi vacuum terrarum locum penitus opplevit coepitque rixari et de exitu cogitare, latera ipsa, inter quae latet, saepius percutit, supra quae urbes interdum sitae sunt. haec nonnumquam adeo concutiuntur, ut aedificia superposita procumbant, nonnumquam in tantum, ut parietes, quibus fertur omne tegimen cavi, decidant in illum subtervacantem locum totaeque urbes in immensam altitudinem vergant. si velis credere, aiunt aliquando Ossam Olympo cohae-

2 *cf. Aetnae v. 171 sq. hinc venti rabies, hinc saevo quassat hiatu | fundamenta soli.* ‖ 11 *Thucyd. III 89, 3* ‖ 13 *Posidonii fr. 76 FHG III p. 285. p. 84 B.*

1 seq.] insequitur δ ‖ 3 potest] *s. l.* δ ‖ 5 (terre *s. l.*) quid. sim. *coll.* δ ‖ 8 hoc] *post* esse δ ‖ 9 cum] et *add.* δ ‖ 10 urbes] nubes δ ‖ 11 Thucidides **FHP**^{1}] tusc- λ tuch- **E** huch- δ tuc- **T** thuch- **P**^{2} | peloponensiaci *trad.* ‖ 12 tempus belli *coll.* ϱ ‖ athlantem *trad.* ‖ 13 ex maxima *coll.* δ | suppr.] superfusam *v. l.* δ ‖ 18 magna ui ϑ**J**^{2}**L**^{2}] m. in $\lambda\varrho$ magnum et δ ‖ 19 oppl.] impleuit δ | que] *om.* **O**ϱ ‖ 21 nonn. — 22 procumbant] *om.* δ ‖ 24 teg.] regimen δ

sisse, deinde terrarum motu recessisse et fissam unius magnitudinem montis in duas partes. tunc effluxisse Peneon, qui paludes, quibus laborabat Thessalia, siccavit abductis in se, quae sine exitu stagnaverant, aquis. Ladon flumen inter Elin et Megalenpolin medius est, quem terrarum motus effudit. per hoc quid probo? in 3 laxos specus (quid enim aliud appellem loca vacua?) sub terras spiritum convenire; quod nisi esset, magna terrarum spatia commoverentur et una multa tituba-rent: nunc exiguae partes laborant nec umquam per ducenta milia motus extenditur. ecce hic, qui implevit fabulis orbem, non transcendit Campaniam — quid dicam, cum Chalcis tremuit, Thebas stetisse? cum 4 laboravit Aegium, tam propinquas illi Patras de motu audisse? illa vasta concussio, quae duas suppressit urbes, Helicen et Burin, circa Aegium constitit. apparet ergo in tantum spatium motum pertendere, quantum illa sub terris vacantis loci inanitas pateat.

26. Poteram ad hoc probandum abuti auctoritate 1 magnorum virorum, qui Aegyptum numquam tremuisse tradunt, rationem autem huius rei hanc reddunt, quod ex limo tota concreverit. tantum enim, si Homero fides est, aberat a continenti Pharos, quantum navis diurno cursu metiri plenis lata velis potest; sed continenti ammota est: turbidus enim defluens Nilus multumque secum caeni trahens et id subinde apponens

22 *Hom. Od. IV 54*

1 deinde] a *add.* **Q** | rec.] *sc. ab Olympo, cf. p. 229, 14,* secessisse *Leo* | fissam] scissam **δ** ‖ 2 efflux. *Fortun.*] effugisse ‖ 3 peneon] pelion **δ** panteon **O** pentheon **λ** | Thess.] tessalia **Q** *om.* **δ** ‖ 4 abd.] adductis **λ** ‖ 5 flumen] fluuius **δ** | Elin] elim **O** helim **δΦ** helym **LT** | megalen(-em **B**)polim *trad.* ‖ 6 hoc] haec **δHJ** ‖ 8 sub terras] sub terra? **g**, sub terris? *Erasmus* | conuenire] meare conuenit **δ** ‖ 13 chalcis **OLT**] calchis **AΘJK** chalchis **BP** ‖ 14 Aegium *Pincianus, cf. l. 16*] egine | patras **A**] patrias | motu] solum *add.* **δ** nihil *add.* **ηET** | 16 egium] egeum **δ** ‖ 23 aberat **δET**] aberrat **Φ** ‖ 25 a(m)mota] amota **λ** ‖ 26 caeni] limum **δ** | id] eum **δ**

prioribus terris Aegyptum annuo incremento semper ultra tulit. inde pinguis et limosi soli est nec ulla intervalla in se habet sed crevit in solidum arescente limo; cuius pressa erat et sedens structura, cum partes glutinarentur, nec quicquam inane intervenire poterat, 5
2 cum solido liquidum ac molle semper accederet. sed movetur et Aegyptus et Delos, quam Vergilius stare iussit:

immotamque coli dedit et contemnere ventos;

hanc philologi quoque, credula natio, dixerunt non 10 moveri auctore Pindaro. Thucydides ait antea quidem immotam fuisse sed circa Peloponnesiacum bellum
3 tremuisse; Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse: 'inter multa', inquit, 'prodigia, quibus denuntiata est duarum urbium, Helices et Buris, eversio, fuere 15 maxime notabilia columna ignis immensi et Delos agitata', quam ideo stabilem videri vult, quia mari imposita sit habeatque concavas rupes et saxa pervia, quae dent deprehenso aëri reditum: ob hoc et insulas esse certioris soli urbesque eo tutiores, quo propius 20
4 ad mare accesserint. falsa haec esse Pompei et Herculaneum sensere. adice nunc, quod omnis ora maris obnoxia est motibus: sic Paphos non semel corruit, sic nobilis et huic iam familiaris malo Nicopolis;

2—5 *cf. Aetnae v. 112 sq.* ‖ **9** *Verg. Aen. III 77* ‖ **11** *Pind. fr. 87 Bergk* | *Thucyd. II 8, 3* ‖ **13** *Callisth. fr. 8 SRAM p. 13 M.* ‖ **22** — *p. 227,* **3** *cf. epist. 91, 9*

1 egyptum E^2] egipto *vel* egypto ‖ **4** struct.] strictura δ ‖ **5** inane] mane ϱ ‖ **6** accederet δE] accideret ‖ **7** et egiptus] *om.* δ | uirgilius *trad. ut semper* ‖ **10** philologi *Rossbach*] philosophi $\delta\Phi$, historici *Cornelissen. cf. IV b 3, 1; VII 16, 2* ‖ **11** T(h)uc(h)idides] Tuddides λ ‖ **12** peloponensiacum *trad.* ‖ **18** rupes] ripas δ ‖ **20** propius] plus δ ‖ **21** accesserint BHJ^{1}LP] -erunt | Pompei] pompeia EJ^{2}Hϱ -eium ηFλ -eios δ, Pompeii *vulgo* ‖ **22** ora L] hora ‖ **23** mot.] montibus δ ‖ **24** iam] *om.* EOT

Cyprum ambit altum mare et agitat, Tyros et ipsa tam movetur quam diluitur.

Hae fere causae redduntur, propter quas tremat terra. 27 quaedam tamen propria in hoc Campano 1 motu accidisse narrantur, quorum ratio reddenda est. *Diximus* sexcentarum ovium gregem exanimatum in Pompeiana regione. non est, quare hoc putes ovibus illis timore accidisse. *aiunt enim* solere post magnos 2 terrarum motus pestilentiam fieri, nec id mirum est. multa enim mortifera in alto latent: aër ipse, qui vel terrarum culpa vel pigritia et aeterna nocte torpescit, gravis haurientibus est, vel corruptus internorum ignium vitio, cum e longo situ emissus est, purum hunc liquidumque maculat ac polluit insuetumque ducentibus spiritum affert nova genera morborum. quid, quod 3 aquae quoque inutiles pestilentesque in abdito latent, ut quas numquam usus exerceat, numquam aura liberior everberet? crassae itaque et gravi caligine sempiternaque tectae nihil nisi pestiferum in se et corporibus nostris contrarium habent. aër quoque, qui mixtus est illis quique inter illas paludes iacet, cum emersit, late vitium suum spargit et haurientes necat. facilius autem pecora sentiunt, in quae pestilentior incurrere solet, quo avidiora sunt: aperto caelo plurimum 4 utuntur et aquis, quarum maxima in pestilentia culpa est. oves vero mollioris naturae, quo propiora terris ferunt capita, correptas esse non miror, cum afflatus aëris diri circa ipsam humum exceperint. nocuisset ille et hominibus, si maior exisset; sed illum sinceri

1 Cyprum] ciprus δ **P** | agitat *Ge.*] agitatur ‖ **2** dil.] alluitur *Skutsch* ‖ **4** propria] proprie δ ‖ **6** diximus *sc. 1,3 Ge.*] aiunt enim ‖ **7** ouibus] quibus λ ‖ **8** aiunt enim *Ge.*] diximus | magnos] *om. et* motus terre *coll.* δ ‖ **11** nocte eterna *coll.* ϱ ‖ **12** est] *del. Ge. Rossb.* ‖ **13** cum e $\lambda\varrho$] cum δ **H O P**^{1} ‖ **16** pestilentesque] atque pestilentes δ ‖ **17** us. ex. numquam] *om.* δ | lib. aura *coll.* δ ‖ **19** in se] *om.* δ ‖ **21** quique] qui et ϱ | emersit] emerserit ϱ ‖ **23** pestilentior *(sc. aër) Ge.*] pestilentia ‖ **27** ferunt] *om.* δ | correptas δ **H P**^{1}] corruptas **E** $\lambda\varrho$ ‖ **28** circa] *om.* δ ‖ **29** ille] *ante* si δ | sed] si λ

aëris copia extinxit, antequam, ut ab homine posset trahi, surgeret.

1 28. Multa autem terras habere mortifera vel ex hoc intellege, quod tot venena nascuntur non manu sparsa sed sponte, solo scilicet habente ut boni ita mali semina. quid, quod pluribus Italiae locis per quaedam foramina pestilens exhalatur vapor, quem non homini ducere, non ferae tutum est? aves quoque si in illum inciderunt, antequam caelo meliore leniatur, in ipso volatu cadunt liventque corpora et non aliter quam
2 per vim elisae fauces tument. hic spiritus, quem diu terra continet, tenui foramine fluens non plus potentiae habet, quam ut despectantia et ultro sibi illata conficiat; ubi per saecula conditus tenebris ac tristitia loci crevit in vitium, ipsa ingravescit mora, peior quo segnior: cum exitum nactus est, aeternum illud umbrosi frigoris malum et infernam noctem volvit ac regionis nostrae aëra infuscat; vincuntur enim meliora
3 peioribus. tunc etiam ille spiritus purior transit in noxium: inde subitae continuaeque mortes et monstruosa genera morborum ut ex novis orta causis. brevis autem aut longa clades est, prout vitia valuere, nec prius pestilentia desinit, quam spiritum illum gravem exercuit laxitas caeli ventorumque iactatio.

1 29. Nam quod aliquos insanis attonitisque similes discurrēre, fecit metus, qui excutit mentes, ubi

3 multa **B**] multas ‖ **4** intellige *codd. (semper)* ‖ **5** solo] sole δ ‖ **7** pest. exal. **HOϱ**] exh. pestilens δ ‖ **9** inciderunt] -ere **B** -erint **AE** | len. mel. caelo *coll.* λ ‖ **11** quem d. *Ge.*] quamdiu ‖ **12** terra continet *Kroll Leo*] terras continet Φ terra continetur δ | potentiae] *s. l.* δ ‖ **14** conditus *Haase*] conditis ‖ **16** cum] enim *add.* δ ‖ **17** malum] et maligni δ | noctem] lucem $\mathbf{L}^2$ | uoluit δ**PL**^{2}] oluit **H**λ soluit η**ET**, *fort.* evolvit *Ge.* vomit *Kroll* ‖ **19** ille] *post* spiritus **A**ϱ *ante* etiam **O** ‖ **20** noxium δ**K**ϱ] noxiam η**E**^{1}**O** noxam **E**^{2}**H**(**JL**^{2}) ‖ **24** uentor. — **26** metus] *om.* δ ‖ **25** quod] *del.* **OT** | aliquos] aliquot *Erasmus* ‖ **26** qui — mentes] motusque excutit δ | u(b)i **E**^{2}**HJ**^{2}**L**^{2}] n(is)i ϱ ut **E**^{1}λ dum δ

privatus ac modicus est: quid, ubi publice terret, ubi cadunt urbes populi opprimuntur terra concutitur? quid mirum est animos inter dolorem et metum destitutos aberrasse? non est facile inter magna mala consipere. 2 itaque levissima fere ingenia in tantum venere formidinis, ut sibi exciderent. nemo quidem sine aliqua iactura sanitatis expavit, similisque est furentis quisquis timet: sed alios cito timor sibi reddit, alios vehementius perturbat et in dementiam transfert. inde inter 3 bella erravere lymphatici, nec usquam plura exempla vaticinantium invenies, quam ubi formido mentes religione mixta percussit.

30. Statuam divisam non miror, cum dixerim montes a montibus recessisse et ipsum disruptum esse ab imo solum. 1

haec loca vi quondam et vasta convulsa ruina
(tantum aevi longinqua valet mutare vetustas)
dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
una foret. venit ingenti vi pontus et ingens
Hesperium Siculo latus abscidit arvaque et urbes
aequore diductas angusto interluit aestu.

vides totas regiones a suis sedibus revelli et trans mare 2 iacere quod in confinio fuerat, vides et urbium fieri gentiumque discidium: cum pars naturae concita ⟨ausa⟩ est deesse, ea aliquo mare ignem spiritum impegit,

16—21 *Verg. Aen. III 414—419*

1 quid **Φ**] qui **δ P** *vulgo* | ubi] tunc **δ** ‖ **3** dest.] districtos *Kroll* ‖ **4** cons.] concipere **δ** non desipere **η E T** ‖ **8** timet] timuit **E** *vulgo* | timor cito *coll.* **δ** | reddit **δ E K T**] reddet **H J L O P** ‖ **14** disruptum **λ**(**ϱ**)] dir. **δ ϑ P**^{1} dur. **T** ‖ **17** aevi] enim **δ** ‖ **19** ingenti . . et ingens] medio . . et undis *Verg. codd.* ‖ **21** aequore] litore *Verg. codd.* | interluit] interfluit **δ** | aestu] ictu **Φ** ‖ **24** cum — **25** deesse] *om.* **F G H** | concita] concitata **δ**, *fort.* concitae *Ge.* | ausa *add. Ge.* ‖ **25** deesse] *om.* **δ**, de se *Fortun.*, e sede *Madvig*, excessit *Leo*, desaevit *Rossb.* | ea *Ge.*] et | mare] in mare **δ** | spiritum *vulgo*] sp(irit)u *plerique codd.*

quorum mira ut ex toto vis est: quamvis enim parte
3 saeviat, mundi tamen viribus saevit. sic et Hispanias
a contextu Africae mare eripuit, sic per hanc inunda-
tionem, quam poetarum maximi celebrant, ab Italia
Sicilia resecta est. aliquanto autem plus impetus habent,
quae ex infimo veniunt: acriora enim sunt, quibus ni-
4 sus est per angusta. quantas res hi terrarum tremores
quamque mira spectacula ediderint, satis dictum est:
cur ergo aliquis ad hoc stupet, quod aes unius statuae,
ne solidum quidem sed concavum ac tenue, disruptum
est, cum fortasse in illud se spiritus quaerens fugam
incluserit? illud vero quis nescit? diductis aedificia
angulis vidimus moveri iterumque componi. quaedam
vero parum aptata positu suo et a fabris neglegentius
solutiusque composita terrae motus saepius agitata com-
5 pegit. quod si totos parietes et totas findit domos et
latera magnarum turrium, quam*vis* solida sint, scindit
et pilas operibus subditas dissipat: quid est quare quis-
quam dignum adnotari putet, sectam esse aequaliter
ab imo ad caput in partes duas statuam?

1 31. Quare tamen per plures dies motus fuit? non
desiit enim assidue tremere Campania, clementius qui-
dem sed cum ingenti damno, quia quassa quatiebat, qui-
bus ad cadendum male stantibus ⟨opus⟩ non erat impelli
sed agitari: nondum videlicet spiritus omnis exierat,
sed adhuc emissa sui parte maiore oberrabat. inter
argumenta, quibus probatur spiritu ista fieri, non est
2 quod dubites et hoc ponere: cum maximus editus tre-
mor est, quo in urbes terrasque saevitum est, non po-

1 ut] *om.* δ | parte] ex p. **E** ‖ **3** affricae *codd. semper* | per δ **J**^{2}**T**] *om.* Φ | inund.] redund. δ ‖ **4** celebrant — **6** infimo] *om.* λ ‖ **5** res. *Gron.*] reiecta ‖ **9** aes **BH**] es *cett., ante* ne ϱ ‖ **10** ne] nec δ **T** | disr. λ **P**^{2}] diruptum ‖ **11** in illud] illo δ | se] *ante* incl. δ ‖ **17** turrium] trabium δ | quamvis **LT**] quam $\lambda(\varrho)$ qua ϑ q(uonia)m δ | sint] sunt δ ‖ **19** eq. sect. esse *coll.* δ ‖ **20** partes] *s. l.* δ | duas] *om.* ϱ ‖ **22** clem. $\delta\varrho$] dementius **A**^{2}**E**(**H**?)λ ‖ **23** sed cum $\delta\lambda$] sed ϑ**T** cum **O P** | quassa] cassa (quas cassa **B**) δ ‖ **24** opus *add. Madvig* ‖ **27** ista (*s. l.* fieri) spiritu λ ‖ **29** potest] so-

test par illi subsequi alius, sed post maximum lenes motus sunt, quia *rixa* vehementius exitum ventis luctantibus fecit; reliquiae deinde residui spiritus non idem possunt, nec illis pugna opus est, cum iam viam invenerint sequanturque ea, qua prima vis ac maxima evasit.

Hoc quoque dignum memoria iudico ab eruditissimo et gravissimo viro cognitum (forte enim, cum hoc evenit, lavabatur): vidisse se affirmat in balneo tessellas, quibus solum erat stratum, alteram ab altera separari itemque committi et aquam modo recipi in commissuras pavimento recedente, modo compresso bullire et elidi. eundem audivi narrantem vidisse se macerias mollius crebriusque tremere quam natura duri sinit. 3

32. Haec, Lucili virorum optime, quantum ad ipsas causas: illa nunc, quae ad confirmationem animorum pertinent! quos magis refert nostra fortiores fieri quam doctiores, sed alterum sine altero non fit: non enim aliunde animo venit robur quam a bonis artibus, quam a contemplatione naturae. quem enim non hic ipse casus adversus omnes firmaverit, erexerit? quid est enim, cur ego hominem aut feram, quid est, cur sagittam aut lanceam tremam? maiora me pericula expectant: fulminibus et terris et *irriguis* naturae partibus petimur. ingenti itaque animo mors provocanda est, sive nos *saevo* vastoque impetu aggreditur, sive cottidiano et vulgari exitu. nihil refert, quam minax veniat quantumque sit quod in nos trahat; quod a 1 2 3

let *Ge.* ‖ **2** rixa *Ge.*] iam uehementius] -tior *Fromond.*, -tissimus *Pincianus*, -mens vis *Madvig*, primus *Skutsch* | exitum] *fort. post* luctantibus *coll. Ge.* ‖ **4** pugna] *post* est **F**λ *ante* illis **E** ‖ **5** qua] que **A**(λ)**T** | euasit] impellit δ ‖ **7** et grauissimo] *om.* δ ‖ **8** tessellas] thesseras δ ‖ **11** bull.] ebullire **EK** ‖ **12** mac. *Kroll*] materias | **13** quam] quam quae δ | duri sinit] dura sunt δ ‖ **15** causas: illa] *fort.* res: ausculta *Ge.* | nunc, quae] quae addam *Gertz* ‖ **16** nostra] uestra $\mathbf{E}^1\mathbf{J}^2\mathbf{T}$ ‖ **17** doctiores] doctores λ ‖ **19** quem] quam δ | enim] *om.* $\delta\varrho$ ‖ **20** erex.] et erex. δ ‖ **23** fulm.] fluminibus $\delta\mathbf{J}^2$ | irriguis *Ge.*] magnis $\delta\Phi$, vagis *Leo* ‖ **24** petimur] premimur δ ‖ **25** saevo *Gertz*] aequo $\delta\Phi$, caeco *Haupt*, novo *Ge.*

nobis petit, minimum est: hoc senectus a nobis ablatura est, hoc auriculae dolor, hoc umoris in nobis corrupti abundantia, hoc cibus parum obsequens stomacho, hoc pes leviter offensus. pusilla res est hominis anima, sed ingens res contemptus animae: hanc qui contempsit, securus videbit maria turbari, etiamsi illa omnes excitaverunt venti, etiamsi aestus aliqua perturbatione mundi totum in terras vertet oceanum; securus aspiciet fulminantis caeli trucem atque horridam faciem, frangatur licet caelum et ignes suos in exitium omnium, in primis suum, misceat; securus aspiciet ruptis compagibus dehiscens solum, illa licet inferorum regna retegantur. stabit super illam voraginem intrepidus et fortasse quo debebit cadere, desiliet. quid ad me, quam magna sint, quibus pereo? ipsum perire non magnum est. proinde si volumus esse felices, si nec hominum nec deorum nec rerum timore versari, si despicere fortunam supervacua promittentem levia minitantem, si volumus tranquille degere et ipsis diis de felicitate controversiam agere, anima in expedito est habenda: sive illam insidiae sive morbi petent sive hostium gladii sive insularum cadentium fragor sive ipsarum ruina terrarum sive vasta vis ignium urbes agrosque pari clade complexa, qui volet illam, accipiat. quid aliud debeo quam exeuntem hortari et cum bonis ominibus emittere? 'vade fortiter, vade feliciter!' nihil dubitaveris ⟨eam⟩ reddere: non de re sed

1 petit] petet Q ‖ **6** contempsit] -pserit δ ‖ **8** uertet] uertat δ ‖ **9** fulminantis] fulminis et δ ‖ **10** caelum] *del. Gertz* ‖ **11** exitium $\delta\vartheta J^2$] exitum $B^1\lambda$ exitu Q | in] et in δ ‖ **12** licet] *om.* Φ ‖ **13** super] ad δ ‖ **14** et] *om.* Q | debebit] debet δ **ET** ‖ **16** m. e.] est magnum δ **ET** | uolu(i)mus λ ‖ **19** leuia minitantem] l. imitantem FM^1P *om.* δ ‖ **20** de felicitate] *om.* δ | expedito] expedimento λ ‖ **21** hab. est *coll.* δ | petent] petant δ ‖ **24** illam **EKT**] illam eam Φ eam δ, illam, casus *Gertz* ‖ **26** ómnibus AH^2] hominibus FH^1P^1 omnibus $B\eta\lambda Q$ ‖ **27** eam *(e l. 24)* reddere *Ge.*] redderis Φ reddideris **E** rem reddideris δ restiteris *Schultess,* neu renueris *Leo*

de tempore est quaestio; facis, quod quandoque faciendum est. nec rogaveris nec timueris nec te velut in aliquod malum exiturum tuleris retro: rerum natura te, quae genuit, expectat et locus melior ac tutior. illic non tremunt terrae nec inter se venti cum magno 7 nubium fragore concurrunt, non incendia regiones urbesque vastant, non naufragiorum totas classes sorbentium metus est, non arma contrariis disposita vexillis et in mutuam perniciem multorum milium par furor, non pestilentia et ardentes promiscue communes populis cadentibus rogi. 'istud leve est. quid timemus grave? *ut* potius semel incidat quam semper impendeat.' ego autem perire timeam, cum terra ante me 8 pereat, cum ista quatiantur, quae quatiunt, et in iuriam nostram non sine sua veniant? Helicen Burinque totas mare accepit: ego de uno corpusculo timeam? supra oppida duo navigatur (duo autem [quae] novimus, quae in nostram notitiam memoria litteris servata perduxit: quam multa alia aliis locis mersa sunt, quot populos aut terra aut infra se mare inclusit!): ego recusem mei finem, cum sciam me sine fine non esse? immo cum sciam omnia esse finita, ego ultimum suspirium timeam? quantum potes itaque, 9 ipse te cohortare, Lucili, contra metum mortis: hic est, qui nos humiles facit; hic est, qui vitam ipsam, cui parcit, inquietat ac perdit; hic omnia ista dilatat,

1 facis] fac δ | quandoque] cuique δ ‖ **2** rog.] negaueris δ ‖ **3** exiturum] -tura *Bongars.* ‖ **5** inter] in δ | cum] *om.* δ ‖ **6** non] nec ϱ ‖ **8** metus] motus λ ‖ **10** communes]que *add.* δ ‖ **11** istud] *sc. exitium* | quid] quod *Haase* | **12** graue? ut *Ge.*] graue est ‖ **13** ante me] mecum δ ‖ **14** ista] ipsa *Gertz* | quatiantur λ**E**] (quae *add* δ**FHP**) quatiuntur (et *add.* δ) δ**FHJ**^{1}ϱ ‖ **15** ueniant] ueniunt Φ | burimque *codd. plerique* ‖ **17** duo opp. *coll.* δ ‖ **18** quae *del. Ge.* | quae] et que δ | not. nostr. *coll.* δ ‖ **19** perduxit δ**H**^{2}λ**P**] prod. $\eta\vartheta$**T** ‖ **20** aut t. aut] atque terras δ ‖ **21** ego] ergo **g**^{2}**ET** | mei] meum δ ‖ **23** timeam **A**^{2}Φ] timem **A**^{1} timeo **B** ‖ **24** cohort.] co(h)artare **FHP**^{1}

terrarum motus et fulmina. quae omnia feres constanter, si cogitaveris nihil interesse inter exiguum
10 tempus et longum. horae sunt, quas perdimus; puta dies esse, puta menses, puta annos: perdimus illos nempe perituri. quid, oro te, refert, num perveniam ad illos? fluit tempus et avidissimos sui deserit; nec quod futurum est meum est nec quod fuit: in puncto fugientis temporis pendeo, et magni est modicum
11 fuisse. eleganter ille Laelius sapiens dicenti cuidam 'sexaginta annos habeo' „hos", inquit, „dicis sexaginta, quos non habes". *non*ne ex hoc quidem intellegimus incomprehensibilis vitae condicionem et sortem temporis semper alieni, quod annos numeramus amissos?
12 hoc affigamus animo, hoc nobis subinde dicamus: 'moriendum est' — quando, quid tua? mors naturae lex est, mors tributum officiumque mortalium malorumque omnium remedium est: optavit illam quisquis timet. omnibus omissis hoc unum, Lucili, meditare, ne mortis nomen reformides; effice illam tibi cogitatione multa familiarem, ut, si ita tulerit, possis illi et obviam exire.

1 et] ac δ T | feres] *om.* Φ | constanter] circumstant T(Q) || 4 esse] *post* annos δ || 5 perituri *Ge.*] -turi s(unt) δ -turos Φ | num] si non δ || 7 quod fuit] fuit Φ || 8 modicum f.] *cf. l. 6,* nondum fugisse *Schultess* || 10 dicis] *s. l.* ϑ *om.* g^1H^1 || 11 nonne *Erasmus*] non JK ne $\vartheta O Q$ nec δLM || 12 incomprehensibilis] -bilem *Ge.* || 13 numeramus δHM^{2}T] numerauimus Φ adnumeramus *vulgo* || 14 nobis subinde] subinde semper δ || 15 tua?] tua interest? δ | naturae] *om.* δ || 17 optauit] optabit $\delta\eta$ || 19 tibi] *om.* FH || 20 ita] ita res Δ ita sors T

NATURALIUM QUAESTIONUM LIBER VII QUI FERTUR.

Liber septimus.

De cometis.

1. Nemo usque eo tardus et hebes et demissus in terram est, ut ad divina non erigatur ac tota mente consurgat, utique ubi novum aliquod e caelo miraculum fulsit. nam quamdiu solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo subducit: ita enim compositi sumus, ut nos cottidiana, etiamsi admiratione digna sunt, transeant, contra minimarum quoque rerum, si insolitae prodierunt, spectaculum dulce fiat. hic itaque coetus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non convocat: at cum aliquid ex more mutatum est, omnium vultus in caelo est. sol spectatorem nisi deficit non habet, nemo observat lunam nisi laborantem: tunc urbes conclamant, tunc pro se quisque superstitione vana trepidat. quanto illa maiora sunt, quod sol totidem, ut ita dicam, gradus quot dies habet et annum circuitu suo claudit, quod a solstitio statum inclinat, [quod a solstitio] ad minuendos dies

5/6 *cf. Aetnae v. 224 sqq.*
non oculis solum pecudum miranda tueri
more nec effusis in humum grave pascere corpus . . .
(251) divina est animi ac iucunda voluptas.

3 liber septimus *vulgo et Ge.*] l. sextus (***δ***)***η*** **EG**(**H**)**LMZ** l. quartus *Esc.* **KTU** ‖ **4** de cometis *add. Ge. secundum* (***η***)**EZ** ‖ **5** eo] adeo ***δ*** ‖ **6** non] *ante* ad ***δ*** ‖ **7** ubi] si ***δ*** | e c. aliquod *coll.* ***δ*****E** aliquod nouum (*om.* e celo) **T** ‖ **15** mut.] innouatum ***δ*** | c(a)elo] celum ***δ*** ‖ **16** nisi] cum *add.* **B***η***T** | deficit ***δ****η****ϱ*****Z**] defecit ***ϑλ*** defecerit **M** ‖ **18** trepidat] strepidat **P**[1] strepitat **FHZ** ‖ **20** quod — et dat *p. 236,* **1** *sic fere em. Gertz*] quod a s. ad d. m. uertitur (*om.* **g**[1]**MOT**) quod a s. statum inclinat *coll.* ***δ Φ****. fort. margini archetypi, postquam in contextu verborum* statum inclinat *omissa sunt, adscripta sunt* q. a s. st. incl. *cf. Brinkmann, Mus. Rhen. 57, 481.* ‖ **21** statum] *sc. diurnum,* statim ***δ*****H***ϱ*****Z** | inclinat] *i. e. se humiliorem praebet*

vertitur et dat noctibus spatium, quod sidera abscondit, quod terras, cum tanto maior sit illis, non urit sed calorem suum intensionibus ac remissionibus temperando fovet, quod lunam numquam implet nisi adversam sibi nec obscurat ⟨nisi vicinam⟩? haec tamen non adnotamus, quamdiu ordo servatur; si quid turbatum est aut praeter consuetudinem emicuit, spectamus interrogamus ostendimus: adeo naturale est magis nova quam magna mirari.

Idem in cometis fit: si rarus et insolitae figurae ignis apparuit, nemo non scire quid sit cupit et oblitus aliorum de adventicio quaerit ignarus, utrum debeat mirari an timere. non enim desunt qui terreant, qui significationes eius graves praedicent. sciscitantur itaque et cognoscere volunt, prodigium sit an sidus. at mehercules non aliud quis aut magnificentius quaesierit aut didicerit utilius quam de stellarum siderumque natura, utrum flamma contracta, quod et visus noster affirmat et ipsum ab illis fluens lumen et calor inde descendens, an non sint flammei orbes, sed solida quaedam terrenaque corpora, quae per igneos tractus labentia inde splendorem trahant caloremque, non de suo clara. in qua opinione magni fuere viri, qui sidera crediderunt ex duro concreta et ignem alienum pascentia. 'nam per se', inquiunt, 'flamma diffugeret, nisi aliquid haberet, quod teneret et a quo teneretur,

1 et] *ante* ad *coll. Gertz. tum praestaret* dans ‖ 2 cum — illis] *fort. post* abscondit *coll. Ge., post* lunam *l. 4 Gertz* ‖ 3 remissionibus temperando] remissionis temperamento δ ‖ 5 nisi uicinam *add. Ge.* ‖ 7 emicuit] euenit δ | spectamus] ex(s)pectamus Φ ‖ 10 rarus] raro δ | figurae] figura δ ‖ 13 mirari debeat *coll.* δ | enim] *om.* δ ‖ 15 et] et quaerunt et δ ‖ 16 at ηEJ^{2}PZ] ac δJ^1 ad T an Hλ | me] ne HλP | hercules] hercule δE | aliud (η)EJ^{2}TZ] alius | aut] *om.* δ ‖ 17 quam] quid(em) ϱ ‖ 21 tractus] cursus δ ‖ 23 fuere] fuerunt HϱZ | 23/4 qui sidera credid.] sidera enim adueterunt δ

conglobatamque nec stabili inditam corpori profecto iam mundus turbine suo dissipasset.'

2. Ad haec investiganda proderit quaerere, num 1 cometae condicionis sint, cuius superiora. videntur enim cum illis quaedam habere communia: ortus et occasus, ipsam quoque, quamvis spargatur et longius exeat, faciem (aeque enim ignei splendidique sunt). itaque si omni*no* terrena sidera sunt, his quoque eadem 2 sors erit; si vero nihil aliud sunt quam purus ignis manensque mensibus senis neque illos conversio mundi solvit et velocitas, illa quoque possunt et tenui constare materia nec ob hoc discuti assiduo caeli circumactu. illo quoque pertinebit haec excussisse, ut sciamus, 3 utrum mundus terra stante circumeat an mundo stante terra vertatur. fuerunt enim, qui dicerent nos esse, quos rerum natura nescientes ferat, nec caeli motu fieri ortus et occasus, ⟨sed nos⟩ ipsos oriri et occidere: digna res contemplatione, ut sciamus, in quo rerum statu simus, pigerrimam sortiti an velocissimam sedem, circa nos deus omnia an nos agat.

3. Necessarium est autem veteres ortus cometarum 1 habere collectos. deprehendi enim propter raritatem eorum cursus adhuc non potest nec explorari, an vices servent et illos ad suum diem certus ordo producat. nova haec caelestium observatio est et nuper in Grae-

1 congl. — inditam] et globata qu(id)em (quam **A**) nisi stab.^{e} esset inclinata δ ‖ **3** num] non $\mathbf{P^1Z}$ ‖ **4** sint] eius *add. Fortun.* eiusdem (*ante* sint) *add.* **Z** | **5** quaedam] *ante* cum **LTZ** *om.* **0** ‖ **6** spargatur] -antur δ ‖ **7** exeat] exeant δ | faciem] facem (λ?)ϱ ‖ **8** omnino (*vel* omnes) *Ge.*] omnia | terrena] *om.* **E** | his] illis *Gertz* ‖ **9** uero] hi *add. Joh. Müller* ‖ **10** manensque] manentque Φ ‖ **11** et *ante* tenui] *om.* δ ‖ **12** ob] *vulgo om.* ‖ **13** -actu] -acto λ | haec excuss.] hoc exquisisse δ ‖ **14** mundus] *s. l.* δ ‖ **17** sed *et* nos *add. Lipsius,* sed *add.* **E**($\mathbf{H^1}$?)**T** nos *add.* **Z** ‖ **18/19** statu rerum *coll.* δ ‖ **19** simus] sumus δ**EJK^{1}OT** | sedem] *ante* an uel. δ ‖ **21** autem est *coll.* **BP** ‖ **24** seruent] adhuc *add. (s. l.)* δ

2 ciam invecta. Democritus quoque, subtilissimus antiquorum omnium, suspicari se ait plures stellas esse, quae currant, sed nec numerum illarum posuit nec nomina, nondum comprehensis quinque siderum cursibus. Eudoxus primus ab Aegypto hos motus in Graeciam transtulit, hic tamen de cometis nihil dicit: ex quo apparet ne apud Aegyptios quidem, quibus maior caeli cura fuit, hanc partem elaboratam. Conon
3 postea, diligens et ipse inquisitor, defectiones quidem solis ⟨ob⟩servatas ab Aegyptiis collegit, nullam autem mentionem fecit cometarum, non praetermissurus, si quid explorati apud illos comperisset.

4. Duo certe, qui apud Chaldaeos studuisse se di-
1 cunt, Epigenes et Apollonius Myndius, peritissimus inspiciendorum nat*a*lium, inter se dissident. hic enim ait cometas in numero stellarum errantium poni a Chaldaeis tenerique cursus eorum. Epigenes contra ait se a Chaldaeis nihil de cometis habere comprensi, sed videri illos accendi turbine quodam aëris concitati et intorti. primum ergo, si tibi videtur, opiniones hu-
2 ius ponamus ac refellamus. huic videtur plurimum virium habere ad omnes sublimium motus stella Saturni: haec, cum proxima signa Marti premit aut in lunae viciniam transit aut in solis incidit radios, natura ventosa et frigida contrahit pluribus locis aëra con-

1 *Democr.: fr. A 92 Diels p. 385* ‖ **5** *Eudox.: cf. Ideler II p. 67* ‖ **8** *Conon: cf. Susemihl I 722 n. 84* ‖ **17** *Epigenes: cf. Susemihl I 718*

2 omnium antiq. *coll.* **λ** ‖ **5** Eudoxus] eudoxius **ϱ** ‖ **10** obseruatas *Ge.*] *cf. p. 71, 18; 235, 16; 236, 6,* seruatas | autem] tamen **δ** ‖ **13** caldeos **Φ** *semper* | se stud. *coll.* **δ** ‖ **14** Myndius **Z**] mundius **ηEλ**(**P**) mindius **FHT** medicus **δ** ‖ **15** natalium *Schottus*] naturalium, *cf. 28, 1* ‖ **18** se a chaldeis] caldeos **Φ** *vulgo* | de cometis] *om.* **δ** | comprensi] comprehensi **δEJ²K**(**T**) ‖ **19** illos] illis *Kroll* ‖ **22** omnes] omnium **δ** ‖ **23** Marti signa *coll.* **δ** ‖ **24/5** rad. inc., uent. nat. *coll.* **δ** | natura] *sc. suā* ‖ **25** locis] in locis **δ**

globatque; deinde si radios solis assumpsit, tonat fulguratque; si Martem quoque consentientem habet, fulminat. praeterea', inquit, 'aliam materiam habent ful- 3
mina, aliam fulgurationes: aquarum enim et omnis
umidi evaporatio splendores tantum caeli citra ictum
minaces movet, illa autem calidior sicciorque terrarum
exhalatio fulmina extundit. trabes vero et faces, quae
nullo alio inter se quam magnitudine distant, hoc
modo fiunt: cum umida terrenaque in se globus ali- 4
quis aëris clausit, quem turbinem dicimus, quacumque
fertur, praebet speciem ignis extenti, quae tam diu
durat, quam diu mansit aëris illa complexio umidi
intra se terrenique multum vehens.'

5. Ut a proximis mendaciis incipiam, falsum est 1
faces et trabes exprimi turbine: turbo enim circa terras
concipitur ac fertur ideoque arbusta radicitus vellit
et, quacumque incubuit, solum nudat, silvas interim et
tecta corripiens, inferior fere nubibus, utique numquam
altior; at contra trabes editior caeli pars ostentat,
itaque numquam nubibus obstiterunt. praeterea turbo 2
omni nube velocius rapitur et in orbem vertitur, super
ista velociter desinit et ipse se vi sua rumpit; trabes
autem non transcurrunt nec praetervolant ut faces sed
commorantur et in eadem caeli parte collucent. Char- 3
mander quoque in eo libro, quem de cometis composuit, ait Anaxagorae visum grande insolitumque
caelo lumen magnitudine amplae trabis, et id per mul-

24 *Charmander*: *cf. Diels p. 321* ‖ **26** *Anax. fr. A 83 Diels p. 321.*

3 al. mat. inquit *coll.* **Q** i. al. naturam **B**η ‖ **4** et] *om.* δ**P** | omnis] omnes λ ‖ **5** humidi] -da δ ‖ **7** exhalatio] exalatio Φ | extundit] excutit δ ‖ **10** quac.] quocumque δ ‖ **12** mansit] manet δ | co(m)plexio δ**J**^{2}] completio Φ ‖ **17** interim] interdum *Fortun.* ‖ **18** fere] fertur δ ‖ **19** editior η**EJ**^{2}(**L**?)**TZ**] reditior Φ erectior δ ‖ **20** nub. numq. *coll.* δ ‖ **22** se] *om.* δ ‖ **24** carmander δ**KT**

tos dies fulsisse. talem effigiem ignis longi fuisse Callisthenes tradit, antequam Burin et Helicen mare absconderet. Aristoteles ait non trabem illam sed cometen fuisse, ceterum ob nimium ⟨solis⟩ ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore, cum iam minus flagraret, redditam suam cometae facem. in quo igne multa quidem fuerunt digna quae notarentur, nihil tamen magis, quam quod, ut ille fulsit in caelo, statim supra Burin et Helicen mare fuit. numquid ergo Aristoteles non illam tantum sed omnes trabes cometas esse credebat hanc habentes differentiam, quod his continuus ignis est, ceteris sparsus? trabes enim flammam aequalem habent nec ullo loco intermissam aut languidam in ultimis vero partibus coactam, qualem fuisse in illa, de qua modo rettuli, Callisthenes tradit.

6. 'Duo', inquit Epigenes, 'cometarum genera sunt: alii ardorem undique effundunt nec locum mutant, alii in unam partem ignem vagum in modum comae porrigunt et stellas praetermeant (quales duo aetate nostra visi sunt). illi priores criniti undique et immoti humiles fere sunt et isdem causis quibus trabes facesque conflantur ex intemperie aëris turbidi multa secum arida umidaque terris exhalata versantis. potest enim spiritus per angusta elisus accendere supra se positum aëra plenum alimentis idoneis igni, deinde propellere

1 *Callisth. fr. 8 SRAM p. 14 M.* ‖ 3 *Aristot. Meteor. I 6 p. 343 b 1 et 18* ‖ 17 *Epigenes: Susemihl I 718*

1 talem — fuisse] *om.* $\eta\vartheta$(EFGH) | effigiem] que *add.* δ | fuisse C. tr.] fulsisse calistenes idem tradit fuisse δ ‖ 3 cometen Z] cometē HKOPT(Φ) -tam δ ‖ 4 solis *add. Ge.* ‖ 6 cometae *Fortun.*] cometis | facem *Ge.*] faciem ‖ 7 quidem multa *coll.* δ | fuerunt] fuere EZ ‖ 8 ut] quando δ ‖ 9 fuit] fluxit *Schuttess,* ruit *Ge.* ‖ 11 habentes] habetis Φ ‖ 22 et] ex *Koeler* | isdem B] hisdem AΦ ‖ 23 turbidi] -da δ ‖ 24 humida aridaque *coll.* $\delta\lambda$ | exh.] exalata JKOϱ | uersantis] -tes δ ‖ 25 acc.] ascendere δO

eum niti, *donec* ex aliqua causa refluat rursus ac remittatur, deinde iterum proximo die ac sequentibus consurgere et eundem locum inflammare: videmus enim ventos per complures dies ad constitutum redire; pluviae quoque et alia tempestatum genera ad praescriptum revertuntur.' ut breviter autem voluntatem eius 3 exprimam, eadem fieri ratione hos cometas existimat, qua fiunt ignes turbine eiecti: hoc unum interest, quod illi turbines ex superiori parte in terras deprimuntur, hi de terra in superiora eluctantur.

7. Adversus haec multa dicuntur. primum si ven- 1 tus in causa esset, numquam cometes sine vento appareret: nunc autem et quietissimo aëre apparet. deinde si vento fieret, cum vento caderet: et si vento inciperet, cresceret vento eoque esset ardentior, quo ille incitatior. his accedit illud quoque, quod ventus multas aëris partes impellit, cometes uno loco apparet; et ventus in sublime non pervenit, cometae autem visuntur supra quam ire ventis licet.

Transit deinde ad illos, quos ait certiorem habere 2 stellarum speciem, qui et procedunt et signa praetereunt. hos ait ex isdem causis fieri, quibus illos quos dixit humiliores, hoc tamen interesse, quod terrarum exhalationes multa secum arida ferentes celsiorem petant partem et in editiora caeli aquilone pellantur. ⟨at⟩ si illos aquilo propelleret, ad meridiem 3

1 eum *Ge.*] ex δ Φ, ea *Madvig* | niti, donec *Madvig*] nitido ne (nec TZ) δ Φ, ex humili donec *Koeler* | refluat] defluat *Ge.* ‖ 2 proximo] -ma δ ‖ 7 com. hos *coll.* δ ‖ 8 eiecti] erecti *Koeler, sed cf. VI 2, 6* ‖ 9 turbines] *om.* δ *vulgo, sed cf. p. 242, 9; 14; 17* | depr. in terras *coll.* δ ‖ 11 dicuntur] *sc. a Posidonio et Artemidoro* ‖ 13 autem] *om.* δ ‖ 15 uento cresceret *coll.* δ ‖ 16 his] huc δ | illud quoque] *om.* δ ‖ 17 uno δFHPZ] in uno (η)ΕλΤ ‖ 18 uis.] nascuntur δ ‖ 19 uentis ire *coll.* δLOT ‖ 21 proc.] pre(q̄ B)cedunt δ ‖ 22 isdem B] eisdem ‖ 23 quos] *om* δ | dixit] *sc. 6, 1* | tamen δHO] tantum ‖ 24 exalationes EJKϱ ‖ 25 petant] petunt ϱ | partem] locum δ ‖ 26 at *add. Ge.*, audi nunc, quae adversus hanc dicantur. *add. Gertz*

semper agerentur, quo ventus hic nititur: atqui varie cucurrerunt, alii in ortum alii in occasum, omnes in flexum; quod iter non daret ventus. deinde si aquilonis illos impetus a terris in altum levaret, aliis ventis non orirentur cometae: atqui oriuntur.

1 8. Illam nunc rationem eius (utraque enim utitur) refellamus: 'quicquid umidi aridique terra efflavit, cum in unum coit, ipsa discordia corporum spiritum versat in turbinem; tunc illa vis venti circumeuntis quicquid intra se comprehendit, cursu suo accendit et levat in altum, ac tam diu manet splendor ignis expressi, quamdiu alimenta sufficiunt, quibus desinentibus
2 et ipse subsidit.' qui hoc dicit, non notat, qualis sit turbinum cursus et qualis cometarum: illorum rapidus ac violentus et ipsis ventis citatior est, cometarum lenis et qui per diem noctemque quantum transierit abscondat. deinde turbinum motus vagus est et disiectus et, ut Salustii verbo utar, verticosus, cometarum autem compositus et destinatum iter carpens.
3 num quis nostrum crederet lunam aut quinque sidera rapi vento aut turbine rotari? non, ut puto. quare? quia non est illis perturbatus et impotens cursus. ad cometas idem transferamus: non confuse nec tumul-

3 *Lucan. Phars. 9, 455 sq. at non imbriferum contorto pulvere nubem in flexum violentus agit.* ‖ **18** *Sal. Hist. fr. IV 28 M.*

2 cucurrerunt Φ] concurrunt δ **ET** ‖ **3** iter quod *coll.* δ ‖ **4** a terris] *om.* δ **E** | aliis] *fort.* aliis flantibus *Ge.* ‖ **5** orir.] orerentur *Skutsch* | atqui] aliis *add.* δ ‖ **6** illam] *sc. alteram* ‖ **10** comprehendit] comprendit **HJL**(**O**)**Z** depreh. δ | suo] *om.* η **E** ‖ **11** ignis splendor *coll.* δ ‖ **14** turbinum] turbinis δ | illorum] illius δ ‖ **16** et qui per] per quem δ | quantum] quam δ ‖ **17** abscondat] -dit δ **E**(**J**)**T**^{1} | uagus est δ ϑ**Z**] est uagus λ**T** est **P** ‖ **18** uerbo **Z**] uerbis *trad.*, utar uerbis η**E** *coll.* ‖ **19** autem] et *add.* δ | iter] *om. vel post* carpens *add.* λ ‖ **20** quis] quam η quisque δ | crederet] accederet (η)**E** | quinque] *om.* δ ‖ **23** transferamus] -atur δ | nec tum. eunt] aut tum. aut δ

tuose eunt, ut aliquis credat illos causis turbulentis et inconstantibus pelli. deinde etiamsi vertices isti 4
comprehendere terrena umidaque et ex humili in altum exprimere possent, non tamen supra lunam efferrent: omnis illis usque in nubilum vis est, cometas autem immixtos stellis videmus per superiora labentes. ergo veri simile non est in tantum spatium perseverare turbinem, qui quo maior est maturius corrumpitur. 9. Utrumlibet itaque eligat: aut levis vis *in altum* 1
pervenire non poterit, aut magna et concitata citius ipsa se franget.

Praeterea humiliores illi cometae ob hoc (ut putat) non exeunt altius, quia plus terreni habent (gravitas illos sua in proximo tenet): atqui necesse est in his cometis diuturnioribus celsioribusque plenior materia sit; neque enim diutius apparerent, nisi maioribus nutrimentis sustinerentur.

Dicebam modo non posse diu verticem permanere 2
nec supra lunam aut usque in stellarum locum crescere. nempe efficit turbinem plurium ventorum inter ipsos luctatio. haec diu non potest esse: nam cum vagus et incertus spiritus convolutatus est, novissime uni vis omnium cedit; nulla autem tempestas magna 3
perdurat (procellae quanto plus habent virium, tanto minus temporis; venti cum ad summum venerunt, remittuntur; omnia violenta necesse est ipsa concitatione

5 cometas] -tes δ ‖ **8** qui] per quod δ ‖ **9** itaque] igitur δ | i(n) altum *Ge.*] tantum **B** tamen Φ *om.* **A** et **ET** iam alte **Z**, tam alte *Muret.* sursum *Gruter,* eo *Fickert,* in tantum *Haase* ‖ **11** franget] frangeret (λ?) ‖ **13** putat **BFHT**] *sc. Epigenes,* putant **A**η**E**λ**PZ** | habent] et *add. Haase* ‖ **14** proximo] -mum δ | **14/15** est in] est *om.* ϑ**L**^{1}**P**^{1} in *om.* (η)**E** ‖ **15** que] *om.* η**E** ‖ **18** diu] *ante* uert. $\vartheta\varrho$**Z** *s. l.* λ (*ante* perm. **ELO** *post* permanere **JK**) *om.* δ ‖ **19** nec s. lunam] *post* locum δ | crescere] consistere δ ‖ **22** conuol.] *cf. epist. 114, 24* ‖ **25** uenerunt] ueniunt δ | remittuntur δ(η)**H**^{1}**OPZ**] renittuntur **H**^{2} renituntur **E**λ**T** ‖ **26** omnia violenta *Madvig*] omni uiolentia Φ *et ante* remitt. δ

in exitum sui tendant). nemo itaque turbinem toto die vidit, ne hora quidem: mira velocitas eius et mira brevitas est. praeterea violentius celeriusque in terra circaque eam volvitur; quo excelsior, eo solutior laxior-
4 que est et ob hoc ⟨citius⟩ diffunditur. adice nunc, 5 quod, etiamsi in summum pertenderet, ubi sideribus iter est, utique ab eo motu, qui universum trahit, solveretur: quid enim est illa conversione mundi citatius? hac omnium ventorum in unum congesta vis dissiparetur et terrae solida fortisque compages, nedum 10 particula aëris torti.

1 10. Praeterea manere in alto non potest ignis turbine illatus, nisi ipse quoque permanet turbo. quid porro tam incredibile est quam in turbine longior mora? utique motus motu contrario vincitur (habet 15 enim suam locus ille vertiginem, quae rapit caelum 'sideraque *alta* trahit celerique volumine torquet'). et ut des ei aliquam advocationem, quod fieri nullo modo potest: quid de his cometis dicetur, qui senis mensibus
2 apparuerunt? deinde duo debent esse motus eodem 20 loco, alter ille divinus et assiduus, suum sine intermissione peragens opus, alter novus et recens et turbine illatus: necesse est ergo alter alteri impedimento sit. atqui ⟨quia⟩ lunaris illa orbita ceterorumque supra lunam meantium motus irrevocabilis est nec haesitat 25 usqu*am* nec resistit nec dat ullam nobis suspicionem

17 *Ov. Met. II 71*

1 exitum] exitium **P** ‖ **3** celerius uiolentiusque *coll.* **δ** ‖ **5** citius *add. Ge.* ‖ **7** iter est **δηEZ**] inter est **Φ** | utique] *om.* **δ** ‖ **8** est enim *coll.* **λ** | illa] ea **δ** ‖ **13** permanet] -neat **δ** ‖ **15** utique] ubi *add.* **L²Z**, *fort.* cuius *add. Ge.* ‖ **17** alta trahit *Ov.*] attrahit **δHPZ(Φ)** trahit **ηEλT** | celerique uolumine] celique uolumina **δ** ‖ **18** des ei] des eis **Φ**, det eis *Fortun.* | advoc.] *i. e.* '*Frist*', uacationem **T** ‖ **21** ille **δET**] illi **Φ** ‖ **23** impedimento **δZ**] -tum **Φ** ‖ **24** quia *add. Ge.* | illa orbita] *fort.* ille orbitae *Ge.* ‖ **25/6** haesitat usquam *Pincianus*] hesitatus (hesitans **δ**) qui **δΦ** ‖ **26** suspicionem — *p. 245,* **5** nobis] *om.* **FH**

obiectae sibi morae, fidem non habet turbinem, violentissimum et perturbatissimum tempestatis genus, in medios siderum ordines pervenire et inter disposita ac tranquilla versari. credamus ignem circumacto turbine accendi et hunc expulsum in sublime praebere nobis opinionem speciemque sideris longi: puto, talis esse debet, quale est id, quod ignem efficit; turbinis autem rotunda facies est (in eodem enim vestigio versatur et columnae modo circumagentis se volvitur): ergo ignem quoque, qui inclusus est, similem esse illi oportet, atqui longus est et disiectus minimeque similis in orbem coacto.

11. Epigenen relinquamus et aliorum opiniones persequamur. quas antequam exponere incipiam, illud imprimis praesumendum est, cometas non in una parte caeli aspici nec in signifero tantum orbe sed tam in ortu quam in occasu, frequentissime tamen circa septentrionem. forma eius † non est una: quamvis enim Graeci discrimina fecerint eorum, quibus in morem barbae flamma dependet, et eorum, qui undique circa se velut comam spargunt, et eorum, quibus fusus quidem est ignis sed in verticem tendens, tamen omnes isti eiusdem notae sunt cometaeque recte dicuntur. quorum cum post longum tempus appareant formae, inter se eos comparare difficile est: illo ipso tempore, quo apparent, inter spectantes de habitu illorum non convenit sed, prout cuique acrior acies aut hebetior est, ita ait aut lucidiorem esse aut rubicundiorem et

2 temp. et pert. *coll.* **δ** ‖ **4** credamus] *cf. p. 244, 18* ‖ **6** talis **δHZ**] tale ‖ **8** vestigio] *om.* **δ** ‖ **18** eius non] cometarum non **δ**, eius *Fortun.*, eis *Hermol. Barb.*, eis vero *Haase*, eis ut nomen *Leo*, oculis nota *Schultess*, non setius *Ge., nisi plura velut* unum est genus, *ante* forma eius non est una *interciderunt* ‖ **19** in m.] minorem **λ** ‖ **21** comam] comas **δ** | et] *om.* **ϱ** | quidem] *ante* fusus **δλ** ‖ **24** forme — **25** est] *l. 26 ante* inter sp. **ϱ** ‖ **28** est **B**(**δ**?)**HLOϱZ**] *om.* (**A**)**EJK** | esse] *ante* et **δ** | rub.] cometen *subaudit Joh. Müller*, splendorem *add. Gertz*

crines aut in interiora *r*eductos aut in latera demissos. sed sive sunt aliquae differentiae illorum sive non sunt, eadem fiant ratione necesse est cometae: illud unum constare debet, praeter solitum aspici novam sideris faciem circa se dissipatum ignem trahentis.

1 12. Quibusdam antiquorum haec placet ratio: cum ex stellis errantibus altera se alteri applicuit, confuso in unum duarum lumine facies longioris sideris redditur; nec hoc tunc tantum evenit, cum stella stellam attigit, sed etiam cum appropinquavit: intervallum enim, quod inter duas est, illustratur ab utraque inflammaturque
2 et longum ignem efficit. his illud respondebimus, certum esse numerum stellarum mobilium, solere autem eodem tempore et has apparere et cometen, ex quo manifestum fit non illarum coitu fieri cometen sed
3 proprium esse et sui iuris. etiamnunc frequenter stella sub altioris stellae vestigium venit: et Saturnus aliquando supra Iovem est et Mars Venerem aut Mercurium recta linea despicit, nec tamen propter hunc illorum concursum, cum alter alterum subit, cometes fit; alioquin annis omnibus fieret, omnibus enim aliquae
4 stellae in eodem signo simul sunt. si cometen faceret stella stellae superveniens, momento esse desineret. summa enim velocitas transeuntium est, ideoque omnis defectio siderum brevis est, quia cito illa idem cursus, qui admoverat, abstrahit: videmus solem et lunam intra exiguum tempus, cum obscurari coeperunt, liberari — quanto celerior debet fieri in stellis digressio

1 interiora] inferiora *vulgo* | reductos *Gronov.*] deductos **Φ** *vulgo* demissos **δ** | dem.] dimissos **O** *vulgo* deductos **δ** diuisos *Ald.* ‖ **2** illorum $\mathbf{A^2\Theta LZ}$] eorum **δOϱ** *et* (*ante* diff.) **E** *om.* **JK** ‖ **6** cum] *om.* **λ** ‖ **8** duarum] duorum **δ** | facies] faciem **δ** | redditur $\mathbf{\Theta L^2TZ}$] reddi **δλP** ‖ **9** tunc] *om.* **δ** $\mathbf{TZ^1}$ c(um) $\mathbf{P^1}$ | euenit] *om.* **δ** ‖ **12** respondebimus] -demus **EZ** ‖ **14** cometen **δZ**] -tem **Φ** *fere semper* ‖ **15** fit] *om.* **B** est **A** ‖ **19** illorum] illo **FH** ‖ **20** conc.] cursum **λP** | fit com. *coll.* **δ** ‖ **21** annis] *om.* **δ** *ante* fieret *vulgo* ‖ **22** simul sunt] *ante* in **δ** ‖ **23** desineret] -erent **δ** ‖ **25** illa **δ** $\mathbf{HL^2P^1}$] illas **Eλϱ Z** *vulgo* ‖ **27** coeperunt] coeperint **ηλT**

tanto minoribus? atqui cometae senis mensibus manent, quod non accideret, si duarum stellarum conventu gignerentur: illae enim diu cohaerere non possunt et necesse est illas lex celeritatis suae separet. praeterea ista nobis vicina videntur, ceterum intervallis ingentibus dissident: quomodo ergo potest altera stella usque ad alteram stellam ignem mittere, ita ut utraque iuncta videatur, cum sint ingenti regione diductae? 'stellarum', inquit, 'duarum lumen miscetur et praebet unius speciem, nempe sic quemadmodum rubicunda fit nubes solis incursu, quemadmodum vespertina aut matutina flavescunt, quemadmodum arcus alterve sol visitur.' haec omnia primum magna vi efficiuntur; sol enim est, qui ista succendit: stellarum non est eadem potentia. deinde nihil horum nisi infra lunam in terrarum vicinia nascitur, superiora pura et sincera sunt et coloris sui semper. praeterea si quid tale accideret, non haberet moram, sed extingueretur cito, sicut coronae, quae solem lunamve cingunt, intra brevissimum spatium exolescunt; ne arcus quidem diu perseverat: si quid esset tale, quo medium inter duas stellas spatium confunderetur, aeque cito dilaberetur, utique non in tantum maneret, quantum morari cometae solent. stellis intra signiferum cursus est, hunc premunt gyrum; at cometae ubique cernuntur: non magis certum est illis tempus, quo appareant, quam locus ullus, ultra quem non exeant.

1 cometae δT] -tes Φ ‖ 3 illae B] ille | diu] duę H^1 *om.* P^1 ‖ 4 illas] ut illas δ | cel. suae lex *coll.* δ | separet] semper agat δ ‖ 7 stellam] *om.* cpE(P)Z | mittere $A^1\eta E\lambda$] inmittere δHęZ ‖ 10/11 fit rubic. *coll.* δ ‖ 11 incursu] in ortu P *var. lect.* JK | aut] et ę ac δ ‖ 12 alterue H(?)0Z *Haase*] alterne Φ alter nec δ ‖ 12/3 sol vis.] sole vincitur δ ‖ 13 efficiuntur vi *coll. Ge.* ‖ 17 sui col. *coll.* δ ‖ 20 ne] nec δJK ‖ 25 gyrum Z] girum | non] horum non δ, *fort.* num *et* exeant? *Ge.* ‖ 26 illis] ulli δ

1 13. Adversus haec ab Artemidoro illa dicuntur: non has tantum stellas quinque discurrere, sed has solas observatas esse; ceterum innumerabiles ferri per occultum aut propter obscuritatem luminis nobis ignotas aut propter circulorum positionem talem, ut tunc demum, cum ad extrema eorum venere, visantur: 'ergo intercurrunt quaedam stellae', ut ait, 'nobis novae, quae lumen suum constantibus misceant et maiorem quam
2 stellis mos est porrigant ignem.' hoc ex his, quae mentitur, levissimum est: tota eius enarratio mundi mendacium impudens est. nam si illi credimus, summa caeli ora solidissima est, 'in modum tecti durata et alti crassique corporis, quod atomi congesti coacerva-
3 tique fecerunt. huic proxima superficies ignea est, ita compacta, ut solvi vitiarique non possit, habet tamen spiramenta quaedam et quasi fenestras, per quas ex parte exteriore mundi influant ignes, non tam magni, ut interiora conturbent, ⟨sed⟩ qui rursus ex mundo in exteriora labuntur: itaque haec, quae praeter consuetudinem apparent, influxerunt ex illa *ultra* mundum iacente materia.'

1 14. Solvere ista quid aliud est quam manum exerere et in ventum iactare bracchia? velim tamen mihi dicat iste, qui mundo tam firma lacunaria imposuit, quid sit, quare credamus illi tantam esse crassitudinem caeli. quid fuit, quod illo tam solida corpora addu-

1 *Artemidorus: cf. Pauly-Wissowa II 1333*

1 haec **BE**(**L**)] hoc | illa] ista δ ‖ 2 quinque] *s. l.* δ *om.* **E** ‖ 8 const.] cum st. $\mathbf{A^2\eta\vartheta J^2}$ circumst. **E** ‖ 10 mundi] de mundo δ ‖ 12 ora **BZ**] hora | tecti Φ] testae **C** testa **B** testei **A**, testu *G. Müller, sed cf. l. 16 et 24* ‖ 13 athomi *trad.* | coaceruatique] coadunatique δ ‖ 14 proxima] *sed extrema* ‖ 15 habet] habent *Usener* ‖ 18 int.] inferiora λ | sed qui *(vel* quia*) Ge.*] qui δ *om.* Φ ‖ 19 labuntur] *fort.* labantur *Ge.* | haec] *sc. omnia* ‖ 20 ex illa] in δ | ultra *Opsop.*] utraque ‖ 21 materia] memoria **B** *om.* **A** ‖ 23 exerere $\mathbf{B^2}$ *ut Skutsch*] exercere | brachia *trad.* ‖ 23/4 dicat mihi *coll.* δ ‖ 24 mundo] *om.* λ

ceret et ibi detineret? deinde quod tantae crassitudinis 2
est, necesse est et magni ponderis sit: quomodo ergo
in summo manent gravia? quomodo illa moles non
descendit et se onere suo frangit? fieri enim non
potest, ut tanta vis ponderis, quantam ille substituit, 3
pendeat et levibus innixa sit; ne illud quidem potest
dici, extrinsecus esse aliqua retinacula, quibus cadere
prohibeatur, nec rursus de medio aliquid esse oppositi,
quod imminens corpus excipiat ac fulciat; illud etiam-
nunc nemo dicere audebit, mundum ferri per immen-
sum et cadere quidem, sed non apparere an cadat,
quia praecipitatio eius aeterna est, nihil habens no-
vissimum, in quod incurrat. hoc quidam de terra dixe- 4
runt, cum rationem nullam invenirent, propter quam
pondus in aëre staret: 'fertur', inquiunt, 'semper: sed non
apparet an cadat, quia infinitum est, in quod cadit.'

Quid est deinde, quo probes non quinque tantum
stellas moveri sed multas [esse] et in multis mundi
regionibus? aut si hoc sine ullo probabili argumento
licet respondere, quid est, quare non aliquis aut omnes
stellas moveri aut nullam dicat? praeterea nihil te
adiuvat ista stellarum passim euntium turba: nam quo
plures fuerint, saepius in aliquas incident; rari autem
cometae et ob hoc mirabiles sunt.

15. Quid, quod testimonium dicet contra te omnis 1
aetas, quae talium stellarum exortus et adnotavit et
posteris tradidit? post mortem Demetrii Syriae regis,
cuius Demetrius et Antiochus liberi fuere, paulo ante
Achaicum bellum cometes effulsit non minor sole:

2 et] ut **P** *om.* **λT** ‖ **4** suo] non *add.* **δ** ‖ **7** esse al. **BCEFλ**] al. esse **AHϱZ** ‖ **12** habens] habentis **L²Z** ‖ **13** hoc] hec **δ** | quidam] quidem **BCE** ‖ **14** rationem] *ante* propter *coll.* **δ** ‖ **16** quia] quod **T** eo quod **δ** | quod] quo **λ** ‖ **17** tm quinque *coll.* **δ** ‖ **18** esse *del. Ge. conl. 13, 1* ‖ **20** resp.] spondere *Gertz* ‖ **21** aut nullam] *ante* mou. **δ** *post* dicat **LZ** ‖ **23** aliquas] alias *Skutsch, immo* oculi *add. aut* incides *corr. Ge.* ‖ **24** ob] *om.* **λ** ‖ **25** t. dicet] dicit *et s. l.* testimonium **δ** ‖ **26** exortus] et ortus **δ** ‖ **29** achaicum **H²λP**] achaium **AgϑTZ** achi(u)um **BC**

primo igneus ac rubicundus orbis fuit clarumque lumen emittens, quanto vinceret noctem, deinde paulatim magnitudo eius districta est et evanuit claritas, novissime totus intercidit. quot ergo coire stellas oportet, ut tantum corpus efficiant? mille in unum licet con-
2 greges, numquam hunc habitum solis aequabunt. Attalo regnante initio cometes modicus apparuit, deinde sustulit se diffuditque et usque in aequinoctialem circulum venit, ita ut illam plagam caeli, cui lactea nomen est, in immensum extentus aequaret. quot ergo convenisse debent erraticae, ut tam longum caeli tractum occuparent igne continuo?

1 16. Contra argumenta dictum est, contra testes dicendum est. nec magna molitione detrahenda est auctoritas Ephoro: historicus est. quidam incredibi-
lium relatu commendationem parant et lectorem aliud acturum, si per cottidiana duceretur, miraculo excitant; quidam creduli quidam neglegentes sunt, quibusdam mendacium obrepit quibusdam placet, illi non evitant
2 hi appetunt — haec in commune de tota natione, quae approbari opus suum et fieri populare non putat posse, nisi illud mendacio aspersit. Ephorus vero non est religiosissimae fidei: saepe decipitur, saepe decipit, sicut hunc cometen, qui omnium mortalium oculis custoditus est, quia ingentis rei traxit eventum, cum Helicen et Burin ortu suo merserit, ait ilico discessisse in

15 *Ephori fr. 142 FHG I p. 273*

3 districta] destructa λ adstricta **EJ²L²Z** ‖ 4 totus] motus λ | quot] quid Φ | stellas coire *coll.* (λ)**P** ‖ 7 cometes initio *coll. Gertz, adversatur Joh. Müller, cf. C. F. W. Müller M. Rh. 55, 636* ‖ 10 quot ergo *Fortun.*] quid ergo? $\delta\Phi$ quod ergo **Z** ‖ 11 debent] debet δ | caeli] *om.* δ | occuparent] -aret δ ‖ 15 Ephoro] efforus δ effero **T** ‖ 17 acturum] allectum **A**(δ) | duceretur] ducetur **FHP¹** ducatur δ ‖ 20 hi] *vel* hii Φ alii δ**T** | haec] hoc δ**T** hi **P** | quae] queror δ ‖ 21 approbari] -bare Φ ‖ 22 aspersit] -serit **ET** ‖ 23 saepe decipit] *om.* δ ‖ 24 hunc δ] hoc Φ hic η**ET** | comete(n)] cometa **P** cometes **L²Z** ‖ 26 ilico *Kroll*] illum

duas stellas, quod praeter illum nemo tradidit. quis 3
enim posset observare illud momentum, quo cometes
solutus et in duas partes redactus est? quomodo
autem, si est qui viderit cometen in duas dirimi, nemo
vidit fieri ex duabus? quare autem non adiecit, in
quas stellas divisus sit, cum aliqua ex quinque stellis
esse debuerit?

17. Apollonius Myndius in diversa opinione 1
est: ait enim cometen non unum ex multis erraticis
effici sed multos cometas erraticos esse. 'non est', in-
quit, 'species falsa nec duarum stellarum confinio ignis
extentus, sed proprium sidus cometae est sicut solis
ac lunae: talis illi forma est, non in rotundum re-
stricta sed procerior et in longum producta. ceterum 2
non est illi palam cursus: altiora mundi secat et tunc
demum apparet, cum in imum cursus sui venit. nec
est, quod putemus eundem visum esse sub Claudio,
quem sub Augusto vidimus, nec hunc, qui sub Nerone
Caesare apparuit et cometis detraxit infamiam, illi si-
milem fuisse, qui post divi Iulii ⟨obitum⟩ ludis Vene-
ris Genitricis circa undecimam horam diei emersit.
multi variique sunt, dispares magnitudine, dissimiles 3
colore: aliis rubor est sine ulla luce, aliis candor et
purum liquidumque lumen, aliis flamma et haec non

8 Apollonius: cf. Pauly-Wissowa II 161 ‖ **17/8** *cf. Plin. HN 2, 92* ‖ **20** *cf. Plin. HN 2, 93 cometes . . admodum faustus divo Augusto iudicatus ab ipso, qui incipiente eo adparuit ludis quos faciebat Veneri Genetrici non multo post obitum patris Caesaris in collegio ab eo instituto. Suet. v. d. Iulii 88*

2 illud] istud λ ‖ **3** partes] stellas L^2Z ‖ **4** qui $\delta\varsigma$ET] quis Φ | duas] partes *add.* δT ‖ **8** Myndius FHZ] mydius P mundius λ mindius (E?)J^2 mitidius ET medicus δ ‖ **9** multis] diuersis δ ‖ **10** effici] fieri δ ‖ **11** falsa] fissa δ ‖ **12** cometae *Schultess*] cometes ‖ **13** ac] et $\delta(\lambda)$T | restr.] destricta δ distr. T ‖ **15** est] *om.* δ ‖ **18** nec] ne HJK$_Q$Z ‖ **20** fuisse] aiunt *add.* δ | post . . obitum *Ge.*] post Φ *om.* δ excessum *add.* L^2Z necem *add. Fort.* ‖ **21** genitr.] genetricis L | diei] *om.* δT, die *Skutsch* ‖ **24** liquidumque] et liquidum δT

sincera nec tenuis sed multum circa se volvens fumidi ardoris; cruenti quidam minacesque omen post se futuri sanguinis ferunt. hi minuunt augentque lumen suum quemadmodum alia sidera, quae clariora cum descendere sunt maioraque, quia ex loco propiore visuntur, minora cum redeunt et obscuriora, quia abducunt se longius.'

1 18. Adversus haec protinus respondetur non idem accidere in cometis, quod in ceteris. cometae enim quo primum die apparuerunt, maximi sunt; atqui deberent crescere, quo propius accederent: nunc autem manet illis prima facies, donec incipiant extingui. deinde quod adversus priores, etiam adversus hunc dicitur: si erraret cometes essetque sidus, intra signiferi terminos moveretur, intra quos omne sidus cursus
2 suos colligit. numquam apparet stella per stellam, acies nostra non potest per medium sidus exire, ut per illud superiora perspiciat; per cometen autem non aliter quam per nubem ulteriora cernuntur: ex quo apparet illum non esse sidus sed levem ignem ac tumultuarium.

1 19. Zenon noster in illa sententia est: congruere iudicat stellas et radios inter se committere, hac societate luminis existere imaginem stellae longioris. ergo quidam nullos esse cometas existimant sed speciem illorum per repercussionem vicinorum siderum

22 *Zenonis fr. 122 StVF 1 p. 35 v. A.*

1 sincera] sine causa δ | sed] et δ | uoluens] uolens (J^1?)P^1Z^1 uolutans δ ‖ 2 minacesque *Ge.*] minaces qui Φ et m. qui δ, minacesque qui *Köler* | omen] crimen δ | post] per HL^2P pre Z ‖ 5 prop. loco *coll.* δT ‖ 6 abducunt E] obd. ‖ 8 haec $\delta\lambda$] hoc $\vartheta\varrho$Z ‖ 10 quo] qui B que A | die] *s. l.* λ *om.* δ | apparuerunt δLZ] -erint Φ | sunt] sibi λ(?) ‖ 11 nunc autem] non δ ‖ 15 quos] quod Φ ‖ 16 per] super (δ)P ‖ 18 superiora] editiora δT | persp.] prosp. ηEP ‖ 22 congruere] congrue λTZ ‖ 23 hac] ac $\delta\varrho$ ‖ 24 imaginem] -gine A(δ) -ginale BC ‖ 26 per] terre per δ

aut per coniunctionem cohaerentium reddi; quidam 2
aiunt esse quidem sed habere cursus suos et post certa
lustra in conspectum mortalium exire, quidam esse
quidem sed non quibus siderum nomen imponas, quia
dilabuntur nec diu durant et exigui temporis mora
dissipantur.

20. In hac sententia sunt plerique nostrorum nec 1
id putant veritati repugnare. videmus enim in sub-
limi varia ignium concipi genera et modo caelum
ardere, modo

longos a tergo flammarum albescere tractus,

modo faces cum igne vasto rapi. iam ipsa fulmina,
etiamsi velocitate mira simul et praestringunt aciem
et relinquunt, ignes sunt aëris triti et impetu inter se
maiore collisi: ideo ne resistunt quidem sed expressi
fluunt et protinus pereunt. alii vero ignes diu manent 2
nec ante discedunt, quam consumptum est omne, quo
pascebantur, alimentum. hoc loco sunt illa a Posi-
donio scripta miracula, columnae clipeique flagrantes
aliaeque insigni novitate flammae, quae non adverterent
animos, si ex consuetudine et lege decurrerent: ad haec
stupent omnes, quae repentinum ex alto ignem effe-
runt, sive emicuit aliquid et fugit sive compresso aëre
et in ardorem coacto loco miraculi stetit. quid ergo? 3
num aliquando lacuna secedentis retro aëris patuit

11 *Verg. Georg. I 367* ‖ 18 *Posid. p. 80 B.*

1 aut] et δ aut *s.* per ϱ ‖ 2 quidem] *om.* δ ‖ 3 conspectum] -ectu **BCLP** ‖ 4 nomen] nomina δ**T** ‖ 5 temp.] operis δ ‖ 9 concipi ignium *coll.* δ**T** ‖ 11 flamm.] *ante* longos *Verg. codd.* ‖ 12 faces] fasces λ ‖ 13 etiamsi] etsi δ | simul et] *om.* δ | praestr.] perstr. δ**T** ‖ 14 relinq.] remittunt (-ant **T**) δ**T** | aeris] aëre *Kroll* | triti] attriti *Ald. Kroll*, attritu *cod. Anic.* | et] *del. Ge.* ‖ 15 ne] non δ**T** ‖ 20 aduert.] auert. **A** euert. η**EJ**^{2} conuert. *Madvig.* ‖ 21 ex] *om.* δ**T** | ad] *om.* δ ‖ 22 omnes quae **Z** *Gruter*] omnesque Φ omnes *et* que *post* repentinum δ**T** ‖ 23 emicuit] igneum δ | et fugit] effugit δ**T** ‖ 24 coacto] concreto δ**T** ‖ 25 num δ**T**] num si **B** non Φ, *respondet* sed *p. 254, 4* | secedentis *Gruter*] sicedentis Φ dec. **A** rec. **B**, scindentis se

et vastum in concavo lumen? exclamare posses: quid hoc est? 'medium video discedere caelum palantesque polo stellas', quae aliquando non expectata nocte fulserunt et per medium eruperunt diem. sed alia huius rei ratio est: quare alieno tempore apparent in aëre,
4 quas esse, etiam cum latent, constat? multos cometas non videmus, quia obscurantur radiis solis: quo deficiente quondam cometen apparuisse, quem sol vicinus obtexerat, Posidonius tradit; saepe autem cum occidit sol, sparsi ignes non procul ab eo videntur: videlicet ipsa stella sole perfunditur et ideo aspici non potest, co*mae* autem radios solis effugiunt.

1 21. Placet ergo nostris cometas sicut faces sicut tubas trabesque et alia ostenta caeli denso aëre creari. ideo circa septentrionem frequentissime apparent, quia
2 illic plurimum est aëris pigri. 'quare ergo non stat cometes sed procedit?' dicam: ignium modo alimentum suum sequitur; quamvis enim illi ad superiora nisus sit, tamen deficiente materia retro iens ipse descendit. in aëre quoque non dextram laevamque premit partem (nulla est enim illi via), sed, qua illum vena pabuli sui duxit, illa repit nec ut stella procedit
3 sed ut ignis pascitur. 'quare ergo per longum tempus

2 *Verg. Aen. IX 20* ‖ **9** *Posid. p. 80 B.* ‖ **13** *cf. Chrysippi fr. 692 StVF II p. 201 v. A.*

Schultess | retro] *om.* δ *Haase,* ultro *Schultess* | aeris δ**T**] aetheris Φ *vulgo* | patuit et] et **T** apparuit δ *et (post* lumen*)* **T** **1** posses] *sc. si paterent* ‖ **2** est] *om.* **PZ**^{1} *ante* hoc **A** *coll.* | medium] mediū δ | disc.] descendere λ ‖ **3** expectata] -tatae *Hosius* ‖ **5** apparent] -eant **L**^{2}**Z** | in δ**T**] *om.* Φ ‖ **6** cum latent] latentes (-ter **A**) δ ‖ **7** quia] saepe *add.* δ ‖ **8** cometen] -tam δ**T** ‖ **9** obtex. **H**λ**PZ**] texerat | cum occ.] concidit δ ‖ **10** sparsi] que *add.* δ ‖ **12** comae *Gronov.*] cometae ‖ **14** caeli ostenta *coll.* δ**T** ‖ **15** circa septe(n)trionem] ex (in **A**) septētrione δ | freq.] maxime δ**T** ‖ **16** illic] illi δ**P**^{1}**Z** | est] inest δ**T** ‖ **18** illi] *om.* $\eta\vartheta$**T** ‖ **19** retroiens] retrocens **P** retrocedens **T** recedens δ ‖ **21** est] *post* via δ**T** ‖ **22** illa] illo **H**^{2}λ**P**^{2}**T** ille **E** illam **Z** | repit] cepit δ

apparet et non cito extinguitur?' sex enim mensibus hic, quem nos Neronis principatu laetissimo vidimus, spectandum se praebuit in diversum illi Claudiano circumactus ille enim a septentrione in verticem surgens orientem petiit semper obscurior, hic ab eadem parte coepit sed in occidentem tendens ad meridiem flexit et ibi se subduxit oculis. videlicet ille umi- 4
diora habuit et aptiora ignibus, quae persecutus est; huic rursus uberior fuit et plenior regio, huc itaque descendit invitante materia, non itinere. quod apparet duobus, quos spectavimus, fuisse diversum, cum hic in dextrum motus sit, ille in sinistrum; omnibus autem ⟨V⟩ stellis in eandem partem cursus est, id est contrarius mundo (hic enim ab ortu volvitur in occasum, illae ab occasu in ortum eunt), et ob hoc duplex his motus est: ille, quo eunt, et hic, quo auferuntur.

22. Ego nostris non assentior: non enim existimo 1
cometen subitaneum ignem sed inter aeterna opera naturae. primum quaecumque aër creat, brevia sunt: nascuntur enim in re fugaci et mutabili. quomodo potest aliquid in aëre idem diu permanere, cum ipse aër numquam idem diu maneat? fluit semper, et brevis illi quies est; intra exiguum momentum in

12—16 *cf. Plin. HN 2, 32 sq. omnium autem errantium siderum meatus interque ea solis et lunae contrarium mundo agere cursum, id est laevom, illo semper in dexteram praecipiti. et quamvis adsidua conversione immensae celeritatis attollantur ab eo rapianturque in occasum, adverso tamen ire motu per suos quaeque passus*

3 claudio λ ‖ **4** circumactus] -tum **A** -to **B** ‖ **7** flexit] se fl. δ (*sed* se *post. om.* B^1) | ille] *om.* **P** *s. l.* ϱ (humidiora *om.* **T**) *ante* uid. λ, *fort.* ille ea *vel* illa *Ge.* ‖ **8** apt.] altiora δ ‖ **9** rursus] cursus **BET** ‖ **11** duobus] in d. *Kroll* ‖ **13** V *add. Ge. cf. 16, 3; 24, 3* ‖ **15** in ortum] *om.* δ ‖ **16** quo *et* hic] *om.* δ ‖ **18** sed] *fort. add.* esse *Ge.* | (a)eterna] *om.* **K** *post* opera *coll.* **LZ**^{1} ‖ **19** sunt breuia *coll.* δ ‖ **20** et] re δ ‖ **21** in aere] *ante* cum δ**T** ‖ **22** man.] permaneat λ ‖ **23** intra] inter δ**O**

alium, quam in quo fuerat, statum vertitur, nunc pluvius nunc serenus nunc inter utrumque varius. nubes, quae illi familiarissimae sunt, in quas coit et ex quibus solvitur, modo congregantur modo digeruntur, numquam immotae iacent. fieri non potest, ut ignis certus in corpore vago sedeat et tam pertinaciter haereat, quam quem natura, ne umquam excuteretur, ap-
2 tavit. deinde si alimento suo haereret, semper descenderet (eo enim crassior est aër, quo terris propior): numquam cometes in imum usque demittitur neque appropinquat solo.

1 23. Etiamnunc ignis aut it, quo illum natura sua ducit, id est sursum, aut eo, quo trahit materia, cui adhaesit et quam depascitur: nullis ignibus ordinariis et caelestibus iter flexum est; sideris proprium est ducere orbem: atqui hoc, an cometae alii fecerint nescio,
2 duo nostra aetate fecerunt. deinde omne, quod causa temporalis accendit, cito intercidit: sic faces ardent, dum transeunt, sic fulmina in unum valent ictum, sic quae transversae *elid*untur stellae [et] cadentes praetervolant et secant aëra: nullis ignibus nisi in suo mora est — illis dico divinis, quos habet mundus aeternos, quia partes eius sunt et opera? hi autem agunt aliquid et vadunt et tenorem suum servant paresque sunt. non alternis diebus maiores minoresve fierent, si ignis esset collecticius et ex aliqua causa repentinus? minor enim esset ac maior, prout plenius

2/3 nub. q.] nubesque **J**ϱ ‖ **3** familiarissimae] familiares δ | coit] cohit λ**Z** ‖ **4** diger.] diriguntur δ**O** ‖ **5** immotae] in morte **LZ** ‖ **7** quem . . excuteretur *Fortun.*] quae . . -terentur ‖ **10** numquam] autem *add. Gertz* | imum] unum *codd. plerique* | dem. δ**T**] dimittitur Φ | neque] non enim δ ‖ **12** aut p *Pinc.*] autem | it] *om.* δ ‖ **16** atqui] *fort.* atque *Ge.* | hoc an] hoc ante hac δ | alii com. fec. δ**T** | fecerint *Erasmus*] -runt (faciunt *v. l.* **JKP**) | nescio — **17** fecerunt] *om.* δ ‖ **18** sic] si λ**Z** ‖ **20** quae] *om.* δ | elid. *Ge.*] dicuntur Φ ducuntur δ, *cf. p. 257, 4 et I 1, 12* | et *om.* ϱ *Ge.* ‖ **22** illis ϑ**KL**^{2}(**Z**)] illos **H**$^2\lambda$**P** *om.* **T** de illis δ ‖ **24** aliq. agunt *coll.* ϱ ‖ **26** collecticius] -tinus **P** collectus δ**OT**, *cf. III 7, 3* ‖ **27** ac m.] ac maior ac δ

aleretur aut malignius. dicebam modo nihil diuturnum esse, quod exarsit aëris vitio; nunc amplius adicio: 'morari ac stare nullo modo potest', nam et fax et fulmen et stella transcurrens et quisquis alius est ignis aëre expressus in fuga est nec apparet, nisi dum cadit: cometes habet suam sedem et ideo non cito expellitur sed emetitur spatium suum nec extinguitur sed excedit.

24. 'Si erratica', inquit, 'stella esset, in signifero esset.' quis unum stellis limitem ponit, quis in angustum divina compellit? nempe haec ipsa sidera, quae sola moveri creditis, alios et alios circulos habent: quare ergo non aliqua sint, quae in proprium iter et ab istis remotum secesserunt? quid est, quare in aliqua parte caeli pervium non sit? quod si iudicas non posse ullam stellam, nisi signiferum attingit, vadere: cometes potest sic alium habere circulum, ut in hunc tamen parte aliqua sui incidat, quod fieri non est necessarium sed potest — vide, ne hoc magis deceat magnitudinem mundi, ut in multa itinera divisus hinc † et nec unam deterat semitam ceteris partibus torpeat. credis autem in hoc maximo et pulcherrimo corpore

1 dicebam] *sc. 22, 1* ‖ **5** nec] et non δ ‖ **7** emetitur $A^2\Phi$] emititur **T** emittitur δJ^1L^1O ‖ **9** esset stella *coll.* λ ‖ **11** ipsa] *om.* δ **T** ‖ **12** alios et] *fort.* alia [set *om.*] *Ge.* ‖ **13** sint] sunt A^1g^1 | **14** secesserunt **T**] recesserunt δ *Skutsch* secesserint $\vartheta PZ\langle\Phi\rangle$ successerint λ | in] non in δ ‖ **15** caeli p. non] peruium δ ‖ **16** attingit uadereL^2Z] attigit uadere δ **FHP** attingere $\eta E\lambda$ *bis pos.* **T**, stellam nisi fixam non signiferum attingere *vel* stellam non signiferum attingere *Madvig*, quod si iudicas non per se ullam stellam niti sed signiferum attingere: cometes non (*vel* nonne) potest sic alium h. c. *Schultess* ‖ **17** sic] si **P** | alium] ut alium δ, latum *Fortun. Haase, sed cf. 27, 6* | habere] haberet **P** habet δ ‖ **18** parte] *s. l.* ϱ *post* sui δ ‖ **19** potest — uide] potes uidere δ ‖ **20** it. multa *coll.* δ | diuisus] *sc. mundus* | hinc et] sit nec hanc unam *vulgo*, micet *Madv.*, migret *Schultess*, incedat *Skutsch*, vigeat *Leo*, vices det *Ge.* ‖ **21** deterat] *pro* deterendam praebeat | torpeat] torreat δ ‖ **22** corpore] opere δ

inter innumerabiles stellas, quae noctem decore vario distinguunt, quae minime vacuam et inertem esse patiuntur, quinque solas esse, quibus exercere se liceat, ceteras stare fixum et immobilem populum?

1 25. Si quis hoc loco me interrogaverit 'quare ergo non, quemadmodum quinque stellarum, ita harum observatus est cursus?', huic ego respondebo: multa sunt,
2 quae esse concedimus, qualia sint ignoramus. habere nos animum, cuius imperio et impellimur et revocamur, omnes fatebuntur; quid tamen sit animus ille rector dominusque nostri, non magis tibi quisquam expediet, quam ubi sit: alius illum dicet spiritum esse, alius concentum quendam, alius vim divinam et dei partem, alius tenuissimum animae, alius incorporalem potentiam; non deerit, qui sanguinem dicat, qui calorem:
3 adeo animo non potest liquere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quaerat. quid ergo miramur cometas, tam rarum mundi spectaculum, nondum teneri legibus certis nec initia illorum finesque notescere, quorum ex ingentibus intervallis recursus est? nondum sunt anni mille quingenti, ex quo Graecia 'stellis numeros et nomina fecit', multaeque hodie sunt gentes, quae facie tantum noverunt caelum, quae nondum sciunt, cur luna deficiat, quare ⟨sol⟩ obumbretur: haec apud nos
4 quoque nuper ratio ad certum perduxit. veniet tempus, quo ista, quae nunc latent, in lucem dies extrahat et longioris aevi diligentia; ad inquisitionem tantorum

21/2 *Verg. Georg. I 137*

1 uar. dec. *coll.* **δ T Z** ‖ **2** distinguunt ⟨**B**⟩**H**] -gunt | vacuam] uacuum **Φ**, aera *ante* m. vacuum *add.* **E** *Fort.* ‖ **8** sint *Muret.*] sunt ‖ **9** et imp.] pellimur **δ** imp. **η E T** ‖ **10** fatebuntur] fatemur **δ** ‖ **12** dicet] dicit **δ** | alius conc. — **14** animae] *om.* **δ** ‖ **13** conc.] contentum **λ** ‖ **14** animae] aerem **η E J**^{2}**T**, aera *Haase* ‖ **16** non pot.] pot. non *Madvig* ‖ **22** que h.] hodieque **B Z** | gentes sunt *coll.* **δ** ‖ **23** tantum facie *coll.* **Φ** | noverunt] -rint *Muret.* | sciunt] sciant **Φ** ‖ **24** sol *add. Skutsch* ‖ **26** dies] mens *vel* mentis acies *Joh. Müller*

aetas una non sufficit, ut tota caelo vacet: quid, quod tam paucos annos inter studia ac vitia non aequa portione dividimus? itaque per successiones ista longas explicabuntur. veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. harum quinque stellarum, quae se ingerunt nobis, quae alio atque alio occurrentes loco curiosos nos esse cogunt, qui matutini vespertinique ortus sint, quae stationes, quando in rectum ferantur, quare agantur retro, modo coepimus scire; utrum mergeretur Iupiter an occideret an retrogradus esset (nam hoc illi nomen imposuere cedenti), ante paucos annos didicimus. inventi sunt, qui nobis dicerent: 'erratis, quod ullam stellam aut supprimere cursum iudicatis aut vertere non licet stare caelestibus nec averti, prodeunt omnia ⟨et⟩, ut semel iussa sunt, vadunt: idem erit illis cursus, qui sui, finis. opus hoc aeternum irrevocabiles habet motus: qui si quando constiterint, alia aliis incident, quae nunc tenor et aequalitas servat.' quid est ergo, cur aliqua redire videantur? 'solis occursus speciem illis tarditatis imponit et natura viarum circulorumque sic positorum, ut certo tempore intuentis *fal*lant: sic naves, quamvis plenis velis eant, videntur tamen stare.' erit qui demonstret aliquando, in quibus cometae partibus currant,

6/7 *cf. Aetnae v. 179 occurrent oculis ipsae (causae) cogentque fateri*

1 una aetas *coll.* δ **T** | caelo tota *coll.* δ ‖ **4** tempus] illud *add.* Φ (*ante* post. **Z**^{1} *om.* δ**E**^{1}) ‖ **5** nesc.] necisse λ ‖ **6** atque alio] *om* δ ‖ **7** occ.] concurrentes δ**T** ‖ **9** retro agantur *coll.* δ ‖ **10** mergeretur δ**ET**] mergeret Φ | occideret] -derit λ ‖ **11** imposuere] -erunt δ ‖ **15** prodeunt] protenus *Madvig* | et *add. Ge.* | iussa] missa Φ *vulgo* ‖ **16** cursus] *genet. est (Skutsch)* ‖ **17** aet.] in aeternum *Gertz* | motus habet *coll.* δ**T** ‖ **18** constiterint] -terit δ**P** | aliis] ex aduerso $\delta\eta$, ex aliis *vulgo* ‖ **19** redire] resistere *Haase*, repere *Rossb.*, retro ire *Ge.* ‖ **22** intuentis (ϑ)**P**] -tes δ**EL**^{2}**TZ** intuens λ, vel intentius intuentes *Fortun.* | fallant *Fortun.*] afflant Φ afficiat δ ‖ **24** aliq.] *ante* qui dem. δ

cur tam seducti a ceteris errent, quanti qualesque sint. contenti simus inventis: aliquid veritati et posteri conferant.

1 26. 'Per stellas', inquit, 'ulteriora non cernimus, per cometas aciem transmittimus.' primum si fit istud, non in ea parte fit, qua sidus ipsum est spissi ignis ac solidi, sed qua rarus splendor excurrit et in crines dispergitur: per intervalla ignium, non per ipsos vides. 2 'stellae', inquit, 'omnes rotundae sunt, cometae porrecti, ex quo apparet stellas non esse.' quis enim tibi concedit cometas longos esse? quorum natura quidem ut ceterorum siderum globus est, ceterum fulgor extenditur. quemadmodum sol radios suos longe lateque dimittit, ceterum ipsi alia est forma, alia ei quod ex ipso fluit lumini: sic cometarum corpus ipsum corrotundatur, splendor autem longior quam ceterorum siderum apparet.

1 27. 'Quare?' inquis. dic tu mihi prius, quare luna dissimillimum soli lumen accipiat, cum accipiat a sole; quare modo rubeat modo palleat; quare lividus illi et 2 ater color sit, cum conspectu solis excluditur. dic mihi, quare omnes stellae inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem, diversissimam soli. quomodo nihil prohibet ista sidera esse, quamvis similia non sint, sic nihil prohibet cometas aeternos esse et sortis eiusdem, cuius cetera, etiamsi faciem illis non habent similem. 3 quid porro? mundus ipse, si consideres illum, nonne

20 *cf. Aetnae v. 238 quo rubeat Phoebe, quo frater palleat igni*

1 cur] cum Φ *vulgo* | errent **E**^{1}**T**] errant Φ eant $\delta(\eta)$, errent et *Haase*, enarretque *Madvig* ‖ **2** posteri $\delta(\eta)$**EF**ϱ**Z**] posteris **H**λ**P**^{1} ‖ **3** conferant] conferent δ ‖ **5** fit] sit ϱ ‖ **7** qua] que λ ‖ **8** disp.] experg. **T** exspargitur δ ‖ **14** dim.] emittit δ | ipsi a est] alia est ei δ ‖ **15** lumini $\delta\vartheta$**KT**] luminis λ**P** ‖ **19** dissimillimum] -milimum **O** -miliū **P** -mile **T** | soli] *ante* diss. δ**T** sībi λ | cum — sole] cum a sole accipiat *coll.* **T** *om.* δ ‖ **22/3** aliquat. hab. *coll.* δ ‖ **26** non ne] non δ

ex diversis compositus est? quid est, quare in leone sol semper ardeat et terras aestibus torreat, in aquario astringat hiemem flumina gelu claudat? et hoc tamen et illud sidus eiusdem condicionis est, cum effectu et natura dissimile sit. intra brevissimum tempus aries extollitur, libra tardissime *emergit*: et hoc tamen sidus et illud eiusdem naturae est, cum illud exiguo tempore ascendat, illud diu proferatur. non vides, quam contraria inter se elementa sint? gravia et levia sunt, frigida et calida, umida et sicca; tota haec mundi concordia ex discordibus constat: negas cometen stellam esse, quia forma eius non respondeat ad exemplar nec sit ceteris similis? *quid* enim? simillima est illa, quae tricesimo anno revertitur ad locum suum, huic, quae intra annum revisit sedem suam. non ad unam natura formam opus suum praestat sed ipsa varietate se iactat, alia maiora alia velociora aliis fecit, alia validiora alia temperatiora, quaedam eduxit a turba, ut singula et conspicua procederent, quaedam in gregem misit. ignorat naturae potentiam, qui illi non putat aliquando licere, nisi quod saepius fecit: cometas non frequenter ostendit, attribuit illis alium locum, alia tempora, dissimiles ceteris motus: voluit et his magnitudinem operis sui colere. quorum formosior facies est, quam ut fortuitam putes,

1 ex diu.] partibus *add.* **δT** | quid est] quid **ϱZ**^{1} ‖ 2 sol] *om.* **δT** ‖ 4/5 et natura] *om.* **δ** ‖ 5 aries] *aliter coll.* **H**^{1}**P** ‖ 6 emergit *Fortun.*] mergitur **Φ**, iungitur **δ** ‖ 7 et illud] *ante* sidus **AT** *om.* **B** ‖ 9 sint elem. *coll.* **δ** ‖ 10 fr. et cal.] et frigida (*sed* calida *s. l.*) **λ** | humida] *ante* calida **H**^{1} *om.* **Z** ‖ ‖ 11 haec] autem **δ** ‖ 12 esse stellam *coll.* **δ** ‖ 13 ceteris] *ante* sit **λ** *post* similis **B** | quid enim? *Haase olim*] uides enim **Φδ**, *sed* quam (quod **A**) *add.* **δ**, uidelicet *Skutsch*, quid enim, si *et* esset *Leo* | sim.] *ironia est* ‖ 14 illa] *sc. stella Saturni* ‖ 15 locum suum] sedem suam **δ** | huic] *velut Veneri* ‖ 16 formam nat. *coll.* **δ** ‖ 17 uarietate] uariete **λ** | mai.] minora **δT** ‖ 18 alia t.] quaedam t. **δ** | temperatiora] -rantiora **δλT** ‖ 20 gregem misit] greges mersit **δ** ‖ 21 aliq. non put. *coll.* **δ**, p. non al. *Kroll* ‖ 24 colere] soluere **δ**, prodere *vel* docere *Ge.*, extollere *Skutsch*

sive amplitudinem eorum consideres sive fulgorem, qui maior est ardentiorque quam ceteris; facies vero habet insigne quiddam et singulare, non in angustum conlecta et artata sed dimissa liberius et multarum stellarum amplexa regionem.

1 28. Aristoteles ait cometas significare tempestatem et ventorum intemperantiam atque imbrium. quid ergo? non iudicas sidus esse, quod futura denuntiat? non enim sic hoc tempestatis signum est, quomodo futurae pluviae

scintillare oleum et putres concrescere fungos,

aut quomodo indicium est saevituri maris, si

marinae
in sicco ludunt fulicae notasque paludes
deserit atque altam supra volat ardea nubem,

sed sic, quomodo aequinoctium in calorem frigusque flectentis anni, quomodo illa quae Chaldaei canunt,
2 quid stella nascentibus triste laetumve constituat. hoc ut scias ita esse, non statim cometes ortus ventos et pluvias minatur, ut Aristoteles ait, sed annum totum suspectum facit; ex quo apparet illum non ex proximo, quae in proximum daret, signa traxisse sed habere
3 reposita et comprensa legibus mundi. fecit hic co-

6 *Aristot. Meteor. I 6 p. 343 b 1 sq. I 7 p. 344 b 19* ‖ **11** *Verg. Georg. I 392* ‖ **13** *sq. Verg. Georg. I 362 sqq.* ‖ **20** *Aristot. immo Theophr. pers. de signis 34*

1 eorum] earum **LO**(λ?) ‖ **2** ceteris *Erasmus*] ceteri ‖ **7** intemp.] temperantiam λ ‖ **8** sic] sit δ si **Z** ‖ **12** indic.] iud. **LOP** | est] *om.* δ ‖ **15** altam] altera **JOP** | supra] super B^2Q ‖ **16** in] *om.* **ET** | que] *om.* δ ‖ **17** caldei **AJKOQ** | illa — canunt] *sc. signa sunt vel significant* ‖ **18** quid] quod δ**T** ‖ **19** ortus] *cf. Arist. 344 b 20* σημαίνουσι γιγνόμενοι οἱ πλείους πνεύματα καὶ αὐχμούς. ‖ **19/20** et pluu.] pluuiasque δ**T** ‖ **21** illum] *om.* δ | ex proximo] *sc. temporis locique, non* die *add.* ‖ **23** comprensa] comprehensa δ**T** compressa Φ *vulgo*, complexa *Koeler conl. Dial. 6, 18, 1*

metes, qui Paterculo et Vopisco consulibus apparuit, quae ab Aristotele Theophrastoque sunt praedicta; fuerunt enim maximae et continuae tempestates ubique, at in Achaia Macedoniaque urbes terrarum motibus prorutae sunt.

29. 'Tarditas', inquit, 'illorum argumentum est gra- 1
viores esse multumque in se habere terreni, ipse praeterea cursus: fere enim compelluntur in cardines.' utrumque falsum est. de priore dicam prius: '*omnia*, quae tardius feruntur, gravia sunt.' quid ergo? stella Saturni, quae ex omnibus iter suum lentissime efficit, gravis est? atqui levitatis argumentum habet, quod supra ceteras est. 'sed maiore', inquis, 'ambitu circuit 2
nec tardius it quam ceterae sed longius.' succurrat *mihi* idem me de cometis posse dicere, etiamsi segnior illis cursus sit. sed mendacium est ire eos tardius: nam intra sextum mensem dimidiam partem caeli transcurrit hic proximus, prior intra pauciores menses recepit se. 'sed quia graves sunt, inferius deferuntur.' 3
primum non defertur quod circumfertur. deinde hic proximus a septentrione motus sui initium fecit et per occidentem in meridiana pervenit erigensque cursum suum oblituit, alter ille Claudianus a septentrione primum visus non desiit in rectum assidue celsior ferri, donec excessit.

Haec sunt, quae aut alios movere ad cometas per-

2 *Arist. Meteor. I 6. 7* | *Theophr. fr. deest apud Wimm*

1 Paterculo] *L. Velleio cs. suffecto a. 60* | Vopisco] ulpio δ ‖ **2** sunt praedicta δ**KT**] pr. sunt **J**^{2} praedicta Φ, *intell.: de alio cometa praedicata sunt* ‖ **4** at] et δ ‖ **5** prorutae *Fortun.*] proruptae Φ praeruptae δ ‖ **9** o(mn)ia *Ge.*] quia $\delta\Phi$ *om.* **B**, quid? *Ruhkopf* ‖ **11** lent.] lenissime δ ‖ **13** circumit **AHJ**^{1}**KZ** ‖ **15** mihi *Ge.*] tibi ‖ **16** illis] *om.* δ | eos ire *coll.* δ**T** ‖ **17** caeli] *om.* **P** *ante* partem δ**EL** ‖ **19** recepit] recipit **A**^{1}**T** se rec. *coll.* δ**Z** ‖ **25** ferri] fri **J**^{1} fieri δ(**L**^{1}?)**O**ϱ ‖ **26** sunt] *om.* **FH** | (quae **Z**) aut — mouere *ante* aut me δ**Z** | ad cometas δ**ETZ**] cometas (η)**FHP**^{1} cometis λ**P**^{2}

tinentia aut me: quae an vera sint, dii sciunt, quibus est scientia veri; nobis rimari illa et coniectura ire in occulta tantum licet nec cum fiducia inveniendi nec sine spe.

1 30. Egregie Aristoteles ait numquam nos verecundiores esse debere, quam cum de diis agitur. si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, ⟨si⟩ togam adducimus, si in omne argumentum modestiae fingimur: quanto hoc magis facere debemus, cum de sideribus de stellis de deorum natura disputamus, ne quid temere ne quid impudenter 2 aut ignorantes affirmemus aut scientes mentiamur? nec miremur tam tarde erui, quae tam alte iacent. Panaetio et his, qui videri volunt cometen non esse ordinarium sidus sed falsam sideris faciem, diligenter tractandum est, an aeque omnis pars anni edendis cometis satis apta sit, an omnis caeli regio idonea in qua creentur, an quacumque ire ibi etiam concipi possint, et cetera: quae universa tolluntur, cum dico illos non fortuitos esse ignes, sed intextos mundo, quos non frequenter educit sed in occulto movet. 3 quam multa praeter hos per secretum eunt numquam humanis oculis orientia! neque enim omnia deus homini ⟨pate⟩fecit. quota pars operis tanti nobis committitur? ipse, qui ista tractat qui condidit qui

5 *Arist. Pseudepigraph. fr. 41 R.* ‖ 13 *Panaetii fr. 31 Fowl.*

5 uerecund.] uerecondiores **ϱZ** ‖ 7 si] *ante* ad *del. Gertz* ‖ 8 subm.] *cf. Suet. Aug. 79* ¦ si *ante* togam *add. Ge.* ¦ in omne argumentum] omni argumento **δ** ‖ 9 modesti(a)e **δϑJ²L²MϱZ**] modeste **λ** ¦ fing.] fungimur **δT** ‖ 10 stellis] *cf. VII 1, 6. 12, 7. Dial. 6, 18, 2* ¦ de] i. e. de *Leo* ¦ deorum] eorum **E**, *fort.* cometarum *Ge.* ‖ 11 impud.] imprudenter **Φ** ‖ 16 tractandum] tractatum **δ** ¦ omnis] *om.* **δ** ‖ 19 dico] *cf. 27, 6* ‖ 22 quam] quorum **δ** ‖ 23 neque] non **δ** ¦ deus] *ante* omnia **LT** *post* homini **Z** ‖ 24 patefecit *Ge.*] fecit **δΦ** nota fecit **η** ‖ 25 ista] ipsa **δE**

totum hoc fundavit deditque circa se, maior [est] pars sui operis ac melior, effugit oculos: cogitatione visendus est. multa praeterea cognata numini summo et vicinam sortita potentiam obscura sunt aut fortasse, quod magis mireris, oculos nostros et implent et effugiunt, sive illis tanta subtilitas est, quantam consequi acies humana non possit, sive in sanctiore secessu maiestas tanta delituit et regnum suum, id *est* se, regit nec ulli dat aditum nisi animo. quid sit hoc, sine quo nihil est, scire non possumus: et miramur, si quos igniculos parum novimus, cum maxima pars mundi, deus, lateat! quam multa *ven*alia hoc primum cognovimus saeculo, quam multa negotia ne hoc quidem! multa venientis aevi populus ignota nobis sciet, multa saeculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleverit, reservantur: pusilla res mundus est, nisi in illo quod quaerat omnis mundus habeat. non semel quaedam sacra traduntur: Eleusin servat quod ostendat revisentibus. ⟨sic⟩ rerum natura sacra sua non semel tradit; initiatos nos credimus: in vestibulo eius haeremus; illa arcana non promiscue nec omnibus patent:

5—9 *cf. Aetnae v. 189 sqq.*
nunc opus artificem incendi causamque reposcit . .
res oculos ducent . . . prohibent flammae custodiaque ignis
illi operi est. arcent aditus, divinaque rerum
cura sine arbitrio est — eadem procul omnia cernes.

1 fund.] firmauit δ formauit **T** | deditque] texitque *Schultess* | maior (*om.* est) p. *vulgo*] m. (que *add.* η**Z**) est pars $\vartheta\lambda$**Z** m. est $\delta\varrho$, id est m. pars *Ge.*, qui m. est p. *Skutsch* ‖ **6** cons.] assequi δ ‖ **7** sec.] recessu δ ‖ **8** id est η**L**^{2}**Z**^{1}] idem ‖ **9** dat aditum λ**P**] aditum dat $\delta\eta$**TZ** dat ϑ ‖ **11** quos] hos δ ‖ **12** uenalia *Ge.*] animalia ‖ **13** negotia] reposita *Schultess, del. Haupt* ‖ **14** uen. aeui pop.] etas populi δ ‖ **15** tunc] *om.* δ | nostri] nostra δ ‖ **17** mundus] (a)etas **Z** *et v. l.* **L**, *Gertz, sed cf. Joh. Müller,* secundus *Schultess* | habeat] *cf. p. 86, 4,* habet **E** ‖ **18** Eleusin] eleusis **J**^{2}**M** eleusim **T** eleusina $\delta\eta$ eleus **P** ‖ **19** sic *add. Ge.*, et *add. Joh. Müller* | semel **B**Φ] simul **A**η ‖ **20** nos δ**EKTZ**] non ‖ **21** archana *trad.*

reducta et interiore sacrario clausa sunt, ex quibus aliud haec aetas, aliud quae post nos subibit aspiciet.

1 31. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur? tarde magna proveniunt, utique si labor cessat. id quod unum toto agimus animo, nondum perfecimus, ut pessimi essemus: adhuc in processu vitia sunt; invenit luxuria aliquid novi, in quod insaniat, invenit impudicitia novam contumeliam sibi, invenit deliciarum dissolutio et tabes aliquid adhuc
2 tenerius molliusque, quo pereat. ⟨quia⟩ nondum satis robur omne proiecimus, adhuc quicquid est boni moris extinguimus: levitate et politura corporum muliebres munditias antecessimus, colores meretricios matronis quidem non induendos viri sumimus, tenero et molli ingressu suspendimus gradum (non ambulamus sed incedimus), exornamus anulis digitos, in omni articulo
3 gemma disponitur; cottidie comminiscimur, per quae virilitati fiat iniuria, ut traducatur, quia non potest exui: alius genitalia excidit, alius in obscenam ludi partem fugit et locatus ad mortem infame armatur*ae* genus, in quo morbum suum exerceat, legit.

1 32. Miraris, si nondum sapientia omne opus suum implevit? nondum tota se nequitia protulit: adhuc nascitur, et huic omnes operam damus, huic oculi

1 interiore] in inter. δ**T** | sacrario (-aria **T**) *post* sunt δ**T** | ex] e δ**T** ‖ **2** aliud] alios λ ‖ **3** perducentur] -cerentur λ ‖ **8** insaniat] s(a)euiat δ ‖ **9** adhuc] *om.* η**E** ‖ **10** molliusque] et mollius δ ‖ **11** quia *add. Ge.* ‖ **12** *post* extinguimus] *disting. Gertz, post* corporum *vulgo* ‖ **13** matr. — **14** ind.] ne matronis quidem ind. *Madv. falso* ‖ **15** ingressu **HJ**^{1}**LOPZ**] gressu $\delta\eta$ incessu **EJ**^{2}**KMT** incedimus] *cf. exempla Koeleri,* repimus δ, *fort.* cevemus *Ge. conl Pers. 1, 87,* non — incedimus *del. Leo* ‖ **18** fiat δ**EK**^{1}**MZ**^{2}] fuit *(vel* fiut*?)* **H**λ**PZ**^{1} fit **J**^{2}**T** ‖ **19** exui] erui δ | exc.] abscidit δ ‖ **20** locatus] locatos (ad m. infamem rimatur.) *Madvig, sed cf. Sen. Epist 70, 20 et Stud. mea II 44 sq.* | infame] infamie **M**^{2} infamem *Fromond. vulgo* | armaturae genus *Ge.*] armatur. egenus (et genus δ) | in] etiam in δ**ET**, etiam *ante* legit *addit* λ, etiam periturus **L**^{2} *et post* suum **Z** ‖ **23** tota se n.] se nequitia totam δ ‖ **24** operam omnes *coll.* λ

nostri, huic manus serviunt. ad sapientiam quis accedit? quis dignam iudicat, nisi quam in transitu noverit? quis philosophum aut ullum liberale respicit studium, nisi cum ludi intercalantur, cum aliquis pluvius inter- venit dies, quem perdere libet? itaque tot familiae 2 philosophorum sine successore deficiunt: Academici et veteres et minores nullum antistitem reliquerunt; quis est qui tradat praecepta Pyrronis? Pythagorica illa invidiosa turbae schola praeceptorem non invenit; Sextiorum nova et Romani roboris secta inter initia sua, cum magno impetu coepisset, extincta est. at quanta 3 cura laboratur, ne cuius pantomimi nomen intercidat? stat per successores Pyladis et Bathylli domus, harum artium multi discipuli sunt multique doctores, privatum urbe tota sonat pulpitum: in hoc viri, in hoc feminae tripudiant; mares inter se uxoresque contendunt, uter det latus *mo*llius. deinde sub persona cum diu trita frons est, transitur ad galeam — philosophiae nulla cura est. itaque adeo nihil invenitur ex his, 4 quae parum investigata antiqui reliquerunt, ut multa, quae inventa erant, oblitterentur. at mehercule si hoc totis membris premeremus, si in hoc iuventus sobria incumberet, hoc maiores docerent, hoc minores addiscerent, vix ad fundum veniretur, in quo veritas posita est, quam nunc in summa terra et levi manu quaerimus.

6—10 *cf. Zeller, Philos. d. Griech. III 1, 802. III 2, 13. III 2, 98. III 1, 677.*

3 studium respicit *coll.* δ ‖ **4** intercal.] -calcantur C(η)λ ‖ **8** pyr(r)onis] platonis $\delta\eta$ | pitagorica Φ] pitagorea δ ‖ **9** inuidiosa] -ose δ | Sext.] sestiorum δ ‖ **12** cuius] cuiuslibet δ ‖ **13** batilli *trad.* ‖ **14** disc. multi *coll.* λ ‖ **15** tota urbe *coll.* δ | pulp. sonat *coll.* δ ‖ **16** mares] maritus *Leo*, mariti *Ge.* | uxoresque] uxorque *Leo* ‖ **17** mollius. *Madvig*] . Illius ‖ **19** inuenitur δM] inuenit Φ

ADDENDA ET CORRIGENDA

ad p. 43, 5 *cf. Aetnae v. 212 spiritus inflatis nomen, languen tibus aër*
p. 57, 12 ictus] spiritus *em. Diels*
p. 64, 4 quae] quin *Rossbach* (*non* quia!)
p. 74, 9 fati (*ante* faciendi) *dele!*
p. 85, 6 fluxerunt *trad.*] *offendit primus C. F. W. Müller (1866)*
p. 89, 24 violentius semper] violentior impetus *idem*
p. 90, 1 confligitur] concipitur *idem,* erigitur *Ge.*
p. 99, 14 verberatum] percribratum *C. F. W. Müller egregie*
p. 105, 22 vicinia] simillima *idem*
p. 106, 13 abundat] abunde est *idem conl. ep. 95, 6*
l. 19 maris] umoris *idem*
p. 109, 4 excidunt] exiliunt *idem em.*
p. 115, 10 Ov. Met. XV 313 (*non* X 2 sq.)
p. 145, 6 usura] hausura E^2 *Fortun.* et tanta mensura *Haase*
l. 7 possit] posset *C. F. W. Müller*
p. 148, 23 nimium] minimum **FHλZ** (*non* **P**!)
p. 186, 14 tum] cum **λT** (*non* **Z**!)
p. 189, 7/8 an non nasci] *om.* (*η*) **Θ** (*praebet* **δ**!)
p. 213, 3 in incertum] *praestat* in flexum *corr. conl. p. 242, 3. 256, 15*
p. 215, 4 vim] viam *Hosius em.*
p. 262, 7 et] *del. Rossbach*

INDEX NOMINVM

Ἄβατον IV a 2, 7
Academici et veteres et minores VII 32, 2
Achaia III 26, 5. VI 1, 13; 15. 8, 2. VII 28, 3
bellum Achaicum VII 15, 1
Adria III 29, 7
Aegaeum mare II 26, 4. VI 21, 1
Aegium oppidum VI 25, 4
Aegyptii, auctores III 12, 2. IV a 2 p. 157, 19
— gens VII 3, 2; 3
— litus IV a 2, 23
Aegyptus I praef. 9. IV 2, 1; 2; 7; 8; 10; 13; 25; 30. p. 158, 3. VI 26, 1—3. VII 3, 2
Aeschylus Suppl. 542 K. vel fr. 300 N. IV 2, 17
Aethiopia III 6, 2. IV a 2, 1; 4; 17; 18. p. 158, 9; 16. cf. p. 159 adn. ad l. 4. V 18, 2. VI 8, 3
Aethiopes I praef. 9
Aetna mons II 30, 1
Africa III 6, 2. V 18, 2. VI 30, 3
Africus ventus V 16, 5
Albulae III 20, 4
Alexander rex IV a 2 p. 158, 15. V 18, 10
— vituperatur VI 23, 2/3
— pestis mortalium III praef. 5
Alexandria IV 2, 18
Alpes III praef. 6. IV a 2, 19. IV b 11, 1
Alpheus III 26, 5. VI 8, 2. cf. Elius
Ambracius sinus III 29, 8
Ammon II 30, 2
Anaxagoras A 83 Diels: VII 5, 3. A 84: II 19. 12, 3. A 89: VI 9, 1. A 91: IV a 2, 17. —: IV b 3, 1; 6
Anaximandrus fr. 23 Diels: II 18
Anaximenes A 7 Diels: II 17. A 21: VI 10, 1
Annaeus: cf. Fidus, Gallio, Seneca
Antiochus VII Sidetes Demetrii filius Syriae rex VII 15, 1
Antonius, M. IV a 2, 16 et (?) praef. 21.
Apenninus IV b 11, 1
Apollonia I 2, 1
Apolloniates: cf. Diogenes
Apollonius Myndius, scriptor astronomus (cf. Schultess de L. Ann. Sen. Quaest. nat. p. 21 sq.) VII 4, 1. 17, 1
— pyctes IV a praef. 8
Apulia V 17, 5
Aratus (cf. Phaen. 884—886) I 13, 3
Araxes flumen (e Vergilio) VI 17, 1
Arcadia, pars Peloponnesi III 25, 1
— Cretae urbs III 11, 5
Archelaus physicus VI 12, 1. II 17
Arethusa III 26, 5; 6. VI 8, 2
Argolicae undae (ex Ovidio) III 26, 4

Aristoteles Meteor. I 3 p. 340 b 19—29: II 12, 4. I 4 p. 341 b 3 sq.: I 1, 2. p. 341 b 6 sq.: I 2, 7. I 6 p. 343 b 1 sq. cf. VII 28, 1; 3. 343 b 1: VII 5, 4 sq. I 7 p. 344 b 19: VII 28, 1; 3. II 4 p. 360 a 12 sq.: II 12, 4 sq. II 7 p. 365 a/b: VI 13, 1. 14, 1. II 9 p. 369 a 24—b 1: II 12, 5. III 4 p. 373 a/b: I 3, 7. III 5 p. 377 a 11 sqq.: I 8, 6
— fr. 41 pseudepigr. R.: VII 30, 1
— vel potius Theophrastus pers. de signis 34: VII 28, 2
Artemidorus Parianus I 4, 3. VII 13, 1
Asclepiodotus Stoicus, Posidonii auditor II 26, 6. 30, 1. V 15, 1. VI 22, 1
— in Quaestionum Naturalium Causis VI 17, 3
Asia VI 1, 13. 7, 1
Asiaticus: cf. Valerius
Atalante insula VI 26, 6
Athenae V 17, 5
Atlanticum mare IV a 2, 22; 25; p. 159, 2
Attalus, rex VII 15, 2
— philosophus Stoicus II 48, 2. 50, 1
Augustus, divus I 1, 3. I 2, 1. I 16, 1. IV a praef. 21 V 17, 5. VII 17, 2.

Bactri V 18, 10
Balbillus, T. Claudius, eques R. praefectus Aegypti a. 55: IV a 2, 13
Baiani III 24, 3
Bathyllus, saltator VII 32, 3
Belus, deus Babyl. III 29, 1
Berosi fr. 21: III 29, 1. cf. Chaldaei
Boeotia III 25, 3
Borysthenes flumen IV a 2, 20
Buris urbs (a. 373 diruta) VI 23, 4. 25, 4. 26, 4. 32, 8. VII 5, 3/4. 16, 2

Caecina, Aulus, scriptor Etrusc. (cf. G. Zimmermann, de A. Caecina scriptore diss. Berol. 1852, 32 sqq.) p. 34 Z.: II 39, 1. p. 39: II 49, 1. p. 42: II 56, 1
Caesar maior V 18, 4. cf. VII 17, 2
— cf. Augustus, Claudius, Gaius, Iulius, Nero, Tiberius
Calabria V 17, 5
Caligula: cf. Gaius
Callimachus, *θαυμαστῶν* auctor, fr. 182 Schn. IV a 2, 16
Callisthenes, philosophus Peripateticus (Scr. de rebus Alexandri M. fr. ed. C. Müller p. 20 sqq.) fr. 8: VI 23, 2—4. 26, 4. VII 5, 3; 5. in IV libro rerum Graecarum (= fr. 6): IV a 2 p. 158, 13
Cambyses II 30, 2. (e Callisthene) IV a 2 p. 158 adn. ad § 5
Campania VI 1, 1/2; 10; 13; 15. 12, 2. 25, 3. 31, 1
Campanus, terrae motus VI 27, 1
Cancer, stella III 29, 1. IV a 1, 2
Canicula, stella I 1, 7
Capitolium II 45, 1
Capricornus, stella III 29, 1
Cappadocia III 25 4
Car, servus proverbii IV b 5, 3
Caria III 19, 2
Carthago III praef. 6. IV a praef. 21
Caspium mare III 29, 8
Cassander rex III 11, 3
Castor I 1, 13
Catarractae IV a 2, 4

Caucasus IVa 2, 19
Caystrus IVa 2, 20
Chalcis urbs VI 17, 3. 25, 4
Chaldaei (cf. Berosos) II 32, 6. VII 4, 1. 28, 1
Charmander, scriptor ignotus VII 5, 3
Charybdis III 29, 7
Chersonesus III 26, 6
Chius: cf. Metrodorus, Oenopides
Ciceronis umbra II 56, 1
Cicones III 20, 3 (ex Ov. Metam. XV 313)
Claudius imperator VII 17, 2. 21, 3
Claudianus (cometes) VII 21, 3. 29, 3
Cleonae, oppidum IVb 6, 2 (cf. II 36)
Cleonaei (?) IVb 7, 2
Cleopatra regina IVa 2, 16
Clidemus philosophus, fr. 1 Diels (FHG I 30): II 55, 4
Conon Samius, scr. astronomus VII 3, 3
Cornelius: cf. Scipio
Corycus mons III 11, 2
Crassus V 18, 10
Creta III 11, 5
Creticus sinus III 29, 8
Crispus Passienus IVa praef. 6
Cumaeus: cf. Ephorus
Cutiliae insulae III 25, 8
Cyclades sparsae (ex Ov. Met. II 264) III 27, 13
Cyclopes (ex Ov. Met. III 305) II 44, 1
Cynicus: cf. Demetrius
Cyprus VI 26, 5
Cytheriacae columbae (e versu Neronis) I 5, 6

Dacus I praef. 9
Danuvius I praef. 9. III 27, 8 sq. IVa 1, 1 sq. VI 7, 1
Darius VI 23, 3
Delos VI 26, 3 sq.
Demetrius *Σωτῆρ* Syriae rex. eius mors (a. 150 a. Chr. n.) VII 15, 1
— II. Demetrii filius Nicator ibid.
— Cynicus IVa praef. 7
Democritus philosophus, subtilissimus antiquorum omnium, A 92 Diels: VII 3, 2. A 98: VI 20, 1. (cf. p. 392 D.) IVb 9. V 2
Dicaearchus Peripateticus *ἐν Περιόδῳ γῆς* fr. 52: IVa 2 p. 159, 1
Diogenes Apolloniates A 16 Diels: II 20, 1. A 18: IVa 2, 28 sqq.
Doris (ex Vergilio) III 26, 6
Drusus Germanicus, Liviae filius I 1, 3

Eleusin VIII 3, 6
Elis VI 25, 2
Elius fluvius, i. e. Alpheus, III 1, 1
Empedocles philosophus A 68 Diels: III 24, 1. 3
Ἐνοσίχθων Homericus VI 23, 4
Ephorus Cumaeus rerum gestarum scriptor impugnatur (fr. 142): VII 16, 1 sq. in l. I Historiarum (fr. 108): IVa 2 p. 158, 1
Epicurus p. 231 Usener: VI 20, 5
Epigenes astronomus VII 4, 1. 6, 1. 11, 1
Erasinus, fluvius III 26, 4
Erinys IVa praef. 9
Etrusci (cf. Caecina) II 41, 1. 45, 3. 50, 1
Eudoxus Cnidius astronomus VII 3, 2
Euphrates I praef. 9. V 18, 10

Euripides poeta. Hel. 3 vel FTG² N. fr. 228: IV a 2, 17
Europa VI 7, 1
Euthymenes Massiliensis geographus IVa 2, 22

Fabianus, Papirius, philosophus III 27, 3
Februariis (nonis) VI 1, 2
Fidus Annaeus IVa praef. 8
Fucinus lacus III 3

Gaetulicus, Cn. Lentulus, Lucilii amicus, qui periit a. 39: IVa praef. 15
Gaius imperator IVa praef. 15; 17
Galatia III 25, 4
Gallia III 6, 2. V 17, 5. Galliae I praef. 9
Galli (a Cassandro impugnati a. fere 280 Theophrasto auctore) III 11, 3
Gallio. Senecae frater, olim M. Annaeus Novatus, nunc L. Iunius Gallio. IVa praef. 10 sqq.
— L. Iunius pater, declamationum auctor. eius dictum V 11, 1
Genetrix Venus VII 17, 2
Germani, avida belli gens VI 7, 1
Germania I praef. 9. III 6, 2. IVa 1, 2
Germanicus, Drusus, Liviae filius. eius mors I 1, 3
Graecia V 18, 10. VII 3, 1. 25, 3
Graeci I 2, 1; 3; 10. 11, 2. 15, 1; 3. II 7, 2. III 25, 12. V 8, 1. 12, 1. 16, 4 sq. 18, 10. VI 13, 1. 23, 4. VII 11, 2
Graecus II 50, 1
Gylippus I 1, 14

Hadria III 29, 7
Haemus mons I praef. 9. III 11, 3
Haliacmon (?) amnis Boeotiae III 25, 3
Hannibal III praef. 6. V 16, 4
Helice, urbs Achaiae VI 23, 4. 25, 4. 26, 4. 32, 8. VII 5, 3 sq. 16, 2
Heracleoticum ostium Nili IVa 2, 13
Heraclitus A 14 Diels: II 56, 1
Herculanense oppidum VI 1, 2. litus VI 1, 1
Herculaneum VI 26, 5
Herodotus (II 24) adfertur IVa 2 p. 157, 14
Hesperium latus (e Vergilio) VI 30, 1
Hispania I praef. 13. Hispaniae I praef. 9. III praef. 6. VI 30, 3
Homerus VI 23, 4. Od. IV 54: VI 26, 1
Hostius Quadra I 16, 1

Idumus Cariae urbs III 19, 2
Indi I praef. 13. V 8, 10
India V 18, 2
Indicum mare IVa 2, 4
Ister (vel Hister) fluvius, alibi Danuvius appellatus, I praef. 9. III 22. IVa 2, 20
Italia III praef. 6. III 6, 2. 20, 4. V 18, 2. VI 28, 1. 30, 3
Iuba rex, de Nilo quid senserit IVa 2 p. 159, 4 cum adnot.
Iulii divi obitus VII 17, 2, cf. Caesar
— mensis V 11, 2
Iunior: cf. Lucilius
Iupiter II 41, 1 — 46
— Pluvius (ex Tibullo) IVa 2, 2
— stella I 1, 7. IVa 2, 2. VII 12, 3. 25, 5

Lacedaemonii IV b 13, 9
Ladon fluvius VI 25, 2
Laelius sapiens VI 32, 11
Lepidus triumvir IV a praef. 21 sq.
Livius, T., rerum gestarum scriptor I 16, 4. 22, 43: V 16, 4. fr. 46 Hertz: V 18, 4
Lucilius Iunior, eques R. IV a praef. 9
— ad eum Nat. Quaest. libri scripti missique III praef. 1. V 18, 16. VI 1, 1. 32, 1; 9; 12. II 59, 6. I praef. 1
— natalium angustias eluctatus est IV a praef. 15. paupertas ibid. § 14 procurator Siciliae IV a praef. 1
— fides IV a praef. 15 sqq.
— Gallionem blanditiis temptavit IV a praef. 10—12
— ambitioni alienus IV a praef. 1
— a turba se separat IV a praef. 3
— philosophiae studet IV a praef. 14 et carminibus
— versus adfertur III 1, 1 et fort. IV a 2, 2
— fabulam in poemate (i. e. Aetna?) tractavit III 26, 6
Lucretius. I 314 adfertur: IV a 3, 4
Lycia III 25, 11
Lycus amnis (ex Ovidio) III 26, 4
Lydia (?) III 25, 7
Lynceius amnis (ex Ovidio) III 20, 6

Macedo: cf. Alexander
Macedones V 15, 3
Macedonia III 25, 4. VI 1, 13. VII 28, 3
Magnesia III 11, 4
Martis stella I 1, 7. VII 4, 2. 12, 3
Massiliensis: cf. Euthymenes
Megalepolis VI 25, 2
Melas amnis Boeotiae III 25, 3
Memphis IV a 2, 8
Menander, fr. 951 K.: IV a praef. 19
Mercurii stella VII 12, 3
Messallina IV a praef. 15
Meroë: cf. Philae
Messana III 26, 7
Metrodorus Chius astronomus A 21 Diels: VI 19, 1
Milesius: cf. Thales
Munatius: cf. Plancus
Mylae oppidum III 26, 7
Myndius: cf. Apollonius

Nabataea regna (ex Ovidio) V 16, 1
Narcissus libertus IV a praef. 15
Neapolis VI 1, 2
Neptunus VI 23, 4
Nero Caesar VI 8, 3. VII 17, 2. 21, 3
— versus adfertur I 5, 6
Nicopolis IV 26, 5
Nilus III 1, 2. 22. 26, 1. IV a 1—2 saepe. VI 7, 1. 8, 3; 5. 26, 2. Nili venae IV a 2, 7.
Nilotica aqua III 25, 11
— -cae beluae IV a 2, 22
Nonacris fons III 25, 1
Nucerinorum colonia VI 1, 2

Oceanus III 2, 2. 29, 7
Oenopides Chius IV a 2, 26
Olympia III 26, 5
Olympus VI 25, 2
Ossa VI 25, 2
Ostiensis colonia I 15, 5
Ovidius poetarum ingeniosissimus ad pueriles ineptias delapsus III 27, 13
— cum Tibullo confusus IV a 2, 2

— adferuntur Ars am. I 475 sq.: IV b 3, 4.
— — Metam. I 55: II 1, 2. 61—66: V 16, 1 (cf. Praef. p. XLV). 241 sq.: IV a praef. 19. 272 sq.: III 28, 2. 285. 290: III 27, 14. 292. 304: III 27, 13. 388: V 14, 1. II 71: VII 10, 1. 264: III 27, 13. III 305—307: II 44, 1. 407: III 1, 1. VI 65—67: I 3, 4. XV 273—276: III 26, 4. 313 sq.: III 20, 3. 320 sq.: III 20, 5. 329—331: III 20, 6

Pamphylia V 17, 5
Panaetius Rhodius philosophus Stoicus fr. 31: VII 30, 2
Paphos oppidum VI 26, 5
Parianus: cf. Artemidorus
Parthi I praef. 9. V 18, 10
Passienus: cf. Crispus
Paterculus cs. a. 60 VII 28, 3
Patrae oppidum VI 25, 4
Paulus, Aemilius I 1, 2
Peloponnesiacum bellum VI 24, 6. 26, 3
Pene(i)os amnis III 25, 4. VI 25, 2
Peripatetici: cf. Callisthenes
Persae IV a 2, 5. V 18, 10. VI 23, 3
Persis (ex Ovidio) V 16, 1
Pharos insula VI 26, 1
Phasis flumen IV a 2, 20
Philae insula cum Meroë confusa IV a 2, 3; 7
Philippus Macedonum rex pestis mortalium III praef. 5. V 15, 1; 3
Pindarus poeta fr. 87 Bergk: VI 26, 3
Plancus, Munatius, artifex adulandi maximus IV a praef. 5 sq.
Platonis dictum V 18, 16
Pluvius, Iupiter, (e Tibullo) IV a 2, 2
Pollux I 1, 13
Pompeii celebris Campaniae urbs VI 1, 1. 26, 5
Pompeiana regio VI 27, 1
Pompeius, S., filius IV a praef. 21 sq.
Pontus III 26, 1. 29, 8. IV a 2, 29. IV b 5, 2
Pos[s]idonius philosophus, cuius auditor fuit Asclepiodotus, II 26, 6. VI 17, 3
— fr. p. 77 Bake: I 5, 10; 13. p. 80: II 54, 1. VII 20, 2; 4. p. 82 sq.: II 26, 4. p. 85: IV b 3, 2. FHG III 285 fr. 77 = p. 83 B.: VI 21, 2. FHG III 285 fr. 76 = p. 84 B.: VI 24, 6. p. 97 sqq. B.: IV a p. 159, 4 cum adnot.
Propontis III 29, 8
Puteolanus pulvis III 20, 3
Pylades (pantomimus vel saltator) VII 32, 3
Pyrenaeus I praef. 9
Pyrronis secta defecit VII 32, 2
Pythagorica schola defecit VII 32, 2

Quadra: cf. Hostius
Quiritium ius III praef. 16

Regulus cs. a. 63 VI 1, 2
Rhenus III 27, 8 sq. IV a 2, 20. VI 7, 1. I praef. 9
Rhodanus flumen III 27, 8. IV a 2, 20
Rhodiorum fons in Chersoneso III 26, 6
Roma IV a praef. 21
Romana regna I praef. 9
Romani I 1, 14. III praef. 6. VII 25, 3
— principes quattuor IV a praef. 21

— (Romanorum) castra I 1, 14. robur VII 32, 2. senatus I 17, 9
Rubrum mare III 29, 8

Salustius fr. IV 28 Maur. VII 8, 2
Sarmatica regna I praef. 9
Sarmaticos impetus cohibet Danuvius VI 7, 1
Saturni stella VII 4, 2. 12, 3. 29, 1
Scipio, P. Cornelius Africanus maior. filiae ex aeriario dotem acceperunt (cf. Dial. XII 12, 6) I 17, 8
Scylla III 29, 7 (cf. ep. 31, 9. 79, 1. 92, 9)
Scythia (ex Ovidio) IVb 5, 2. V 16, 1
Seianus I 1, 3
Seneca, L. Annaeus, obiit a. 65
— iuvenis de terrarum motu volumen edidit VI 4, 2
— senex anno 62 Nat. Quaestiones conscribendas aggreditur III praef. 1 sq.
— prodigium vidit circa Augusti excessum I 1, 3
— cometas duos vidit VII 21, 3 sq. 29, 2 sq.
— insulam vidit ad Cutilias natantem III 25, 8
— aliam in mari Aegaeo natam VI 21, 1
— agriculturae studiosus et diligens vinearum fossor III 7, 1
— Neronem laudat: cf. Nero
Sextiorum secta VII 32, 2
Sicani fluctus (ex Vergilio) III 26, 6
Sicilia III 25, 5. 26, 5. IVa praef. 1; 21 sq. 1, 1. VI 8, 2. 30, 3
Siculi fontes III 1, 1. aequoris fauces III 29, 7. Siculum aequor (e Vergilio) VI 30, 1
Sidon urbs VI 24, 6
Solis boves III 26, 7
Sophocles. fr. 797: IVa 2, 17
Stabianum litus VI 1, 1
Statoniensis (?) III 25, 8
Stoicorum secta rigida II 35, 1
Straton philosophus Peripateticus VI 13, 2
Styx Arcadiae III 25, 1
Suillius (?) IVa praef. 5 p. 138, 21
Surrentinum litus VI 1, 1
Syracusae I 1, 14. Syracusanum litus III 26, 5
Syria III 25, 5. VII 15, 1

Tabulae XII fr. 8a: IVb 7, 2
Tempe III 25, 2
Tentyritae IVa 2, 15
Thales Milesius A 12 Diels: III 13, 1. A 15: III 14, 1. VI 6, 1. A 16: IVa 2, 22
Thasius: cf. Thrasyalces
Thebae VI 25, 4
Theophrastus philosophus Peripateticus laudatur VI 13, 1
— de ventis 22 sqq.: ibid.
— fr. 159 Wim.: IVa 2, 16
— fr. 171, 7 W.: III 16, 5
— — III 11, 2—5. 25, 4; 7. 26, 1
— — VII 28, 3 (cf. Aristoteles)
— l. de signis (34) pseudepigraphus sub Aristotelis nomine adfertur VII 28, 2
Therasia insula VI 21, 1
There insula VI 21, 1
Thessalia III 25, 2. VI 25, 2
Thraces I praef. 9
Thracia VI 23, 3. Thraciae iuga IVa 2, 19
Thraex. cum Thraece pithecus (?) compositus IVa praef. 8

Thrasyalces Thasius IVa 2 p. 158, 7
Thucydides II 8, 3: VI 24, 6. III 89, 3: 26, 3
Tiberius Caesar I 15, 5
Tibullus, Albius, cum Ovidio confusus, quamquam versus I 7, 26 adfertur: IVa 2, 2
Tigris III 26, 4. VI 8, 2
Tmolus (?) mons IVa 2, 20
Trogodytae IVa 2, 18
Tullius: cf. Cicero
Tusci II 32, 2. cf. Etrusci et Caecina
Tyros urbs aliquando infamis ruinis VI 1, 13. VI 26, 5
— purpura Tyria I 5, 12

Vadimonis (?) lacus III 25, 8
Vagellius 'meus'. ex eius inclito carmine adfertur versus (fr. 2 Baehr.) VI 2, 9
Valerius Asiaticus cs. iterum a. 46 II 26, 6
Varro, M. Terentius, vir diligens. eius de ventis doctrina V 16, 3 sq.
Velleius (?) IVa praef. 5 p. 138, 21
Veneris Genetricis ludi VII 17, 2
Veneris stella VII 12, 3
Vergilius [Virgilius codd.]. adferuntur versus Ecl. II 25, sq.: I 17, 5 et VI, 1. X 4 sq.: III 26, 6
— Georg. I 137: VII 25, 3. 313: IVb 4, 2. 362 sq.: VII 28, 1. 367: I 14, 2 et VII 20, 1. 380: I 6, 1. 392: VII 28, 1. II 95 sq.: I 11, 2
— Aen. I 53 sq.: VI 18, 4. 55 sq.: VI 18, 2. 85 sq.: V 16, 2. 245 sq.: III 1, 1. II 354: VI 2, 2. III 77: VI 26, 3. 414 sqq.: VI 30, 1. IV 373: IVa praef. 19. 404: I praef. 10. V 528: I 1, 5. VI 256: VI 13, 5. VIII 525: VI 22, 4. 728: VI 17, 1. IX 20 sq.: VII 20, 3
Verginius cs. a. 63 VI 1, 2
Villeius an Vitellius? IVa praef. 5 p. 138, 21
Vopiscus cs. a. 60 VII 28, 3

Xerxes rex Persarum stolidissimus V 18, 10

Zenon philosophus Stoicus. fr. 122 v. Arnim: VII 19, 1

INDEX TESTIMONIORVM

(cf. Praefationis caput III)

Aetna v. 24: III pr. 3
25: III 11, 1
29—33: VI 3, 1
96 sqq.: V 14, 1
98—101: III 15, 1. VI 14, 1
105: VI 20, 3
111 sq.: VI 12, 1. 13, 4. 14, 3
112 sq.: VI 16, 1; 3. 26, 2
115: V 14, 4. VI 12, 2
115 sq.: VI 14, 3. 20, 1
116 sqq.: III 26, 3
117: VI 7, 3
117 sqq.: III 16, 4
118 sq.: VI 8, 2
120—22: III 15, 7
122: III 29, 1
123 sqq.: III 19, 4. 26, 3.
124 sq.: VI 7, 3
126: III 15, 8. VI 7, 2
128 sq.: III 26, 1
129 sq.: IV a 2, 28
132 sq.: III 19, 4
133: VI 8, 5
135: III 16, 4. VI 15, 1
137 sqq.: III 16, 4 sq.
142: VI 18, 5
143—145: III 16, 4
147 sq.: VI 18, 5
148 sq.: VI 18, 3
Aetna v. 149: VI 12, 2
150 sqq.: VI 15, 1
151: VI 13, 4
153: VI 21, 2
153 sqq.: VI 12, 1. 24, 3
155—57: IV a 2, 28. VI 16, 1
158: VI 24, 3
159: VI 13, 5
160: III 16, 4
162: VI 14, 3 sq.
165: VI 18, 3
167: VI 17, 2
168 sq.: II 11, 1
170: VI 17, 1. 24, 4
171 sq.: VI 17, 1. 1, 7
176: IV a 2, 28
179: VII 25, 5
181: VI 15, 1
183 sqq.: II 26, 5
189 sqq.: VII 30, 4
194 sq.: II 13, 4
201 sq.: II 26, 5
208 sq.: II 9, 2
212 *): II 1, 3
213: VI 18, 5
216 sq.: VI 21, 1
217: VI 18, 4
222 sqq.: VI 4, 2
224 sqq.: VI 3, 2. VII 1, 1
226 sq.: I pr. 17. VI 3, 4
227: IV a pr. 10
238: VII 27, 1
250: I pr. 17
Aetna v. 256: VI 5, 2
280: VI 1, 6
283 sqq.: VI 24, 1
284: V 13, 2. VI 23, 1
286: VI 14, 3
289: II 6, 2. V 12, 4
290—93: VI 14, 3
292: V 14, 2
292—99: II 6, 5
301: VI 13, 4. 14, 3. 18, 2
302: III 16, 4
304: V 3, 2 sq. VI 12, 1
305: VI 13, 4. 17, 2
308: V 3, 3
309 sqq.: V 4, 1
311: V 2
312 sq.: V 3, 1
314 sq.: V 17, 2
318: VI 18, 5
319 sqq.: VI 12, 1
320 sqq.: VI 17, 2
323: II 35, 2. VI 12, 1
324 sq.: V 14, 4. II 6, 3
327: VI 12, 2. 17, 1
328: II 16
330—32: VI 15, 1
345: VI 20, 7
359 sq.: VI 18, 1
360 sqq.: II 30, 1
374: VI 14, 3
375 sq.: VI 17, 2
381: VI 18, 3
387: V 14, 4

*) spiritus inflatis nomen, languentibus aër.

Aetna v. 389: II 22, 1
390 sqq.: II 10, 4. V 14, 4
413 sqq.: IV b 10
464: II 27, 1
560: V 12, 4
Amm. Marc. 17, 7, 11: VI 9, 1
22, 15, 5: IV a 2 p. 157 adn. ad §§ 2 et 4
22, 15, 6: IV a 2 p. 159 adn. ad § 7
22, 15, 6: IV a 2, 1
22, 15, 8: IV a 2 p. 159 adn. ad § 8
22, 15, 9: IV a 2, 5
22, 15, 20: IV a 2, 15
23, 5, 13: II 39, 1
23, 5, 14: II 18. 24, 1. 50, 1
Ann. Col. max. (MG Script. XVII) a. 1235: I 2, 1
Anth. lat. 31, 2 (P. L. M. IV 69): III 29, 7
[Aristot.] Mir. ausc. 186: III 26, 5
Iuven. sat. I 41: I 16, 3
IV 2: I 17, 4
IX 34: I 16, 3
Lucan. b. c. IV 77: III 27, 10
IV 89: III 27, 6
IV 99 sq.: III 27, 11
IV 100 sq.: III 27, 7
IV 116 sq.: III 27, 8
VII 513: II 57, 2
VIII 147: IV a 2, 2
IX 455 sq.: VII 7, 3
Lucan. b. c. IX 580: II 45, 3
X 217 sq.: IV a 2, 21
X 219 sq.: IV a 2, 17
X 221 sq.: IV a 2, 18
X 223 sqq.: IV a 2, 19—21
X 225 sq.: IV a 1, 2
X 226: IV a 2, 21
X 229—236: IV a 2, 21
X 237: IV a 2, 3
X 239—241: IV a 2, 21—22
X 242 sq.: IV a 2 p. 157 adn. ad § 2 et 4
X 244 sqq.: IV a 2, 22
X 247 sq.: IV a 2, 28. V 4, 1
X 255 sqq.: IV a 2, p. 159 adn. ad § 6 et 7
X 260: IV a 2, 28
X 263 sq.: III 19, 4
X 265 sq.: III 22
X 268: p. 158 adn. ad § 5
X 290: p. 159 adn. ad § 8
X 308: IV a 2, 4
X 309 sq.: IV a 2, 3
X 314: IV a 2, 4
X 318: IV a 2, 4
X 319—322: IV a 2, 5
X 323 sq.: IV a 2, 7
X 327—331: IV a 2, 8
Lyd. de mens. IV 68: IV a 2, 17/18; 22; 23; 27; p. 157—159
— de mens. IV 108: III 20, 2. 24, 1; 3
Plin. H. N. II 10: III 12, 3
II 32 sq.: VII 21, 4
II 92: VII 17, 2
II 93: VII 17, 2
II 97: I 1, 4
II 98: I 2, 1
II 101: I 1, 13; 14
II 102: II 1, 2
II 111: II 12, 4
II 112: II 12, 3. 17
II 113: II 22, 1—2. 27, 3
II 141: II 51
II 220 III 26, 7
Senec. de benef. VII 1, 6: IV a 2 p. 159 adn. ad § 9
— ep. 1, 1: III pr. 1
7, 8: IV a pr. 3; 20
10, 1: IV a pr. 20
19, 1: III pr. 1. IV a pr. 3
19, 5: IV a pr. 1
21, 1: IV a pr. 1/2
22, 4: IV a pr. 1
56, 1: II 27, 4
56, 3: IV a pr. 2, 5
57, 8: II 26, 7
70, 20: VII 31, 3
102, 6: II 2, 2
Suet. v. d. Iulii 88: VII 17, 2
— v. Horatii: I 16 (adfertur in Praef. meae p. XVIII)
— Pratorum fr. 159: IV a 2, 22 (adfertur in Praef. p. XVIII)
— — 160: IV a 2, 26 (adfertur in Praef. p. XVIII)

DIE KULTUR DER GEGENWART
IHRE ENTWICKLUNG UND IHRE ZIELE.
HERAUSGEGEBEN VON PROF. PAUL HINNEBERG

TEIL I. ABT. 6.

SYSTEMATISCHE PHILOSOPHIE

BEARBEITET VON W. DILTHEY. A. RIEHL. W. WUNDT. W. OSTWALD. H. EBBINGHAUS. R. EUCKEN. FR. PAULSEN. W. MÜNCH. TH. LIPPS.

[VIII u. 432 S.] Lex.-8. 1907. geh. M. 10.—, in Leinwand geb. M. 12.—

Inhalt: Allgemeines. Das Wesen der Philosophie: **Wilhelm Dilthey.** — Die einzelnen Teilgebiete. 1. Logik und Erkenntnistheorie: **Alois Riehl.** 2. Metaphysik: **Wilhelm Wundt.** 3. Naturphilosophie: **Wilhelm Ostwald.** 4. Psychologie: **Hermann Ebbinghaus.** 5. Philosophie der Geschichte: **Rudolf Eucken.** 6. Ethik: **Friedrich Paulsen.** 7. Pädagogik: **Wilhelm Münch.** 8. Ästhetik: **Theodor Lipps.** — Die Zukunftsaufgaben der Philosophie: **Friedrich Paulsen.**

Bietet der vorliegende Band naturgemäß kein einheitliches System der Philosophie, so liegt der Wert und der Reiz der in ihm gebotenen Darstellungen der einzelnen Seiten philosophischer Weltbetrachtung aus der Feder ihrer bedeutendsten gegenwärtigen Vertreter in der Mannigfaltigkeit und Vielseitigkeit der Spiegelungen und Brechungen des 'Weltbildes', die sich hier schließlich doch zu reinem Licht vereinen. Der an dem großen Bau der Wissenschaft an irgend einer Stelle Mitarbeitende ebenso wie der ihn mit Anteilnahme Verfolgende wird diese Darstellung des Urgrundes und letzten Zieles aller Wissenschaft in gleicher Weise nützen und genießen, zumal auch diesem Bande alle äußeren Eigenheiten zünftiger 'Philosophie' fehlen, derselbe vielmehr die Ergebnisse streng wissenschaftlicher Forschung in einer ohne weiteres einem jeden Gebildeten zugänglichen Form darbietet.

Probeheft und Spezial-Prospekt (mit Auszug aus dem Vorwort des Herausgebers, der Inhaltsübersicht des Gesamtwerkes, dem Autoren-Verzeichnis und mit Probestücken aus dem Werke) umsonst und postfrei vom Verlag.

VERLAG VON B. G. TEUBNER IN LEIPZIG UND BERLIN

Grundriß der Geschichte der klassischen Philologie. Von Prof. Dr. **A. Gudeman.** [VI u. 224 S.] gr. 8. 1907. geh. *M.* 4.80, in Leinwand geb. *M.* 5.20.

Dieses Kompendium ist eine völlig umgearbeitete und bedeutend erweiterte Ausgabe von des Verfassers Outlines of the History of Philology (5. Aufl. 1902). Hauptzweck des Buches ist, als Vademekum für Universitätsvorlesungen zu dienen; doch dürfte es sich nicht minder zum Selbststudium empfehlen.

In engem Rahmen und übersichtlicher Form gibt es nach den einleitenden Abschnitten über Begriff und Einteilung der Philologie, sowie der verschiedenen Behandlungsmethoden einen Überblick über die bedeutendsten Vertreter der Altertumswissenschaft und ihrer Werke nebst reichhaltigen, aber sorgfältig gesichteten Literaturangaben. Insbesondere werden behandelt: I. Griechische Periode. 1. Voralexandrinische, 2. Alexandrinische und stoisch-pergamenische Schule. II. Griech.-römische Periode. 1. Nachalexandrinische Gelehrte und ihre Werke: a) Verzeichnis der griech. Scholien und ihrer Quellen; b) die kritischen Zeichen; c) die griech. und latein. grammatischen Termini. 2. Römische Philologen. a) Verzeichnis der latein. Scholien. III. Das Mittelalter. 1. Die Byzantiner. 2. W.-Europa. a) Verzeichnis der ältesten und wichtigsten klassischen Handschriften und Papyrusfunde der Neuzeit. IV. Die Renaissance in Italien. 1. Die griechischen Immigranten. 2. die italienischen Humanisten. 3. Verzeichnis der editiones principes. V. Frankreich. VI. Die Niederlande. VII. England. VIII. Deutschland. 1. Vor-Wolfische Periode. 2. Die Neuzeit: a) Grammat.-krit. Schule; b) histor.-antiquarische Richtung.

Das Buch hilft einem wirklichen Bedürfnis ab, da eine das ganze Gebiet umfassende Darstellung der Geschichte der klassischen Philologie überhaupt noch nicht vorhanden ist.

Himmelsbild und Weltanschauung im Wandel der Zeiten. Von Prof. **Troels-Lund.** Autorisierte Übersetzung von L. Bloch. Zweite Auflage. [VIII u. 286 S.] gr. 8. 1900. In Leinwand geb. *M.* 5.—

„. . . Es ist eine wahre Lust, diesem kundigen und geistreichen Führer auf dem langen, aber nie ermüdenden Wege zu folgen, den er uns durch Asien, Afrika und Europa, durch Altertum und Mittelalter bis herab in die Neuzeit führt. . . . Es ist ein Werk aus einem Guß, in großen Zügen und ohne alle Kleinlichkeit geschrieben. . . . Wir möchten dem schönen, inhaltreichen und anregenden Buche einen recht großen Leserkreis nicht nur unter den zünftigen Gelehrten, sondern auch unter den gebildeten Laien wünschen. Denn es ist nicht nur eine geschichtliche, d. h. der Vergangenheit angehörige Frage, die darin erörtert wird, sondern auch eine solche, die jedem Denkenden auf den Fingern brennt. Und nicht immer wird über solche Dinge so kundig und so frei, so leidenschaftlos und doch mit solcher Wärme gesprochen und geschrieben, wie es hier geschieht. . . ."

(W. Nestle in den Neuen Jahrbüchern für das klassische Altertum.)

Vorträge und Aufsätze. Von H. Usener. [V u. 259 S.] gr. 8. 1907. geh. *M.* 5.—, in Leinwand geb. *M.* 6.—

Aus den noch nicht veröffentlichten kleineren Schriften Useners ist hier eine Auswahl von Vorträgen und Aufsätzen zusammengesetzt, die für einen weiten Leserkreis bestimmt sind. Sie sollen „denen, die für geschichtliche Wissenschaft Verständnis und Teilnahme haben, insbesondere aber jungen Philologen Anregung und Erhebung bringen und ihnen ein Bild geben von der Höhe und Weite der wissenschaftlichen Ziele dieser Philologie." Den Inhalt bilden die Abhandlungen dieses großen dahingegangenen Meisters. Es sind dies: Philologie und Geschichtswissenschaft, Mythologie, Organisation der wissenschaftlichen Arbeit, über vergleichende Sitten- und Rechtsgeschichte, Geburt und Kindheit Christi; Pelagia, die Perle (aus der Geschichte eines Bildes). Als Anhang beigefügt ist die Novelle „Die Flucht vor dem Weibe", die als Bearbeitung einer altchristlichen Legende sich ungezwungen anschließt.

Date Due

JUL 10 '43			

14793

Storage

878.5
Se5h
v.2

PELLETIER LIBRARY, ALLEGHENY COLLEGE
3 3768 00604 9608

WITHDRAWN